2 6

.13.

ANNII
Viterb
Commentaria
Antiqui
taten

I
00280

2-11 -2

ECA
LA
DE SALAMANCA.
Núm.

-280

b18541252

~280

2-12-6-2

~~Num. 22. cap. 6. num. 13.~~

I
00280

tradūt p̄ceſſiſſe litteras/ artes/ & hoīes ānis mille ſexcentis quinquaginta & amplius·

Qđ diſciplina greca cōparatiōe caldaicę:tota eſt fabuloſitas: & ꝑ totā uitam errare cōpellit:Et uaticiniū Catonis·

Qđ diluuiū primū/ ſcelera hominū ſimul & aſtroꝝ curſus ꝓuocauerunt·

Quę fuit prima urbs in orbe/ ante primū diluuiū· Vbi ſit urbs a Moyſe dicta Eden:a Grecis paradiſus·

Quid Pphenices & Egyptii/ & Caldei/ tradāt de priſco diluuio:Et ꝙ cū Moyſe cōcordāt nominādo Noam/& filios eius & Archā:& locū & tempus· Et ꝙ Noam uocauerūt Ogygē/a loco Phenicię paleſtinę/ubi eſt prima Phenicū metropolis Arbea:quæ & Hebron·

In ſecūdo libro·Qđ genus humanū ſaluatū fuit & reparatū ī priſca Scythia Saga/circa Araxem fluuiū/ī Armenia maiore· Et unde ibi urbs prima dicit᷑ Saga Albina·

Qđ Noam dixerūt ſatorem deorum & hominū:chaos & ſemen mūdi·Et uxorem ei⁹ Tyteam cognoīauerūt terrā·

Genealogia & theogonia omniū principū/ & regum antiquorū in figuris arborum redacta·

Qđ quidā delirant in exponēdo numerum ducū/coloniaꝝ poſitum a Moyſe Geneſis·x·capitulo·

De Tuyſcone Germanoꝝ fundatore·

De Araxa priſca· De·xvii·Tytanibus egyptiis/filiis Iani ſiue Noę ac Terræ uxoris:Et mendaciis Grecoꝝ·Et q fuerunt primi quatuor dii maiores· De Oſiri:De Brygo:Meſa:& Thyno· De Phetonte/Cydno/Lygure/Eridano·

De Sabacre·De Sypo & filia eius Tyle cognomine Cybele·De Hercule egyptio: & quinquaginta Toſpiadibus: & mendaciis Grecorum· Et ſimiliter de Gerionibus·

In tertio libro·Qđ natura & deus affuit in celeri multiplicatione generis humani poſt diluuium·

Qđ anteq̄ colonias per orbem mitteret Noa: docuit duces coloniarū theologiam:ritus ſacros/a quib⁹ Saga dictus Docuit phiſicam & modos uiuendi·

Qđ ſacerdotes inſtituit notarios & diſciplinarum doctores·

Qđ docuit Aſtronomiā:ob quā illi dicauerūt urbes:& cognominauerūt Celū & Solē·unde Saturn⁹ egyptius Cameſes dictus eſt fili⁹ Celi & Solis· Ob eādē cauſam exiſtimauerūt Noam mortuū/conuerſum in animā motricē celi/ & ius uertēdi cardines omne penes eū eſſe:Et cur gentes inſculpunt Ianū cū curſu ſolis:ſceptro:clauibus·

Qđ Tytheam uxorem Noę uocauerūt Veſtam & Terram:& cur·

Qđ docuit agriculturā & uinū conficere : a quo illum Ianum/ ideſt uiniferū cognominauerunt·

Qđ filius eius Cam ſtudebat impietati & impudicitię/& patrē magice caſtrauit: & ob id dictus fuit Cameſes/ideſt Cam infamis· In quarto libro·

Qđ Ianus multiplicato genere humano diuiſit orbem in Aſiam:Aphricam Europā:cōſtituēs ſingulis ꝑtib⁹ ſingulos monarchas tres priores filios ſuos

Qđ anno·c·xxxi· a priſco diluuio condita eſt Babillonia·

De coloniis miſſis in Egyptū: Lybiam: Cirenē·Numidiam & Affricam:principe Cameſe Saturno Egyptioꝝ·

De coloniis miſſis in Aſiam orientalem Indiam: & Arabiam felicē: deſertam: & Petreiā:& Pheniciā:& ducibus eoꝝ

De coloniis miſſis ī Europā:in Germaniam quidem & Sarmatiam principe Tuyſcone:Et aliis:in alia loca·

Qđ Ianus docuit eos metropolim ſolā Turſitā fundare:& habitare in criptis tuguriis & antris· In quinto libro·

Qđ anno·c·xxxi· a diluuio: Hymbrotꝰ Saturnꝰ Caldeoꝝ cōdidit Babilloniā·

Qđ ſub eo Comerus coluit Thuſciam: Tubal Hiſpaniā· Hic Tarachon fuit cognomine·Galliam fundauit Samotheus cognomine Dis:& Tuyſcon fundauit Germanos· Gog Arabiā felicē: Meſa aūt Valacchiam:Illirim & Dalmatiam· Ianus condidit Hircanos:& de eius profectione·

De conditiōe Maſſagetaꝝ:Medoꝝ:Perſarnm:Aſſyriorum:Magogoꝝ:& Anameonū ſiue Meonum·

De ſcecundo rege Babillonię Ioue Belo· Sub eo Comerus in thuſcia tuguria in Veias cōuertit/& Cluſiū poſuit· Tyras fundato Tyro etiā Traces fundauit· Ianus ponit colonias in Arabia felice· Cameſes in Italiā uenit·Ianus ab Arabia in Numidiā cōceſſit ad Tritonem Araxa oēm Scythiam coloniis replet· Belus circa obitū excogitauit frāgere aureū ſeculū: & cōtra Sabatiū Caſpiū ideſt Saturnum Sagam parauit arma ſed an̄ obiit:q̄ moueret· Succedit Tritoni in Lybia Hamon filiꝰ/cui Cameſes locauit cōiugē Rheam ſibi ſororē· Hamō clam Rhea ex Almāthea nympha genuit Dionyſium Lybicum·

De tertio rege Aſſyrioꝝ Nyno· Qđ hic primus militiā inſtituit:& decē ferme ānis nouiſſimis aureū ſeculū in argenteū cepit cōuertere:ſub quo a Caſpiis ī pontū fugit Saturnꝰ·Sub eo Tuyſcon Germanos: Samothes uero Gallos:& Tubal Hiſpanos: formāt lr̄is: carminibus & legibꝰ: & Cameſes corrūpere nititur Thuſcos·

Qđ ob ſtuprū Almanthecę/lis primū orta inter Hamonē & Rheam·Rhea ad Cameſem uenit & utriqꝫ cōtra Hamonem mouētes/Lybia potiti ſunt:pulſo Hamone·Ianus ab Affrica ī Hiſpaniā colonias tranſportauit:ubi duabꝰ urbibus fundatis in Thuſciāqꝫ ueniēs:tertio anno Cameſem ab Italia diſcedere iuſſit: Et filiā ſuā Cranā faſcibus inſignitā Aboriginibꝰ creauit Helernā:ipſe vetulonię docebat:atqꝫ iura dicebat & reddebat· Vbi Cameſes ab Italia ī Siciliā diſceſſit:& Hamonē in Lybia ſuperauit·Oſiridem ex ſorore Rhea genuit·Dionyſius eū ſibi in filiū adoptauit cū Minerua apud Tritonidē/deuictis Saturno & Rhea:& Oſiridē egypto p̄fecit·

Quę fuerint quę Ianꝰ Thuſcos edocuit·

Qđ ultimis ānis Nyni ſecūdi reges fuerunt: Iberis quidem apud Hiſpanos: & Magus apud Gallos·

De Semiramide q̄rta regina Aſſyrioꝝ·

Qđ ſub ea nata ē ex cameſe ac Rhea Iſis ſoror & cōiunx Oſiridis: Et Saturnꝰ ad Ianū ueniēs Latio p̄poſitus fuit·Apud Germanos regnat ſecūdꝰ rex Mānus·

Qđ Veſta Thuſcis uirginibus ſacrum ignem credidit·

Qđ Saturnus Sabatius cū Iano regnat & Sabū filiū Sabinis p̄ficiēs in Thuſcia morit̃:ubi ab eo Sabatia dicit̃·

Qđ tertius rex Hiſpanię Iubalda fuit·

De ꝗnto rege Aſſyriorū Nyniade· Qđ ſub eo Ianus in Thuſcia obiēs: Larthē reliꝗt filiū Razenū/ a quo thuſci Razeni·Oſiris cum ſorore Iſide fruges & aratrū inueniūt· Iano templū/& cognomen diuinū dei Vertūni ſtatuūt·

Qđ apud Gallos regnat Sarron·

De ſexto Aſſyrioꝝ rege Ario·Qđ paulo

ante/ Cameſen in Bactriis obtrūcato:ī Italia Razenꝰ ſorori Cranę lucū & parentalia ſacrat/ iuxta Thyberim Ianiculum·

Qđ apud Lybiam regnat Hyarbas / a quo Hyarbę:apud Hiſpanos Brygus unde Phrygii· Apud Italos Aruns filius Razenui·

De·xvii·Aſſyriorum rege Aralio·

Qđ ſub hoc rege Amazones in Lybia uicerunt Hyarbam·Apud Germanos regnauit Herminō·Apud Celtas Bardus·

Qđ ex Armenia Peruſinæ & Auſones colonię uenerūt ad Aruntē Larthem: hiſqꝫ loca aſſignata:& ſimiliter Phetōti Lybico & Lyguribus·In Italia regnat Tages Larthes aruſpex: & ī tribꝰ locis arſit Italia: in Hiſtria:Cymea:& Veſuuia/quę loca Aramei Palenſanas & Greci Phlegreas dixerunt·

De·viii·rege Aſſyrioꝝ Baleo Xerxe·

Qđ ſub hoc apud Hiſpanos regnat Tagus : apud Germanos Marſus : apnd Lygures Lygure filio dimiſſo/Pheton in Ethiopiā regreditur·

De·ix·Aſſyriorum rege Armatrite·Qđ ſub eo apud hiſpanos regnauit Betus/ apud Ianigenas Larthes Sicanus/qui tēplo Terrę ideſt Veſtę dicato eā cognominauit Horchiam: & de coloniis accolis Padi·

Qđ Gerio aſſumpſit in Hiſpania tyrānidē primus:& Bardns iunior regnat apud Gallos·

De·x·Aſſyriorum rege Bel Ocho· Qđ ſub eo apud Germanos regnat Gambriuius:apud Emathios Macedo filiꝰ Oſiris·apud Hiſpanos trigemini Geriones·

Qđ Itali oppreſſi a gygantibus euocauerunt Oſiridem tunc agentem in uicinis Italię fontibus Iſtri: qui potitus Italię/ illā·x·annis compoſuit: & a ſui cognomento Api Apeninā ideſt Taurinam cognominauit:& diſceſſit: relictis nepotibus ſuis Leſtrigōe Larthe Italię & Phorco rege maritimo·Apud Gallos regnauit Lucus: & Actica ingens inundatio obtigit ſub Ogyge iuniore Actico·

De·xi·Aſſyriorum rege Baleo iuniore·

Qđ ſub hoc Phorcus/ Veios Etruſcos primos colonos in Sardiniam tranſportauit a quibus Vei Sardiniani natione Tuſci·

Qđ Oſiris de toto orbe benemeritus/ a fratre perimitʼ in Egypto conſciis gygantibus in toto orbe:etiā ipſo Leſtrigone·Quos omnes filiꝰ Oſiridis Hercules egyptius bello indicto ſubſtulit Et ī Italia deletis Leſtrigonibus·xxx·ānis regnauit:multiſqꝫ beneficiis Italię impenſis rediit in Hiſpanias/quas ante a Gerionibus liberauerat:& Hiſpalum regem illis prefecerat·

De·xii·Aſſyriorū rege Altada· Qđ ſub eo Hercules reliquit Vetulonię regem filium ſuum Tuſſum/a quo portio para Tuſſa:ideſt coronata Tuſca· Apud Gallos regnat filius eiuſdem Herculis Galatheus: a quo Galli Galathæ· Apud Germanos Vandalꝰ:a quo Vandali·Hercule ī Hiſpania mortuo/Hiſpani templū & urbes dicant: & Tuſcus filius eius in Etruria primus militiam incantare more paterno docet·

De·xiii·Aſſyriorum rege Mamito· Qđ ſub hoc regnauit Larthes Etrurię Alteus Tuſci filius in Italia:& Heſperus in Hiſpania: & Narbon in Gallia: & Teutanes in Germania·

De·xiiii·Aſſyriorum rege Mancaleo·

Qđ Italus Atlas pulſo fratre Heſpero

in Italiam: regnauit i Hiſpania: Inde ab Hiſpaniis in Siciliā & ab ea in thyberim ueniens/relicto in Hiſpania rege Sicoro tandē cōiugio Electrę fact⁹ gener Coriti/ regnauit Larthes Italiæ i Vetulonia• Apud Gallos regnat Lugdus• Apud Germanos Alemānus Hercules•

Q đ Italus regnans in Vetulonia/filiam ſuā Romā primā ſubregulā in Latio cōdidit: a qua latini reguli ceperunt•

De•xv•Aſſyriorū rege Sphero• Q đ ſub hoc ortus eſt Deucalion• Apud Italos Larthes Etrurię fuit Morges fili⁹ Itali/& cognatus Coriti: & poſt eū Corit⁹ fit Larthes• Apud hiſpanos regnat Sicanus paulo poſt obitum Spheri•

De•xvi•rege Aſſyriorum Mamelo• Q đ ſub hoc fuit apud Latinos Romaneſſus filius Romę ſecundus ſubregulus & primus Saturn⁹ indigena Latii: & Sicanus regnat apud Hiſpanos• apud Gallos Beligius•

Q đ eodem anno ceperūt regnare & totidē ānis• Cecrops primus apud Athenas/& Iaſius in Etruſca Turrena ſede patris Coriti: & ꝙ in ei⁹ nuptiis affuit Iſis quę uixit annis ſexcentis unica inter feminas•

De•xvii•Aſſyriorū rege Spareto• Sub huius anno quarto ꝓprie ceperūt Cecrops & Iaſius: & aliquāto poſt apud Hiſpanos Siceleus•

Q đ Magi cum Hebreis de magica contemnentes ſubmerſi ſunt mari rubro ſub ſequente rege•

Q đ diluuium Theſſalicum ſub Deucalione / & incendium ſub Phetonte iuniore accidit•

Q đ lis prima inteſtina in Etruria orta eſt/inter Iaſium & Dardanum•

De•xviii•Aſſyrioꝝ rege Aſcatade• Sub hoc regnauit apud Hiſpanos Luſus: apud Gallos Allobrox•

Q đ Romaneſſos prim⁹ Latinoꝝ Saturnus ſacrat̃: & ſucceſſit illi fili⁹ eius Picus priſcus• Dardanus dolo ꝑemit Iaſium & fugit in Samotraciā: & ſucceſſit Larthes Etrurię Ban•

Q đ poſt in Phrygiam & Meoniam ueniens Dardanus ad patrem Turrheni Atum: donatus eſt agro Phrygiæ ubi condidit Dardaniam• Turrhenus ecōtra in Etruriam adnauigans: a Bante & Cybele atqꝫ Etruſcis Comi hoſpicio ſuſceptus: & ciuilitate Turrenę donatus fuit•

❡ Ex auctoribus cūctis ut in precedentibus libris•

Sextidecimi libri cōmentaria ſuꝑ Manethonis ſupplementū pro Beroſo•

Q đ ſicut Beroſus ꝑ Aſſyrioꝝ reges enarrauit alioꝝ antiquitates ita eaſdē proſequit̃ Manethon egyptius ꝑ reges & Dynaſtias ſuorum Egyptiorū•

Q đ Manethon uicio ſcriptorū inuenit̃ in aliquot annis mendoſus•

De Egypto fratre Danai a quo egyptus urbs Titanim & prouincia nomen accepit•

Q đ ſub eo Dardanus Dardaniā condidit/& ꝙ de temporibus regum Troianorum ueracius ſcripſit Archilocus q̄ Manethon: & Euſebius eum ſecutus• Sub eodē Egypto Turrenus fuit Larthes Etrurię: & Romus rex Gallię: In Latio Faunus priſcus• Et anno•lxvii• eiuſdem Egypti item in Latio Annus Faunigena•

De Menophi ſucceſſore egypti• Q đ ſub hoc apud Gallos regnauit Paris: & in Etruria Tarchon prim⁹• Et apud Hiſpanos Teſta• & nouiſſimis annis Menophis: in Etruria Abas: & eiuſdē nominis Abas apud Argos·

De Dynaſtia poſt Menophim quę durauit annis·c·xciiii·

Qđ ſub hac Dynaſtia regnauerunt in Etruria Veibonus Vetuloniēſis·Item Oſcus Tarcon ſecūdus: Thyberinus: Mezentius: & Tarcon tertius· Apud Gallos ſub eadem Dynaſtia regnauerunt: Lemānus: Olbius: Galatheus iunior: Namnes Remꝰ·Apud uero Hiſpanos ſub eadē Dynaſtia regnauerūt Romus: Palatuus·In Latio reguli fuerunt Mars cognomine Ianus iunior· Ceculus cognomine Saturnus iunior Picus iunior: Faunus iunior: Latinus Eneas·

De Dynaſtia Diapolitanorum: quę durauit annis·c·lxxvii·

Qđ in hac Dynaſtia Larthes Etruriæ ac reguli Latii floruerunt· In Etruria quidē Ocnus: Pipinus: Nycius: Pyſeꝰ Tuſcus iunior·Annus Felſinꝰ·In Latio uero Aſcanius: Poſthuuus: Eneas Siluius·Latinus iunior·Alba·In Gallia uero Francus·

Tam Manethonis q̄ Beroſi cōmētaria pendent ex auctoribus·Diodoro: Ariſtotile: Xenophonte: Ouidio: Archiloco: Solino: Lucano: Strabone: Fabio pictore: Ptolomeo: Plinio: Hieronymo: Sillio: Moyſe: Feſto: Ioſepho: Maſea Phenice: Virgilio: Seruio: Hieronimo egyptio: Oratio: Propertio: Cornelio Tacito: Trogo: Iuſtino·

Demiſeptimi libri Capitula ſuꝑ quadraginta queſtiones Annias·

De limitibus Thuſcię q·i·
De diuiſione gentiū Thuſcię q·ii·
Quo pacto intellligatur carmen Virgilii de Thuſcia: quod eſt de Mantua: Gens illi triplex: & reliqua· q·iii·
Quo pacto Thuſcis nō Mantuę eſt genus omnibus unum· q·iiii·
Quid ſignificet hoc nomen Coritus: & cuius eſt originis: & quot fuerint Coriti· q·v·
Quomodo Volturna & Turrena ſint eadem· q·vi·
Quare apponitur Vol· q·vii·
Vbi cōſedit Turrhenꝰ cū Lydis· q·viii·
Quomodo Volturna dicitur a Virgilio urbis Agillinę ſedes· q·ix·
Qđ quaſi ꝑ interp̄tationē Virgiliꝰ Volturnā dixit ſedem lapide uetuſto fundatam in iugis Etruſcis· q·x·
Quę duaꝝ ſit Volturna regia· q·xi·
De deſcriptione fani Volturnę a Virgilio data· q·xii·
Qđ fanum & lucus ꝓprie ſunt Arameę originis: īproprie uero latinę· q·xiii·
Cuius originis ſit Lucumo· q·xiiii·
Qđ eadem ſunt Lucumoniū: Paleologum & Viterbum· q·xv·
Quid plures dicāt de noīe Viterbū: unde ſumat᷑ & quid ſignificet· q·xvi·
Qđ ſint ſinonyma Etruria: Volturna: Turrena: ſicut Marcus Tullius Cicero· q·xvii·
Cur Turſena dicat᷑ Turrena· q·xviii·
Cur Eturſiam & Eturſos/Romani dixerunt Etruriā & Etruſcos· q·xix·
Qđ Etruria/urbem & prouinciam ſignat· q·xx·
An ſit mendoſus codex ubi Plinius dicit Volturreni cognomine Etruſci: in eadem parte Volſinienſes· q·xxi·
An Seruius recte dicat Etruriā eſſe originis Grecę· q·xxii·
Quid eſt tetrapolis Etruria· q·xxiii·
De regionibꝰ intra Volturnā· q·xxiiii·
De ſecūda p̄te dicta Vetulonia q·xxv·
An Alceus hāc Turrenā attigerit: & de

Argonautis aduectis in Volturnam· q·xxvi·
An Cecynna fuerit Volaterranus uel Volturrenus? q·xxvii·
De tertia parte quadriurbis Etrurię dicta para Tuſſa:ideſt haſtata Tuſca· q·xxviii·
De quarta parte quadriurbis Etruriæ dicta Arbanũ & Caſtrum Herculis· q·xxix·
Quomodo diſtant Tuſcia & Thuſcia· q·xxx·
De ordine gentium Thuſcię· q·xxxi·
Cur Plinius diſcreuit inter Arbanum/ Tuſcam: Vetuloniã & Volturnã:cum ſint una urbs tetrapolis· q·xxxii·
An carmẽ Tuſcanellę ſit uerũ· q·xxxiii
Quo pacto diſtent Tuſſa Nana: & para Tuſſa:item Tuſcanella & Tuſca· q·xxxiiii·
Quo pacto Galba Etruſcus/ genus traxit a Minoe ac Paſiphe· q·xxxv·
De origine uocabulorũ pertinentium ad extremas urbes Coriti & alia loca· q·xxxvi·
De origine Corthonę ac Cornueti· q·xxxvii·
De fabuloſo Dardano Samotrace· q·xxxviii·
De aduentu Iſidis in Italiã· q·xxxix·
An primos panes Iſis Viterbi confecerit· q·xl·

¶Finis·

Eiuſdem fratris Ioannis inſtitutio incipit de equiuocis Prima•

a

RISTOTELES ubiqꝫ docet æquiuoca nomina primum eſſe diſtinguenda q̃ diffinienda: ut euitet᷑ obſcuritas & equiuocatio nominũ:que etiã eruditiſſimos capit:& aberrare compellit:Porro ut auctor eſt Varro ĩ de lingua latina:obſcurę originis noĩa ſunt Diua:Volturna:Palatua:Flora:Furina:Falucer:Pomona:Pomonuſqꝫ pater addunt᷑ & Turrena atqꝫEtruria•Quarę diſtinguẽda ſunt hęc oĩa nomina:ut reiciamus/quod obicitur/nõ pertinens ad Etruſcã originem•

DIVA•ut eſt latinę originis a diuinitate deriuatur:& ſignificat diuinũ• ut eſt etruſcę originis a dio/ideſt aere deriuatur:ut ſub dio Etruſci/corrupte ſub diuo dicunt latini•Inde Dius & Dia atqꝫ Dieſpiter & Diana•Hec Varro docet in primo de lingua latina•unde genitiuus grecus Zeus:Dios:ideſt Iuppiter Iouis ab etruſca origine deriuatur:quia barbara & etruſca origo/antiquior eſt greca ſimul & latina•

VOLTVRNA ET VOLTVRNVS•Thyberis uolturnus deus•Varro in primo de lingua latina diſtinguit ſic•Volturnus:quod ut oritur in ſamnio:nõ eſt originis latinę•Quod ut caput extra latium:non pertinet ad linguam latinam/etiam ſi in latinam linguam effluat•Quod ut ſecus mare:colonia eſt romana/& ad latinam originem ſpectat•Volturnum Thyberis deum/roma dicit eſſe ſuum:& etruria ſuum•De Thyberis uero nomine anceps eſt hiſtoria:dictus ne ſit a rege Veientum/an Albanorum•Hec ſignificat Varro•Liuius uero in•iiii•ab urbe cõdita•Volturnum inquit:quod nunc Capua eſt:Etruſcorum fuit•Fabius quoqꝫ pictor/de origine urbis Romę:eadem ferme dicit•Sic enim in fine aduerbũ ſcribit•In parte inquit rome ſunt loca etrurię/Antipolis/Ianiculum/Thyberis ipſe limes imperii uolturreni/inter ueteres Ianum & Saturnũ qui a principe illius urbe uolturrena/ per ſincopam thyberis dictus eſt uolturnus:& ob id Tuſcus non latinus•Quod uero uolturnũ ſine ſincopa & cõpoſitione eſt nomen primitiuũ:notat fluuium in Samnio/& oppidum romanũ in litore/a quo uolturnus deus ꝗ thyberinus in latio:ſicut & uolturnus ut caput imperii in etruria•Et ſubdens Fabius:Quam ob rem inquit deum thyberinum/ſuum dicit eſſe roma:atqꝫ etruria ſuum/eundem Ianum Vertũnum:& ab eis dictum Vadymonna•Ex his omnibus iuuentus noſtra Viterbenſis cũ de Volturnę nomine cõtentio eſt:mox ita diſtinguat•aut uolturna eſt nomen primitiuum ſine cõpoſitõne ſincopaqꝫ/aut ſimplex & deriuatiuũ:aut compoſitum ſincopatum & deriuatiuum•Si eſt primitiuũ ſimplex & ſine ſincopa ſignificat fluuium in Samnio:& oppidum in litore Latii•Si uero ſit ſimplex & deriuatiuum:ſignificat Capuam ut ait Liuius: qa deriuat᷑ a cognomine fluuii o Vlturni:qui ut in Ptolomeo patet oritur in Samnio & preter fluit iuxta Capuam:& in mare mergit᷑ Ceterum ſi ſit nomen compoſitum a uol/& turrena/& per ſincopam in compoſitione dictum uolturna:tunc ſignificat urbem/caput imperii Thuſcorum/regiamqꝫ ſedem extra latium in etruria•Ergo qm̃ accolę capuę & romani in litore latino/a uolturno dicũtur etiam ipſi Volturni:eruditiſſime Plinius in•iii• naturalis hiſtorię Volturrenos regios etruſcos diſcreuit ab omnibus aliis dicens cap•vi• Volturreni cognomine Etruſci:in eadem parte Volſinienſes· Quare quecunq; Volturna non eſt in eadem parte qua & Volſiniēſes: illa utiq; neq; Etruria cognomine neq; caput imperii extra Latium eſt· Nos ergo de Volturna locuturi:illam accipimus quę in Thuſcia erat caput imperii prope Volſinienſes:& ad cuius regium Fanum indicebantur concilia·xii·populis Etrurię:ut Liuius auctor eſt·

PALATVA eſt nomen obſcuræ originis ut eſt latinę/plures habet origines/ ſicut & Palatiū:de quibus Varro tradit/ubi de Palatino colle ſcribit in primo de lingua latina· Vt uero eſt Etruſcę originis/eſt cognomen Numidicę Mineruę/ad lacū Tritonidem inuentę:ut copioſe expoſuimus in opere de lacu vadymōnis Nauiſo: ubi Vadymōna Palatia·

FLORA ut eſt latinę originis/ſignificat deam florū: de qua Ouidius in·v·Faſtoꝝ loquit᷑:inducens eā ita dicentē·Chloris eram quę flora uocor:corrupta latino/Nominis eſt noſtri: littera greca ſono·In agro Volturreno noſtro/uiculū poſuerūt Pellaſgi/quē Annales Gotifredi uocāt caſtrū chlorę· Nam Lucum ingentē ſiue Fanū Volturnę fama eſt ueteres ſacraſſe pelaſgos:ut tradit Virgilius in·viii·Eneidos·Argumentū ei facit Volturnę campus ad hanc etatē pelaſgi dictus: q̄uis ruſtici geminato·ll·pellaſgi proferant· Vt Flora eſt Etruſcę originis deriuatur a Falor/ut aiunt Talmudiſtę/a quo falora & per ſincopā flora/eſt dea merentium·Nam falor per ſe meror eſt:ut etiā diuus Hieronymus conſentit·Sacrificabat᷑ ſibi ut merores auferret & leticiam redderet·Dicatū ſibi fuit oppidum in eodem agro Volturreno/ab ea dictum Florentinū uſq; ad hanc etatē : & quarto miliario aut paulo amplius ab eo diſtat Tudernū/uel corrupta prima littera in Ptolomeo impreſſerunt Sudernum· Vtrūq; olim illuſtre vuis oppidū: ut Plinius auctor eſt in·xiiii·naturalis hiſtoriæ ca·iiii·dicēs· Tuſcis peculiaris eſt vua Tudernis/eque ac eiuſdē noīs Florentia·Nō enim de florentia p̄clara nūc urbe intellexit Plinius:quia tūc nō extabat urbs illa/ licet accolas Arnus aliquot haberet/fluentinos a prefluenti Arno dictos: ut idē Plinius in tertio naturalis hiſtorię ca·vi·indicat·

FVRINA ut ad liuguam latinam ſpectat ſignificat deam furum· Vt uero originis eſt Etruſcę ſignificat deam ſortium/ad dirimendū lites : deriuata & dicta a furim/ ideſt ſortibus: ut diuus Hieronymus & Hebrei conſentiunt· Venerabatur in regione furina/ubi poſtea poſitum eſt ſacellū beatę uirginis adhuc de furinis dictę q̄uis ruſtici mutata littera·u·in·a·de farinis dicant·

FALVCER eſt ut ait Varro obſcurę originis·Nam ut nomen ſimplex ſecūdę declinationis:eſt originis Volſcę ut quidam ſentiunt: & ſignificat eorum principem deū· Vt uero compoſitum a duobus Etruſcis uocabulis fano & luceres : eſt Etruſcum nomen & per ſineraicam compoſitionē dicuntur fani Lucumonii ciues/ ſcilicet circum fanum Volturnę habitantes· Lucerum uero nomen a Lucumone deriuatur·Qđ Varro doctiſſimus in primo de lingua latina probat auctoribus ſe antiquioribus & ratione deriuationis grāmaticę·Doctores affert Enniū qui dicit Romam diuiſam in tres partes a Romulo unde tribus dictæ : & eas a tribus ducibus nominatę/Tacienſes a Tacio:Rumnēſes a Rumulo: Luceres a Lucumone: ut ait Iunius:Et hęc ſunt nomina Etruſca ut ait Tolumnius Tragediarum Thuſcarum ſcriptor· Quęq; enim gens imponit nomina ſuę linguę· Quare ex tribus ducibus/ quoꝝ erat munus imponendi nomina/ a Lucumone etruſco impoſita ſunt/qui triumphos peperit Romulo:quia Etruſca ſunt nomina·Nam latini dicũt Ticium & Ticienſes:Romulum & Romuleos:Lucios & Lucanos a luceo:Et lucos atq; ante/ lucanum·Porro Etruſci dicunt Tacium & Tacienſes. Rumulum uero a Ruma dicunt Rumnũ & Rumnenſes/quaſi Rumanenſes:ut Sempronius de diuiſione Italiæ dicit· Et Luceres a Lucumone/ & Lucumo a Luca uerbo Etruſco· Lucus uero Etruſcę originis a luca ultima ſyllaba habente accentũ:quod ut Talmudiſtę perhibent:ſignificat ſenem & Senatorem·Et ideo lucus nõ per antifraſim a luceo gignitur impropriè: ut aiunt latini: ſed q̃maxime proprie ab Etruſca origine deriuatur: ſcilicet a luca ideſt Sene·Lucus ideſt Senatorius:quia lucus propria definitiõe/eſt Senatoꝝ curia templum:ut de luco latini regis Virgilius in·vii·Encidos/definiuit Etruſcum uocabulum dicens· Templũ auguſtum ingens centũ ſublime colũnis: Horrendum ſyluis & religione parentũ· Hinc ſceptra accipere & primas attollere faſces·Regibus omen erat: hoc illis curia templũ· Nõ enim niſi in augurato loco: ut ait Seruius:poterat Senatus habere curiã ſiue conſiliũ· vnde templũ Veſtę non erat conſecratum:ne illuc Senatus accederet ubi erant uirgines·Et ideo lucus proprie/horrendus ideſt uenerandus ſyluis:quia centum ſublimis arboribus conſitus quas poetice colũnas appellat:utiq; eſt Senatoribus curia templũ : cuius nulla eſt proprietas ſignificata/ut lucus latine deriuatur a luceo: ſed ut Aramee atq; Etruſce deriuatur a luca/ ideſt Sene ac Senatore· Quare lucus ut eſt Senatorũ curia templum/ſolam Etruſcã a proprietate nominis habet originẽ:& nõ latinam/niſi tracto per capillos uocabulo ad uiolentam antifraſim· Et ita lucus proprie & ab eo Lucumones ab hiſq; Luceres Etruſcę originis/ & certiſſimę linguę eorũ nomina ſunt: ut doctiſſimus Varro inuincibiliter probauit·

LVCERES Varro ut diximus probate & nõ uerboſe/ a lucumone dictos/ origine Etruſcos demõſtrauit· Is Lucumo fuit etruſcus/qui poſt Celiũ Tuſcum fuit auxilio Romulo contra Sabinos: ut Dioniſius Halicarnaſſeus in·ii·lib·ſcribit· Celius enim primus manu ſua uenit auxilio Romulo contra Ceninenſes & alios latinos: uti Varro ait in primo de lingua latina·Galeritus uero Arbanus Lucumo auxilio fuit Romulo cõtra Sabinos:& illos deuicit:dicẽte Vertũno Tuſco in li·iiii·Elegiarum Propertii: Tẽpore quo ſociis uenit Lucumonius armis: Atq; Sabina feri cõtudit arma Taci: Vidi ego labẽtes acies & tela caduca:Atq; hoſtes turpi terga dediſſe fugę·Et in alia Elegia Propertius cũ aliis cõſentiẽs/aſſerit Galeritũ uiciſſe:poſuiſſe pretoria Romę primũ:indidiſſe tribubus nomina:& ita eius auxilio quatuor triũphos Romulũ egiſſe dicens· Primus Galeritus poſuit pretoria Lucmo:Magnaq; pars ratio rerũ erat inter eos·Hinc Taciens/Rumneſq; uiri:Lucereſq; coloni·Quatuor hinc albos Romulus egit equos·Cato quoq; in fragmento·xii·originum·Romulus inquit cum palatio Exquilinũ collem tenuit:ab excubiis dictum/ quas illi more Thuſco Lucumo dedit·xii·lictorum ad cuſtodiam ſui corporis:quia Tacius non erat ſine ſuſpitione infidę ſocietatis·Hęc exiſtimo eſſe·xii·pretoria/ut ait Propertius quę hic Cato dicit·xii·lictores·Et fragmẽto penultimo Cato:ſub Capitolio eſt Ianus quadrifrons Quirinus a uictoria Lucumonis a Quirino colle mouētis. Quirinalē enim collem contra Sabinos tenebat Lucumo Etruſcus: & Romulus Exquilinum: ut ait Dioniſius in.ii.li. Fabius item in libro de origine urbis Romę ſic ait: Condita urbe quarto menſe/audax facinus in raptu Sabinaꝝ & Latinarum perpetratū fuit. Primū Latini Ceninenſes & alii intulerūt bellum. Romulus implorato auxilio a Thuſcis: cū Celio rege Etrurię primū ex his triumphū retulit: & ob id quartus urbis collis a Thuſcis habitari ceptus eſt. Subinde Sabini ingens bellū orſi: coegerūt Romulū denuo a Lucumonibꝰ ſocios milites expetere. Galerito Lucumoni Arbeę prouincia data/magna manu occupauit collem Quirinalem unde mouens contra Sabinos inſequentes Romulū/deuicit & in federa coegit. Et infra. Diuiſo Romano agro equis collibus/Sabinis ac Tacio Capitoliū & Quirinalis: Romulo ſequētes Exquilinus & Palatinus: Galerito uero & Luceribꝰ Thuſcis/Celius & Celiolus obuenerūt. Deinde ſubdit: ꝙ Thuſci relicto Celio colle ſubſidentē uallem tenuerunt quę uicus Thuſcus dicit᷑: & ꝙ nomina tribubꝰ impoſuit Lucumo lingua Etruſca/a ſe ſuos Thuſcos uocauit Luceres. Seruius itē ſup.v. Eneidos: ibi tres equitū turmę: tres inquit partes ab initio fuiſſe populi Romani cōſtat vnā Tacienſem a Tacio rege Sabinoꝝ dictā: alterā Rumnenſiū a Rumulo: tertiā Lucerū a Lucumōe ut ait Varro: q ait Romulū dimicantē cōtra Taciū a Lucumonibꝰ ideſt Thuſcis auxilia poſtulaſſe: unde ꝗdā uēit cū exercitu: cui recepto/pars urbis data ē/quę uicus thuſcꝰ dicit᷑. Hactenꝰ pro Varrōe: nūc cōtra eū alios audiamꝰ.

LVCERES. Liuius in primo ab urbe condita: Lucerū inquit nomen eſt incertæ originis. Reſpondet Suetonius in uita Cai Calligulæ: ꝙ Cęſar paulū abfuit quin ſtatuas & ſcripta Liuii ab omnibꝰ bibliothecis amoueret: carpēs illū ut uerboſum & negligentē in hiſtoria: qui ſuppreſſit triūphos Romuli habitos & partos uictoria thuſcoꝝ: quod in hiſtoria eſt genꝰ falſitatis/dignū abolitiōe auctoris. Antoninꝰ itē Cęſar in Itinerarii ueri fragmēto/ cū de itinere Cyminio ſupra Caſſianū loqueret᷑: Volturna inquit: cuiꝰ p̄claris geſtis iuidit Liuius. Porro ſiqs contra doctiſſimū ſua ꝓbantē: ſolo uerbo contradicat: qđ eſt puerile atq; anile: utiq; uerboſus dicit᷑/qa ſolo uerbo utit᷑. Et ideo iuxta regulā diui Hieronymi/ea facilitate cōtēpnit᷑ qua ꝓfert᷑. Ceterū Liuius cōtra doctiorē ſe in origine linguę latinę & uocabuloꝝ urbis: Varronē dico inexpugnabiliter ꝓbantē dicta ſua & alios: ſolo uerbo utit᷑ dicēs: Lucerū nomē eſt incertę originis. Et iō iure in hac re thuſca/a duobꝰ Cęſaribꝰ damnat᷑ tanq̄ negligēs & uerboſus in hiſtoria: & ea facilitate cōtemnit᷑ dictū eiꝰ qua ꝓfert᷑: q̄q̄ alias eloquentiſſimꝰ. Nā aliud eſt eloqui: aliud recte narrare hiſtorias & origines. Similiter Plutarchus & Pliniꝰ & alii reiciunt᷑: qui aiūt Luceres dictos a Luci Aſili quotidiana cōmunione: quo multi fuga delati ciuitate donati ſunt. Sed iſti peccāt in origine noīs & ī hiſtoria. In origine quidē noīs: qa Luceres nō deriuant᷑ a Luco/ut latine orit᷑ a luceo: quia ſic dicunt᷑ Lucii & Lucani: ut ſupra expoſuimꝰ. Peccāt uero in hiſtoria: quia cōmunicātes fuga Aſili/ante raptū Sabinaꝝ/Romulei erāt & Rumnēſes poſtea a Lucumone nūcupati. Poſt bellū igit᷑ Taciēſes Sabini & Luceres thuſci adiecti ſunt. Poſtremo obiciūt ꝙ Feſtus dixit Luceres dictos a Lucero Ardeę rege aduerſus Taciū ferēte auxiliū Romulo. Et ad hoc dicit Fabius pictor a Lucere Arbeę rege non Ardeę·Arbea uero eſt quarta pars urbis Etrurię:a qua Harbanũ dicitur & nõ Herbanũ a Plinio:ut oſtendimꝰ in·xl·queſtionibꝰ Anniis·Hactenus de Falucere ac Falucro·

POMONA pomonuſq; pater·Hec ſunt obſcurę originis:ut ait Varro·Sunt enim latinę originis ſi deriuanť a Pomo:& ſignificant Ianũ & Veſtam qui primi rationẽ Georgicoꝝ tribuerũt:unde & a Georgicis poetis inuocanť·Vt uero ſunt Etruſcę originis deriuantur a Pomazo ultima ſyllaba acuta:& ſignificat iuuo·Hinc & Dalmatę dum ſalutant dicũt:Boch ti pomazi:ideſt deus te iuuet·Ergo pomonꝰ pater & pomona:ut Etruſcę originis/eſt Iuppiter & Iuno dii optimi maximi inter Veioues:iidem Ianus Vertũnus/& Veſta Horchia: ut in comentariis expoſuimus ſuꝑ Elegiam Propertii ad Vertũnũ: quam inſeruimus pro Iano patre in·iii·libro antiquitatum Beroſi·

ETRVRIA·ut Grecę originis:teſte Seruio:ſcribiť cũ·th·aſpirato Ethruria: eſtq; nomen compoſitũ ab etheros qđ eſt alter:& oros qđ eſt finis & limes·Hinc Ethru quaſi Etheroria/ideſt altero fine limitata:uno quidẽ Macra amne inter Thuſcos & Lygures:altero uero Thyberi fine imperii Volturreni inter ueteres Saturnũ & Ianum: ut Fabius pictor eſt auctor:& nos in comẽtariis ſuꝑ eũ explanauimꝰ:de quo fine Iuuenalis dixit·Et quę imperii fines/Thyberinũ uirgo natauit·Si ergo aſpirate ſcribať Ethruria & ethruſci: ſignificat totã prouinciã & populos eiꝰ·Vt uero eſt etruſcę originis/ſcribiť ſine aſpiratiõe Etruria·et eſt nomen deriuatũ a Turſibꝰ·Et ut ait Myrſilus de origine Italię & nos copioſe ſuꝑ eũ demonſtrauimꝰ·Etruſci uero ꝓferunt Etruriã uel Turrenã/aut Volturrenã:ſed ꝑ litterã·s·Volturſenã: Turſenã: Eturſiam·Huiꝰ noſtra etate argumentũ manet oppidulũ antiquiſſimũ inter Lucã & Macrã:quod uetuſta ꝓlatione non Turrenã ſed Turſenã dicimꝰ:licet ruſtici ob ꝓpinquitatẽ litteraꝝ mutato·t·in·c·dicãt Curſenã pro Turſenã·Poſteri uero ut auctor eſt Quintilianꝰ:poſuerũt in pluribꝰ·r·in quibꝰ·s·ueteres ꝓferebãt: ut quę antiqui dicebãt Valeſios:Fuſios:Phaleſios:decus:honos: Turſes:Cameſes:Cameſena: Eadem poſteri dicunt Valerios:Furios:Phalerios:decor:honor: Turres:Camers:& Camerena·Ita & Turſes Turſenã: Volturſenã:Eturſiam/dixerũt Turres: Turrenã: Volturrenã:Eturriã:& tranſpoſito uno·r·Etruriã·Quę oĩa ꝓlixe expoſuimꝰ in·xl·qõnibus Anniis:& in comẽtariis ſupra Myrſilũ·Itaq; ſine aſpiratione Etruria ſignificat principaliter urbem regiã Volturnã circa Volſiniẽſes:quia teſte Plinio cognomine Etruſci ſunt Volturreni circa Volſinienſes·Vnde & Cato in·ii·fragmento ubi dixit Ianũ in tractu Vmbrię fundaſſe regiã urbẽ:mox in·xiii·eam noĩe ſuo nominãs: Etruria inquit olim Italię princeps a metropoli eoꝝ ſic cognominať·Dioniſius quoq; Halicarnaſſeus in prĩo libro hoc ipſum confirmat dicẽs·Romani uocant Etruſcos a loco regiõis quondã ab his habitatę dictę Etruria·Myrſilus itẽ antiquior Dioniſio:quẽ idem Dioniſius ſequiť in libro de origine Italię: Turreni inquit tetrapolim ſuã uocant Eturſiã·Et infra·Romani cõfitentur Turrenos eſſe uetuſtiſſimos:& eos uocãt Etruſcos a prima eoꝝ tetrapoli dicta Etruria·Et Cato item in·xvi·fragmento:gens inquit tertia Thuſcię tranſcyminia:a Cyminiis diffundiť ad piſtoriũ·In his Volturna ſub radicibꝰ Cyminibꝰ iacens dicta Etruria·Et Pliniꝰ:

Volturreni inquit cognomine Etruſci:in eadem ꝑte Voſinienſes•Idem Cato in fragmento•xix• Turrenus inquit pře Elbio ad lacum Vadymōnis ceſo/Et ſemꝑ Romanis pricipibus carus:ad reddendā urbem Etruriam pellectus eſt/anno ſecundo Olympiadis centeſime uigeſimęquartę•De hac deditiōe Valerius maximus li• ca• Quod inquit ſequit᷑:idcirco inter externa poſſumus:qa ante geſtum eſt: q̄ urbs Etrurię daret᷑•Et ita Liuius intelligit᷑ in primo ab urbe condita dicens•Sabinis erat uicina Etruria:ꝓximi Etrurię Veientes•Et in nono ab urbe condita:Fabio inquit:decretus fuit triumphus/ob egregie perdomitam Etruriā•Quę ꝓfecto duo falſa eſſent ſi origine greca pro prouincia ſumeret᷑ & ſcriberet᷑ Ethruria• Veientes enim non ſunt finitimi Ethrurię/ſed intra Ethruriā/ut recte dicit Plutarchus in uita Romuli•Neqꝫ ueꝝ eſt ꝙ Fabius egregię ꝑdomuit Ethruriam:qui uix cepit ſubiacentem cyminiis Volturnę regionem hāc•Etenim neqꝫ a fronte attigit Volſinienſes Volturnę ꝓximos: neqꝫ a ſiniſtris Tarquinienſes uicinos:ſed eos ſequēte anno Decius ſubegit:ut ipſemet Liuius ibidem ſcribit•Quař quod refert Liuius uerum eſt pro Etruria:ſed non pro Ethruria•et ita ſine aſpiratione ſcribendū eſt in Helio ſpartiano:in uita Comodi & Antonini Annii Veri: ubi ſcribit•pleraqꝫ horū origo/materna/q̄dem ex Fauentia: paterna uero fuit ex Etruria• Et item Antonino factū eſt omen imperii in Etruria:quia eius dolia ſubfoſſa ſupra terrā repta ſunt: & edes eius in tota Etruria examen apum cōpleuit•Et item:Antoninus prefecturam Etrurię tenuit:quia multas poſſeſſiones paternas in ea habuit•Etate noſtra/ faciunt argumentum/eius predia/quę ad huc fora Annia nuncupamus/ab Annia tuſcoꝝ uetuſtiſſima familia dicta:ex qua ortus eſt Antoninꝰ:ut idem Helius ſcribit:Poſſunt adduci innumera loca auctoꝝ in quibus Etruria/pro urbe regia Volturna accipit᷑ & ſine aſpiratione:quia a Turſibus deriuatur•

TVRRENA: Et Volturrena• Ol Hebrei & Vol Aramei/dicūt quod latini eternum/uel antiquiſſimū & priſcum•Hinc Turrena comune nomen multis urbibus Turrenis:ſed Volturrena ideſt omnium antiquiſſima Turrena:uni ſoli conuenit• Igit᷑ ut eſt Etruſcę originis Turrena & Volturrena/ſine aſpiratōne ſcribenda ſunt & a Turſibus deriuantur:non a Turrheno Meone/quia multis etatibus & ſeculis q̄ pater & attaui Turrheni eſſent nati:utiqꝫ Turrena & Volturna erāt a Turſibus dicta:ut clare probat Myrſilus de origine Italie•& eum ſequutus Dioniſius in primo libro utrunqꝫ refert atqꝫ probat:& nos in comentariis ſuper Myrſilum expoſuimus•Vt uero ſunt Grecę originis: ſcribēda ſunt cum rrh aſpirato:&•v•pſilon Tvrrhenus/&Tvrrhenia/atqꝫ Tvrrhenia:& ſignificant Terobum filium Atus/& eius oppidula circa Thyberim/ ubi conſedit:ut referunt Myrſilus & Dioniſius & nos copioſe explanauimus in eiuſdem Myrſili comentariis:& in•xl•queſtionibus Anniis•Ergo cum in cōtentione nomen & orthographia fuerit•referat ſe iuuentus noſtra ad Etruſcā originē de Etruria: Turrena: Volturrena ſiue ꝑ ſincopā Volturna•

TVSCA TVSCIA• ut eſt Aramę & Etruſcę originis/ dicunt᷑ a Tuſco rege filio Herculis/quem pater Vetuloniæ prefecit deletis gygantibus leſtrigonibus Italiæ ut ait Beroſus in•v•antiquitatum ſuper quem iam comentaria cōfecimus• id idem ſentit Feſtus dicens: Tuſcia dicitur a Tuſco rege filio Herculis•& ſcribit᷑ ſine aſpiratione Tuſca urbs:a qua Tuſcanienſes & tuſci:& tuſcia ager eius:a quo in Tuſcis dicunť eſſe ab hiſtoricis: omnes regionis eius incolę:uti eſt illud Plinii in•xiiii•naturalis hiſtorię ca•iiii• Tuſcis inquit peculiaris eſt uua Tudernis:eque ac eiuſdem nois Florentia•Et in•xxxiii•li•ca•iii•Equeſtris inquit ordinis nomẽ ſepe uariatũ ẽ Sub regibus eni & Romulo celeres appellati ſunt:inde Flexumines:poſtea Troſſoli ab oppido eiuſdẽ nominis citra Volſinos nono lapide in Tuſcis:capto abſq; pedite•Similiter illud Liuii•Ceſo noctu exul in Tuſcos abiit•Sic enim ſine aſpiratione Etruſci & tuſci iidem:quia Tuſca eſt quarta portio regię urbis Etrurię: ubi Vertũnus colebať:ut poſtea diceť• Vt uero eſt Grecę originis cum aſpiratiõe•th•thuſcia ſcribiť:& ſignificat totam prouinciã•Et ut Seruius & Feſtus aſſerũt:deriuať thuſcia a futuro hui⁹ uerbi thuo:ideſt ſacrifico & aruſpicor:quod facit futurum thuſo:a quo thuſia:ideſt ſacrificola & aruſpicatrix• Et hanc deriuationẽ grecã habuerunt a Meonibus eiectis Pelaſgis:ut inſinuat Plini⁹ in•iii•naturalis hiſtorię ca•vi•dicens Etruria ſepe mutauit nomen•Vmbri eam coluere/quos antiquit⁹ pepulere Pelaſgi hos Lydi:a quoꝝ rege Turrheni:mox a ſacrifico ritu/lingua greca thuſci cognominati fuerũt•Q đ ſi queris:unde thuſia addita•c•dicať Thuſcia: reſpondimus in•xl• qõnibus Anniis:quia Romana lingua id moris habuit•Vnde Ciliſſam:Ciliſcam: Pheniſſam:Pheniſcã:Lybiſcã:Lybiſſam:& Lybiſſillã:Lybiſcillam ꝓferunt•Vnde quã greca origine a futuro thuſo thuſiam dicere decet:ipſi addito•c•dicũt thuſciã• Argumẽto ſunt uetuſta ꝓlatione permanẽtia loca: Tuſſa:para tuſſa• Tuſſa Nana• quę Romani ꝓferunt Tuſca:haſtata tuſca: Tuſca Nana: ſiue tuſcanella• Eſt autẽ tuſca Nana urbs diruta ĩter tuſcanellã & Caninũ: Et para tuſſa:ideſt haſtata tuſca eſt pars volturnę ſiue Etrurię tetrapolis:unde fuit Lybacas dux/ex Delphinis exul de quo in•iii• Metamorphoſeos Ouidius ait• Furit audaciſſimus omniũ• De numero Lybacas:qui tuſca pulſus ab urbe• exiliũ dira pena pro cede luebat• Hactenus de obſcuritate originis nominũ quaſi Equiuoca/quoad ſatis eſt pro noſtra urbe Etruria nũc Viterbo:ut uidebiť• Finit inſtitutio de Equiuocatiõe & origine•

Eiuſdem fratris Ioannis Annii Secũda inſtitutio incipit/de definitione nominum Turrenę:Volturrenę:Etrurię:& de forma ueteri eiuſdem urbis•

u BI IAM ORIGO quaſi equiuoca Turrenę:Volturnę & Etrurię patuit:inſtituenda eſt iuuentus etruſca de definitiõe nominũ dictoꝝ: ut etruſcę originis ſunt:& a turſib⁹ deriuanť•Initiũ definitiõis ſumendũ eſt ab ipſis turſibus• Sũt aũt turſes Etruſca lingua edes turritæ: ut inſinuat Dioniſius in prio libro: & Myrſilus exprimit in de origine Italię•Et ideo diffinitur urbs a turſibus deriuata:ꝙ ſit urbs turritis edibus extructa:ut idẽ Dioniſius ſignificat/ſecutus Myrſilũ:qui in p̄dicto libro ſic habet•Etruſci turſes & turrenas uocãt/ſi ſunt tetrapoles/turritas edes: perinde ac Moſſineci a Moſſinis in Aſia•Ex his tã probe definitis:hec iuuẽtus Etruſca colligit•Primũ eſt:ꝙ hec tria ſinonima ſunt: & eandẽ urbem ſignificãt regiã:ut ſunt Etruſcę originis: uidelicet Turrena:Volturrena:Etruria• Inuincibilia aũt argumẽta ſunt ab origine ꝓpria nois/ſimul & a definitione•Nã quecũq; eandẽ ꝓpriã deriuationẽ & originẽ nominis habent: eandẽ rem ſignificant: licet poſſint differre in modo ſignificandi: teſte auctore modorũ ſignificandi & ſpeculatiuis nõ uulgaribus grãmaticis: uti fluuius: fluentũ: fluere: flere: quę a fluo habent originem. Porro Turſena: Volturſena: Eturſia: quam latini protulerũt Turrenã: Volturrenã & Etruriam: utiq; a Turſibus unã eandẽq; propriã originem deſumunt: ut probat Myrſilus/& eum ſecutus Dioniſius: & comẽtaria noſtra ſuꝑ Myrſilum. Quare eãdem urbem ſignificant: licet diuerſo modo ſignificandi. Nam Turrena ſignificat per modũ cõmunis turritã urbem. Volturrena uero addit antiquitatẽ ut diximus: & Etruria frequentiã & crebreitatẽ. Etruria enĩ ualde turrita: ſicut Volturrena antiqua turrita dicit᷑. Vnde omnis Volturſena & Eturſia eſt Turſena: ſed nõ oĩs Turſena eſt Eturſia & Volturſena: qm̃ inter Lucã & Macram eſt turſena uiculus: nõ tñ ẽ Eturſia & Volturſena: qa nõ eſt frequẽtib⁹ & crebris extructis edib⁹ extructa: neq; antiquiſſima omniũ: qđ ſoli regię cõuenit. Similiter quecũq; habẽt eandẽ penitus definitionẽ: ſunt eadem: ut Marcus/Tullius/Cicero. Porro Turrena/Volturrena/Etruria: eandẽ penitus definitionẽ habẽt: quia quilibet definitur ꝙ ſit urbs extructis turritis edibus: Quare Turrena: Volturrena & Etruria eandẽ turritam urbem ſignificant. Colligitur item ex ſupradictis ꝙ urbs Etruria fuerit tetrapolis: ut Myrſilus inſinuat. Qđ profecto & ex aliis ꝑbamus. Nam & regiã ſedem antiqui: ut inſinuat Xenophon in libro de equiuocis tetrapolim conſtituebãt: ideſt quatuor diſtinctis portionibus/inſtar oppidis: & partes eius regię erant: ut ibidẽ in comentariis probauimus de Babillonia: Niniue: Arbea Phenicũ. Samotracia: Ieroſolima: Siracuſa: Roma: & ipſa urbs Etruria: dę qua Myrſilus circa finem libri de origine Italię dicit: Tetrapolim quoq; ſuã Eturſiam Turreni: & eius partes Volturſenã/Vetuloniã/tuſſam: & Harbanũ cognomine: a Luco Calumbũ/a deo ſuo fundatã aſſerunt. Porro latini ſingulis his partib⁹ regia munera tribuũt: ut intelligas uerę partes urbis regię fuiſſe. Nam Vetulonię faſces & ſecures: Volturnę Senatorũ fanum lucumq;: Tuſcę principẽ tribuũt urbis regiũ deum: & eiuſcemodi. Et quidẽ de faſcibus tributis Vetulonię: Sillius Italicus in. viii. teſtatur dicens:

Meonięq; decus quondã Vetulonia gẽtis: Biſſenas hec dedit primas p̄cedere faſces
Et iunxit totidẽ tacito terrore ſecures. Hec altas eboris decorauit honore curules.
Et princeps Tyrio ueſtẽ pretexuit Oſtro: Hec eadẽ pugnas accendier ꝓtulit ęre.

Beroſus quoq; ac Manethon in Vetulonia regnaſſe oẽs reges Italię a Iano ac deinceps & eam fuiſſe regiã regum: aſſerũt. Qđ uero Volturna fuerit regia: & illi lucus regius tributus: qui erat ut in p̄cedentibus expoſitũ eſt regibus curia templũ: tam Liuius q̃ alii docent: qui ad fanũ Volturnę indici cõſilia. xii. populis Etrurię perhibent. Virgilius quoq; in. viii. Eneidos ſcribit ad auxilia ĩploranda ab Etruſcis contra Turnũ/ueniſſe Eneam ad lucum ingentẽ Lucumonũ patrum/religione/late ſacrnm. Qđ autẽ tuſcę parti regius Etrurię urbis deus tribuat᷑: patet in Elegia Propertii ad Vertũnum: in qua Vertũnus dicit: Tuſcus ego: tuſcis orior. Eſt enim Vernus municipalis ac princeps deus urbis Etrurię: ut inſinuat Varro in primo de lingua lati. Qđ nero Arbanũ ſit regiũ: cũ nomen indicet: qa Arbanũ quarta pars dicit᷑ ab Arbea quod eſt quarta ſcđm talmudiſtas: tum p̄cipue conſtat ex eo ꝙ a luco regio/Calumbũ ideſt uiride cognomen deſumpſit:ut Myrſilus dicit· Q đ uero hęc quatuor partes eſſent diſcretę/nõ ſub unis menibus/ nõ modo decretum Deſiderii probat: ſed etiã Plinius: qui eas diſtincte enumerat in·iii·naturalis hiſtorię ca·vi· dicens·Harbanum: Tuſcanienſes: Verulonienſes: Volturreni cognomine Etruſci· Inſtitutio hec ſecũda erudit iuuenes noſtros/ſi nomina in cõtentionẽ & ſignificata ueniant:aſſerere regiam ſedem Thuſcoꝝ/tribus ſinonimis eandẽ eſſe Etruriam: turrenã & Volturrenã: & eam fuiſſe tetrapolim cuius partes regias/autores nominant Harbanũ: Tuſſam ſiue Tuſcam: Vetuloniam & Volturnam uti expoſuimus· Q đ ſiquis obiciat Volturnã eſſe nomen cõmune toti tetrapoli/ ſicut Turrenam & Etruriã:& ob id nõ eſſe nomen partis:neganda eſt conſequẽtia:quia antiquitus ut plurimum/aliqđ nomen cõmune toti urbi & cetera:uni parti imponebat᷑· Vnde & Traicia Samus/quę nũc Samotracia fertur:antea dicebat᷑ Samus tota & pars ſimiliter:dicente Strabone in eius Geographia· Samotracia inquit cum eſſet tetrapolis habuit unã ex his/quę Samę & Samos dicta fuit·Similiter & Babillonia & Niniue fuerunt tetrapoles:ut patet Geneſis·x·ca·Et tamen unam partem Babillonię tam Moyſes ibidem q̄ alii nomine totius uocant Babilloniam: & unã partem Niniues uocant Niniuẽ. Pari forma etiam tetrapolim Eturſam cõmuni nomine uocant Volturnã: & ſimiliter partem eius·Et hec ſufficiant pro ſecunda inſtitutione· Nũc de tertia eſt tractandum· Finit ſecunda inſtitutio·

Eiuſdem fratris Ioannis Annii Viterbenſis tertia inſtitutio:ubi ſit tetrapolis Etruria·

q VERENTIBVS ubi ſit tetrapolis Etruria? Reſpondendum eſt: ubi limites eius & partes:quia totum nõ eſt ſine partibus·Et primo ſic reſpondeat noſtra iuuẽtus·Ibi eſt Etruria:ubi eã egregie ꝑdomuit·Q·Fabius cõſul: tranſgreſſus iuga Cyminia : ut auctor eſt Liuius in nono ab urbe condita· Sed illam perdomuit ad lacum Vadymõnis:habentem a tergo Cyminia tranſgreſſa iuga:a fronte autẽ Volſinienſes:& a ſiniſtris Tarquinienſes:quos nõ attigit:ſed Decio in annum ſequentem reliquit:ut ibidem Liuius ſcribit·Ergo Etruria urbs ad lacum Vadymõnis eſt/ habens a tergo Cyminia iuga:& a ſiniſtris tarquinias:& a fronte Volſiniẽſes·Quare neceſſario ſequitur:ut Etruria ſit inter Cyminia iuga:& Volſinienſes· Confirmatur idem limes Volſinienſis ab argumento a coniugatis inuincibili tam ſcđm peripatheticos q̄ etiam Ciceronem in Topicis:ut iuſticia eſt bonitas:utiqꝫ iuſticia eſt bona·Et ſi Fluentini ſunt ciues Florentini:equidem Fluentia eſt ciuitas Florentia Quare neceſſario conſequẽs eſt:ut ſi Volturreni ſint cognomine Etruſci:utiqꝫ Volturna uere ſit cognomĩe Etruria:ac ꝓpterea ubi Volturreni & Volturna:ibi Etruſci & Etruria· Ceterum teſte Plinio in·iii· naturalis hiſtoriæ: Volturreni cognomine Etruſci ſunt circa Volſiniẽſes·Ergo urbs Volturna cognomine Etruria eſt circa Volſinienſes·Rurſus ubi eſt pars etrurię urbis/dicta Tuſca: utiqꝫ ibi eſt & ipſa etruria tetrapolis·Ceterum urbs Tuſca/dei regii Vertũni/eſt in focis, Volſiniis: dicente in Elegia Propertiana eodem Vertunno·

Tuſcus ego/Tuſcis orior: nec penitet inter prelia: Volſinos deſeruiſſe Focos

Ergo eius tetrapolis Etruria eſt in focis Volſiniis· Hec de limite urbis Etrurię/ ex parte Volſina· Nunc de eius limite ex parte Cyminia repetendum eſt· Vbi igitur finit gens Cyſciminia/que teſte Catone Vciens a metropoli dicit᷑: ibi eſt urbs Etruria: dicente Liuio in primo ab urbe condita· Sabinis inquit eſt uicina Etruria: proximi Etrurię Veiētes· ceterum Veientes finiunt limites ſuos in iugis Cyminiis/ & lacu cyminio· ut autor eſt Cato in·xv·fragmēto de originibus· Quare Etruria urbs eſt proxima iugis & lacui cyminio· Quod clare inſinuauit Liuius in nono ab urbe condita/dum ꝑfectionē tranſcyminiam· Q·Fabii ſcribens: poſtera inquit die/Luce prima conſul· Cyminia iuga tenebat· Inde contemplatus opulenta Etrurię Arua: milites emittit· Amplius ubi Vetulonia regia: ibi Etruria tetrapolis eius: quia ubi pars/ibi & totum· Porro Vetulonia eſt iuxta lacū Cyminiū/ & Thermas/in quarū aquis eſt piſcatura ſalubris/& in regiōe mediterranea Thyberina/ ubi Turrhenus conſedit· Ergo ibi eſt tetrapolis Etruria· Etenim de loco Thuſcię ubi conſedit Turhenus: omnes cōſentiunt ꝙ non cōſedit in maritima gente/que teſte Catone in fragmētis originum/diffundit᷑ ab oſtia thyberina uſqꝫ Lunam & Macram· Similiter non cōſedit in ſecunda gente mediterranea Veiente/ quæ eodem autore diffundit᷑ a Vaticano in Cyminia iuga· Reſtat igit᷑/ut in tertia gente mediterranea cōſederit que teſte Catone protenditur a Cyminiis iugis ad Piſtorium· Non enim ſunt in Thuſcia ut enumerat Cato/niſi iſtæ tres gentes· Maritima: Tranſcyminia & Cyſminia· Quod & de·xii·populis ſignificauit in·x·Eneidos Virgilius·

Gens illi triplex populi ſub gente quaterni:
Ipſa caput populis: uires de ſanguine Thuſco·

Quod equidem copioſe in queſtionibus Anniis: & comentariis ſuper fragmenta Catonis expoſuimus· Verum quoniam gens tranſcyminia diuiditur in Thyberinam & Arnienſem: & Thyberina eſt a iugis Cyminiis circa Hortem oppidum/& a lacu Cyminio uſqꝫ ad fontes Thyberis & Aretium: Arniēſis autem eſt ab Aretio & fontibus Arni uſqꝫ Piſtorium: conſequens eſt/ut quoniam Turrhenus non conſedit in gente maritima prima Thuſciæ/ neqꝫ in ſecunda Ciſciminia Thyberina Veiente a Vaticano ad lacū Cyminium: æquidem tenuit tertiam tranſcyminiam gentem/aut Thyberinam: aut Arnienſem: Non autem tenuit Arnienſem· Ergo neceſſario tenuit eam partem Thyberinam tranſcyminiam: que eſt a fontibus Thyberis & Aretio uſqꝫ ad Hortem & lacum Cyminium· Hanc argumentatiōem noſtra iuuentus firmet autoribus/Myrſilo & Dioniſio Halicarnaſſeo: atqꝫ Herodoto qui exprimunt/ ad quam partem Thuſciæ Turrhenus Meones adduxerit· Dioniſius enim in primo libro/breuibus dicit: Herodotum & quoſdam alios ſcribere Turrhenū ad ꝑtem ſeptentrionalem Thyberis ueniſſe ubi erat Vmbris habitatio: & cum eis conſediſſe/ habitaſſe: & urbes edificaſſe/quæ extant· Myrſilus quoqꝫ de origine Italiæ ſuꝑ quē iam comentaria cōfecimus his uerbis utitur· Turrenis quidā originem ſuſpicantur eſſe a Lydis· Et paulo poſt· Turrhenus inquit filius Atus in ſeptentrionalem ꝑtem Thyberis ueniens/eius totā medietatē a fontibus uſqꝫ ubi erat priſcis vmbris habitatio tenuit: & cū eis cōſedit & hitauit: & urbes hactenus dictas

Meonias & Turrhenias edificauit· Quæ autem ſint iſte urbes in tractu Thyberis ab Aretio ad lacum uſqꝫ Cyminiū:ſiue a fontibus thyberis uſqꝫ ad Hortem/ ſiquis ſcire cupit·legat comētaria noſtra ſuper Myrſilum:& Annias queſtiones·Satis eſt iuuentuti etruſcę inſtitutam eſſe/Lydos conſediſſe in tractu thyberis ſeptētrionali & ipſum Turrhenū conſediſſe & habitaſſe ubi fuit priſcis Vmbris habitatio·Querendus eſt igitur locus ab Aretio uſqꝫ ad Cyminium lacum ubi fuit priſcis Vmbris habitatio·Vmbri enim antiquitus coluerunt Etruriam: quos pepulere Pelaſgi: ut Plinius dicit in·iii· naturalis hiſtoriæ ca·vi·ubi etiam ad mare thuſcum numerat Vmbronē fluuiū & tractum Vmbrię/ſcilicet finis eiuſce tractus/qui incipit a thyberis ſeptētrionali parte/quia ibi fuit priſcis Vmbris habitatio· Querēdum eſt hoc loco ad complementum doctrinę:qui dicuntur priſci Vmbri:qui patres eorum:& ubi nati:& quando a Pelaſgis pulſi ad montes· Reſpondent ad hec·M·Antonius & Cato in fragmentis:& Myrſilus in ſupradicto loco· De·M·Antonio teſtimoniū perhibet Solinus in Collectaneis dicens:Veterum Gallorum prolem Vmbros eſſe M·Antonius aſſeuerat·Hos eoſdem quia tempore aquoſę cladis hymbribꝰ ſuꝑſtites fuerunt Grece Vmbros dictos· Cato item in fragmento·ii· Ex Scythia ueniſſe Ianum rate in Vaticanū:a quo ipſe deus Vaticanus cum Dyrim & progenitoribue Vmbrorū:& a Vaticano progreſſum in tractum Vmbrię ibi fundaſſe regiam/& fani Olympum ſacraſſe:& nō longe a regia dicaſſe Auguſtalē Turrenam: ubi ad ſalutandum regem nonis Lunaribus·xii·populi cōuenirent·Myrſilus quoqꝫ de origine Italię· Tetrapolim inquit ſuam turreni Eturſiam/aureo ſeculo mox poſt inundationem terrarū a deo ſuo fundatam aſſerunt : argumentaqꝫ afferunt agrū ſuum eoꝝ lingua Sale Vmbrone dictum ubi primū geniti Vmbri· Et deos/ ritus/mores/ litteras & leges illius uetuſtatis:quibus a ceteris differunt etiā ſibi uicinis· Rurſus Cato in·iii·fragmento: Italia inquit complura a diis & ducibus ſortita fuit nomina:a Iano Ianicula:a Cameſe Cameſena:a Saturno Saturnia:a gentilibꝰ Sale Vmbrona:& reliqua· Sempronius quoqꝫ de diuiſione Italię: montes inquit ab fontibꝰ thyberis uſqꝫ ad Nar inhabitant Vmbri:prima ueterū Gallorum proles:ut Auguſtus ſcribit·Ex his ergo auctoribus:& quę in comentariis ſuꝑ eos demonſtrauimꝰ: reſpondet᷑ ad queſita:ꝙ primi Vmbri dicunt᷑ prima proles Italię/ nata in Salevmbrone Etrurię/a gentilibꝰ ueteribus Ianigenis Gallis ideſt inundatis:ut in comētariis oſtēdimus ſuꝑ Xenophontē de Equiuocis· Vocabulū aūt Salevmbrone ut ſuꝑ Myrſilū & alios ꝓbauimꝰ/eſt Arameū & Etruſcū/& Sale ſignificat egreſſum·Hinc Salevmbrone eſt regio etrurię in qua egreſſi ab utero ueterū Ianigenoꝝ fuere Vmbri:& a Pelaſgis pulſi ut ait Pliniꝰ·Quo autē tēpore in hiſtoria Etruſca narrauimꝰ Nūc examināda ē regio ab Aretio ad lacū Cyminiū:ubi ſit Sale vmbrone· Et ꝗdē nuſq̄ inuenit᷑ niſi in agro Volturnę nr̄ę:ꝗa ut ait Myrſilꝰ:Etruſci uocāt agrū ſuū Salevmbrōe:quo primū geniti fuerūt Vmbri·Hinc uſqꝫ ad etatē nr̄am/ꝑtē amnis exeuntis a lacu Volſiniēſi uocat uulgꝰ la caduta di Salevmbrōe· Antoninꝰ quoqꝫ ī fragmēto Itinerarii ſui/qđ ē de ſex p̃cipuis itineribꝰ ab urbe roma ī gallias:de itinere cyminio ſupra Caſſianū loquēs/ordiate loca enumerās ait·Cyminio itinere ſūt Gallera: Larthenianū ſiue veiēs:Roſulū:Sutriū:Lacꝰ elbii:iuga cyminia:fanū volturnę cuius claris geſtis inuidit Liuius: Salevmbrone Volturnę: Larthes amnis: Volſinę Cluſiū uetus/olim Comerſolū· Cluſiū nouū a quo nunc dictus cluſentinꝰ tranſitus Hanibalis: Pheſulę tranſitꝰ· Ex quo euidētiſſime patet/argumentū uulgatū: qđ ex dictis pendet/eſſe ualidiſſimū· Turreni inq̄t & thuſci ſoli indigenę·ſ·Italię ac propria regiōe oriūdi ſunt: ceteri cōuenę & aduenę ab origine ſcribunt᷑: ut Myrſilus ꝓbat: Et Dioniſius Halicarnaſſeꝰ in prīo libro inſinuat: et Cato in fragmētis atqꝫ Fabius pictor ī de origine urbis Romę ſignificāt· Ceterū in Thuſcia Ianus fundauit primā omniū urbē tetrapolim Etruriā Volturrena ī ſubcyminiis/ubi prima proles Italię ī Salevmbrone orta fuit: ut ꝓbatū eſt· Igit᷑ in tota Italia prīa omniū urbiū eſt tetrapolis Etruria: & eiꝰ quatuor ꝑtes Arbanū/Tuſſa/Volturna & Vetulonia: quę dicta eſt decus Meonię gētis: ut Sillius ī·viii·li·cecinit: ꝗa Turrhenꝰ & Lydi ea donati & decorati fuerūt: ut Beroſus in·v·antiquitatū exprimit· Nā ubi priſcis Vmbris ī etruria in regiōe thyberina ab Aretio uſqꝫ in lacū Cyminiū fuerat prima habitatio: equidē ibi ſocietate imperii & ciuitate donatꝰ/cōſedit Turrhenus· Porro ab Aretio in lacum Cyminium nuſq̄ eſt Salevmbrona ſiue natiuitas Vmbroꝝ niſi in Volturna regia· Quare Turrhenus cōſedit & habitauit in Volturna regia tetrapoli· Ceterum decoratus & donatus fuit Vetulonia regia: ut Sillius & Beroſus perhibent· Ergo Vetulonia eſt in Salevmbrone/pars Volturnę & Etrurię regię· At Volturna regia tetrapolis eſt inter Cyminiū lacum & Volſinas ut ſupra probauimus· Ergo Vetulonia eſt inter lacum Cyminiū & Volſinas· Quod etiā ex his quę dicunt auctores conſtat· Sillius enim in·viii·cum legionē unā contra Hanibalē ex Etruria ſumptam a Romanis referret: & enumeraſſet/qui ex maritima gente iuiſſent a Phregene ad Lunā/cuius laudes ſub Porſena ponit: & deinde enumeraſſet duas urbes tranſcyminias/remotā quidē Pheſulas a Veientanis tranſcyminiis: etiā proximam eis Vetuloniā declarauit dicens: iuxta hos Vetulonos eſſe finitimos Veientes populos: inter quos ponit Sutrium/Nepe & lacum Cyminium· Quare Vetulonia pars tetrapolis regię eſt iuxta lacū Cyminiū & Veientes/qui ſunt proximi Etrurię ut auctor eſt Liuius in primo ab urbe condita· Plinius quoqꝫ eandē Etrurię urbis regionē inſinuat/ dum in·ii·naturalis hiſtorię ca· de miraculis fontiū & aquarum dicit· Aquis calidis Piſę innaſcunt᷑ ranę: ad Vetulonos uero in Etruria non procul mari: piſces· Notat duo Plinius: ꝙ Vetulonia ſit in Etruria quod de Piſis ſubticuit & ꝙ Caldanis aquis innaſcuntur piſces: quod de Caldano amne Volturrenę ueriſſimum eſt· Non dixit autem eam eſſe maritimam: quia Vetulonienſes in mediterraneis cum Tuſcanienſibus & Volturrenis enumerat in·iii·naturalis hiſtorię cap· vi· Et Turrhenus donatus ea conſedit in mediterranea Thyberina regione Volturnę: uti expoſuimus· Sed dicit tamē Vetulonos eſſe non procul mari: quia eius ager finitimus limiti Tarquinienſiū fluuio Blerano: tredecim milibus paſſuum diſtat a mari Grauiſco· Vnde qui Vetulonium pro Itulonium in litore ſcribunt/ſomniāt & nomen ſimul atqꝫ Ptolomeum corrumpunt: ut demonſtrauimus in·xl·queſtionibus Anniis: ubi & id expoſuimus: qđ Virgilius in·viii·Eneidos de Luco ingenti & ſede regia dicit· Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata uetuſto· Vrbis Agillinę ſedes/ubi Lydia quondam· Gens bello preclara: iugis inſedit Etruſcis·

Sic enim exponit᷑:Sedes regia urbis Agillinæ ideſt ciuis Agillini Mezentii: quia ibi accipit locū pro locato:& urbē ꝑ ciue/ſicut in primo libro:eū Iliū in Italiā portans:ideſt ciues·Nō enim Lydia gens in iugis aut Agilla urbe maritima: ſed uicina Thyberi ut Volturna & Vetulonia inſedit:ut ſupra ꝓbauimꝰ·Quare ſola expoſitio uera hec eſt·Sedes regia Turrena ciuis Agillini fundata ſaxo uetuſto ideſt antiquiſſima ſub Iano:incolit᷑ haud procul hinc ab urbe Roma:qa eſt in Etruria proxima Romę:quia teſte Macrobio in Saturnalibꝰ uſqꝫ Coſas ab Oſtia dicit᷑ Etruria proxima Romę:remota uero a Coſis ad Lunā· Ergo ſedes Volturna eſt in Etruria uicina Romæ:ubi Turrhenus & Lydia gens bello preclara a principio inſedit in iugis Etruſcis ideſt Volturrenis:quia Volturreni ſunt cognomine Etruſci·

Ex his ſequit᷑ quod pluries diximus:Quod nunc Viterbum dicitur:olim regia tetrapolis Etruria dicebatur·Nam ſi limites queris:ipſa a tergo habet iuga lacumqꝫ Cyminiū:a fronte Volſinienſes:a ſiniſtris Tarquinienſes:a dextris ſuam portionē Thyberis Troſſam ubi Turrhena & Meonia deleta & Meonianus ager & oppidū Troſſulum deletū/& Troſſanus uadus/uti expoſuimus in queſtionibꝰ Anniis· Calidę aquę & Caldanus ex his amnis/piſcibus refertus:adhuc nomīe & re manet·Si queris partes quatuor: adhuc nomina quatuor partibus ꝑſeuerant uetuſta prolatione Volturna:& Vetuletum a quo Vetulones & Vetulonia·Item para Tuſſa ideſt haſtata Tuſca: Et rurſus pons Arbanus cognomine pons ſancti Laurentii ubi Muſarnū Herculis & a Luco Calumbū:ut ait Myrſilus:licet corrupte pronunciēt Palumbū·Lucus ipſe ueſtigia ſeruat:uti exponemus in tabula FAVL Faluceres·Saleumbrone & pars lacus Volſiniēſis Viterbenſiū eſt· Viterbum quoqꝫ & eius ager uicinus eſt Sabinis/ & proximus Cyminiis Vientanis populis· Et ut unico argumento peruincamus/nuſq̄ in tota Thuſcia:ſed in ſolo Vitęrbo ſimul omnes partes deſcriptionis regię Volturnę:Vetulonię:Tuſſę:Arbani:Fani:limitum:nominū:locorum: & ipſa nomina atqꝫ loca collecta reperiunt᷑· Quare neceſſario conſequens eſt:ut quod nunc a Deſiderio rege Viterbum dictum eſt: ſit ipſa tetrapolis Etruria regia·Hinc eam in auctoribus ſepe uariato nomine appellatam repperimus· Turrenam ſedem poetę nominant:& quandoqꝫ ab aliquo Larthe illam cognominant: uti Virgilius ſupra uocauit antiquam ſedem Agillini Mezentii in·viii·Eneidos· Item in·vii·appellauit a rege patre Dardani Turrenā ſedem Coriti ibi· Hinc illū Coriti Turrena a ſede profectū· Et Sillius i·iiii·uocat a ſacro Fano/& priſco Corito ſedem ſacratam priſci Coriti ibi·Ergo agit arreptis preceps exercitus armis·Lydorum populos:ſedemqꝫ ab origine priſci Sacratam Coriti:& reliqua·Dicit aūt Turrenam ſiue Volturnam ſedem fuiſſe ſacratam ab origine:quia Ianus pomerium illi & Fanū primꝰ ab origine ſacrauit/& regiā·xii·populoꝝ thuſcię inſtituit:ut auctores ſunt Fabiꝰ pictor & Cato & alii·Qn̄qꝫ uocāt eā a toto uel ꝑte Volturnā:ut Liuiꝰ ſepe Fanū Volturnę·& Pliniꝰ: Volturreni cognoīe Etruſci circa Volſinos·Nōnunq̄ uocāt eā a parte Vetuloniā:ut Sillius in·viii·li·ibi·Meonięqꝫ decus quondā Vetulonia gētis· Et Pliniꝰ ad Vetulonos inq̄t ī Etruria aq̄s calidis īnaſcunt᷑ piſces·Sepe a parte Tuſſa Tuſcos uocāt & Tuſcā urbē:ut Propertiꝰ in Vertūniana: Tuſcus ego Tuſcis orior/nec penitet inter p̄lia Volſinos deſeruiſſe focos·Et Ouidiꝰ in·iii·Meta morphoſeos de Lybaca/qui Tuſca pulſus ab urbe/exilium dira pena pro cede Iuebat. Sepiſſime tamen & in uſu fuit dici cōmuni noīe Etruria ut ſupra expoſuimus. Hac ergo inſtructa inſtitutiōe tertia nr̃a Etruſca iuuētus:querentib⁹ ubi ſit priſca Thuſcię regia regū Etruria tetrapolis:reſpondeāt ubi nūc Viterbum: quia in tota Thuſcia nulli loco niſi Viterbo/ cōueniūt cunctę ſimul collectę partes deſcriptę ab auctoribus:ut patet irreuincibiliter ꝑquirenti/examinanti/& nihil indiſcuſſum dimittenti. ❡Finit tertia inſtitutio.

Eiuſdem fratris Ioannis quarta inſtitutio incipit de exciſis memoriis.

ſ EX TABVLE memoratu dignę exciſę marmorib⁹ extāt de antiquitate & rebus Etrurię. Duę ſunt Lybiſcillę:Duę Cybelarię:Vna Tuſcaniēſis:altera Arbana. Primę duę dictę ſunt Lybiſcillæ a loco. Eſt enim Lybiſcilla regio iuxta Vetuloniā: ex qua effoſſum eſt ad quantitatē ſemidigiti Alabauſtrum tranſparens:quæ ſi contra ſolem opponitur:uident᷑ ab intus albę litterę quæ ita leguntur.

LYBISCILLA VITVRGIA. Viturgiā alterā pro oppido notat Ptolomeus longe ab iſta/circa Thyberim ſupra Ferentinū Othonis oppidū. Quare uel corruptus eſt Ptolome⁹/ut in multis aliis locis:uel altera eſt oppidū:altera uillula Vetuloniæ ubi Ceres egyptia primos panes cōfecit:quę Lybiſſa cognominata fuit/a qua locus lybiſcilla:ut in tertia tabula uidebit᷑. De ſecunda Tabula.

Altera Lybiſcilla tabula fuit aduecta/item a labauſtrina ad quantitatē magnę manus:quā idcirco incantatā appellabant:quia nūc ſine litteris apparebat:nūc litteris eminentib⁹ cernebat᷑:nunc ab intus cernebant᷑ ipſę litterę:& nūc unū inde aliū mentiebant᷑ colorē. Quidā uero quia quedā male legebant᷑ cū ſepius corio:& oleo atq; aceto tergerēt:numen ipſum deleuerūt. In ea tabula ita exciſum erat.

FAVL Faluceres:pellūt Agillū tyrannū. Vetulones hoſtiis:placant Volturnę Volturnū. Agillę ſtulticiæ ſuccedit Tarcon & Ocnus. Sic Turrhena Ethure Longhola ſancta manet. Etruſco quaterno populo.

Quo tēpore hii uerſus editi fuerint:a dicto Catonis excerpere poſſum⁹:qui in fragmentis de originib⁹ hec dicit ad uerbū. Etruſci grecas lr̃as ſemp horruerūt/& ob id latinas ſuſcipere noluerūt uſq; ad Cecynnā Volturrenū/magiſtrū quadrigaꝶ & augurum principē:patrē Menippi & auū Menodori/ quas ante illū pater ei⁹ Volturrenus/auuſq; Titus & Turren⁹ proauus q̄q̄ Romanis principib⁹ cariſſimi:ſemp renuerunt. Nā is Turren⁹ patre Elbio Etruſcoꝶ regū ultimo:ad lacū Vadymōnis ceſo:equidē ad reddendā urbē Etruriā anno ſecūdo Olympiadis centeſimę ac uigeſimę quartæ allici potuit:ſed ad recipiendū latinas lr̃as nunq̄ ꝑſuaderi potuit. Hec Cato. Sane quidā nō uulgariter exiſtimāt hūc Menodorū fuiſſe patrē Mecenatis: quia magno ardore ſemp ſecutus fuit partes Iulii Cęſaris. Nā & Appianus in .v. li. de bellis ciuilibus ait Menodorū Turrenum/ parata claſſe pro Iulio Cęſare contra Pompeium iuniorē:ſuperaſſe Menocratem nauali prelio. Cauſa autē cur Turreni nūc Viterbēſes partes Marianas & Cęſarianas ſecuti fuerint: facile habet᷑ ab eodē Appiano in primo libro:qa ſub Sylla ſoli Turreni & Vmbri ꝓprio ſolo uexati ſunt q̄re cū Mari⁹ ex Affrica cōtra Syllā regrederet᷑: in Turrenā adnauigās ad ſex milia

Turrenorum ut ſcribit/ſibi adiunxit:cum hiſq; ad Cynnam profectus pergrate ad belli ſocietatem admiſſus eſt· Et de his hactenꝰ Satis eſt ab auo Menodori ſuſceptas litteras latinas ab Etruria urbe/paulo ante Auguſtum & Mecenatem/ & ob id Etruſcos ea etate iaſſuetos linguę latinę molli ac diſſoluto ſtilo ſcripſiſſe:ut de Mecenate in·ii·Saturnaliū ſcribit Macrobius· Ergo: quia molli ac diſſoluto ſtilo hii uerſus cōpoſiti ſunt: idcirco exciſi & editi fuerunt etate Mecenatis·Liceat tñ cuilibet opinari·Exponamus igitur eos hoc pacto·

FAVL·quatuor litteræ ſacræ ſunt Fani Volturnæ/adhuc ita dicti·Eſt enī FAVL Volturnę ſubſidens/campus/ab ipſa natura ſpectaculum/& Luco q̃ aptiſſimū productus:undeq; quatuor cauis diſtinctiſq; collibus cinctus Arbano: Tuſſo: Vetuleto:& Volturno:ut egregie deſcripſit Virgilius in·viii·Eneidos cum Eneam tranſito Minione inducit Egelido amne luſtratum promeruiſſe allocutionem Veneris· Eſt autē Egelidus riuus in reducta ualle quarto miliario a fano ſiue Faul diſtans: adhuc nomen a frigiditate vulgo Fredānum retinens/ſicut illi proximus Caldanū a caliditate·Itaq; Virgilius cum tranſito Minione qui decimo lapide diſtat a fontibus Egelidi amnis Eneam uidiſſe e uicino fanum/ & illi uicinas legiones Etruſcas inducit:ita Fanū ipſum deſcribit· Eſt ingens gelidū/lucus prope Ceritis amnē Religione patrum Late ſacer: undiq; colles Incluſere caui: & nigra nemus abiete cingunt· Siluano(fama eſt)ueteres ſacraſſe pelaſgos Aruorū pecoriſq; deo:lucūq; diemq;: Omnes hęc partes deſcriptionis Faul Volturnę cōueniunt : ut ad ſenſum cernimus·Faul enim eſt·xv·lapide/itinere Caſſiano prope amnē Ceritis ideſt Minionem:ut recte Seruius expoſuit: quia is amnis ad ius Ceritū pertinebat· Et hic Lucus & fanum Volturnę/erat religione patrum Lucumonū ſacer/nō priuatis ciuibus tantum:ſed late omnibus accolis/&·xii·populis ut ſignificat Seruius· Erat enim Fanum Volturnę regiū/& Lucumonibus curia templū: ad quod teſte Liuio indicebant᷑ conſilia·xii·populis·Cernimus eundē Faul cinctū undiq; quatuor tetrapolis ipſius collibus:ut diximus· Arbores crematę ſunt/poſtq̄ xp̄i fides ſuſcepta fuit:iuxta dei mandatū Deuteronomii·xii·ca· In Volturna adhuc eſt uicus/quem Seuaſton pana uocabulo pelaſgico dicimꝰ:ideſt Auguſtalē Siluanū·Eſt enim Pan ynuus/Siluanus idem:teſte Seruio ſuꝑ Eneida & Georgica· Aruoꝝ pecoriſq; deus Vertūnus Pomonus pater Ianus Etruſcis erat:ut probauimus in cōmētariis ſuper Vertūninā Propertii in·iii·antiquitatū Beroſi· Itaq; duo argumēta ſunt/Faul ueteres poſt Ianū ſecūdo ſacraſſe pellaſgos:cū qa Volturnę uicinus eſt campus Pellaſgi adhuc dictus: tū uel maxime ꝙ Auguſtalē Siluanū Vertūnū uocabulo pelaſgico Seuaſton pana dixerūt· Vnde & vertūnꝰ deus erat princeps Etrurię:ut ait Varro in primo de lingua latina· Et hęc eſt ratio ſoluens dubiū tale·Cū locus Fani Faul dicatur/ & in compluribus nūmis argenteis & ęreis id idem ſeruet᷑: cur in quibuſdā ultima ſacra lr̄a·p·ponit᷑:& ſcribit᷑ Faup·Reſponſio in ꝓmptu eſt:quia duobus dicatum erat Fanū:ſcilicet Lucumonibus quibꝰ erat curia templū: Et Aruorū pecoriſq; deo Pomoni Siluano·Primo modo dicit᷑ Faul ideſt Fanū almę Volturnę Lucumonū· Secūdo modo Faup·ideſt Fanum almę Volturnę Pomoni:aruorum pecoriſq; dei:dicente eodem deo in Vertumniana Propertii de ſeipſo·

Paſtor/& ad baculū poſſum curare:uel idem ſerpiculis: medio puluere ferre roſam Nam quid ego addiciam/de quo mihi maxima fama eſt:Ortorū in manibus dona probata meis? Ergo eſt Faup Fanū almę Volturnę Pomoni:aruorū pecoriſq; dei:ut dictione Pomonus & Pomona uidimus:inſtitutione prima· Ab his quatuor ſacris litteris introitus Faul ſiue Faup dicitur in contractibus porta quadrięra: quia quatuor ęreis denariis inſculptę erant iſte quatuor litterę/dum ſacraretur· Teſte enim plutarcho in uita Romuli:Etruſci ſacrant Olympū myſteriis & litteris quibuſdã· Q đ ſi excellens ſit locus/ęreis litteris ſacrant/ut de Ilice Luci Vaticani Etruſci/Plinius ſignificat in·xiiii·libro naturalis hiſtorię ca·lxi·dicens: Vetuſtior urbe in Vaticano eſt ilex:in qua titulus litteris ęreis Etruſcis/ religione arborem tum dignam fuiſſe ſignat·Hanc ilicem uaticani inter ſanctum Petrum & caſtrum ſancti Angeli fuiſſe memoria antiqua ſeruat:quã Eugenius pontifex Maximus/in ualuis eccleſię ſancti Petri ęreis exculpſit:ut patet aſpicienti ualuas ęneas·

FALVCERES ſunt Fani ciues/ circum Fanum incolentes:Arbani:Tuſſi:Vetulones:Volturreni:ut dictione Falucer & Luceres in prima inſtitutione uidimus·

Vetulones hoſtiis placant Volturnę Volturnum· Dictione Volturna diximus de Iano Pomono Volturnę deo principe· Vetulones/Vetulonia & Vetulonienſes:deriuationē habent a Vetuleto/una ex quatuor partibus tetrapolis Etrurię/ut in ſuperioribus expoſuimus:Et in·xl·queſtionibus Anniis copioſe probauimus· Placant autem ſacrificio expiatiuo: quo expiauerunt urbem & luſtrauerunt exercitum ab impietate Mezentii·

PELLVNT Agillum tyrannū· Agillum tyrannū appellat Mezentiū Larthem Etrurię regię:cuius impietate atq; crudelitate diutina feſſi ciues: illumq; ad ſupplicia expoſcentes:fugatū uiderunt:ut hiſtoriam integram in·viii·Eneidos:Euander refert Eneę:quem ad Lucumones pro auxiliariis legionibus mittebat in Lucū ingentem ſiue Fanum Volturnę:ubi congregati erant: & in cuius latis aruis Turreni & Tarcon rex tutis tenebant caſtra locis·De hoc Tarcone ita ſubdit·

Agillę ſtulticię ſuccedit Tarcon & Ocnus·De utroq; loquitur Virgilius:de Tarcone quidem rege/qui legiones dedit Eneę contra Turnum & Mezentium/ loquitur pluries in·viii·Eneidos & in·x· De Ocno uero conditore Mantuæ in·x·dicit· Ipſe quoq; patriis agmen ciet Ocnus ab oris·Fatidice Mantus:& Thuſci filius Amnis· ideſt Thyberini:qui ante Mezentium Larthes fuit Etrurię & contra Glaucum filium Minois apud Albulam dimicans in fluuiūq; ſubmerſus nomen Thyberi dedit: ut in Anniis queſtionibus: & in comentariis ſup tertiū fragmentum Catonis probauimus·Sane ſciendū eſt/tres fuiſſe Tarcones· Primus filius Turrheni Meonis/& frater Traſimeni: ut Beroſus in·ii·antiquitatū in Genealogiis notat· Huic/ teſte Strabone in·v·lib·pater ob prudentiam:condendarū·xii·urbium miniſteriū delegauit:& inter eas a ſe nobilem Tarquinas urbem poſuit·xv·ut cernimus lapide a Fano Volturne·Hęc enim tria·xv·lapide a Volturna diſtant: a fronte Volſinę a ſiniſtris Tarquinę:& a tergo Minio itinere Caſſiano· Secundus Tarcon fuit/qui Euandro Palatinum collem permiſit:& ut Solinus in Collectaneis ſignificat:Caccum in uincula coniecit· Hūc teſte Manethone ſecuti ſunt Larthes Etrurię/Thyberinus pater Ocni:& Mezentius· Quo fugato ſucceſſit tertius Tarcon & poſt cũ Ocnus: ut Virgilius inſinuat & Manethon exprimit: & hec exciſa tabula teſtatur: & nos in hiſtoria Etruſca narrauimus·

Sic Turrhena Ethurę Longhola ſancta manet· In tabula Turrhena Ethure cum aſpiratione ſunt ſcripta:cum ſine aſpiratiõe hoc loco ſcribi debuiſſent: ut in prima inſtitutione ſignificauimus·Sed ea etate ut diximus/etruria utebat᷑ molli & diſſoluto ſtilo & orthographia·Longhola dicitur a uico longho::ſicut Vetulonia a uico eius Vetuleto·Eſt autẽ idem para & longhola· Nã ut ait Samuel talmudiſta:quos Greci & latini uocant Perſas: Aramei & Hebrei uocãt a dignitate principatus parazim:ideſt haſtati cõſulares·Par enim haſtam & ſceptrũ Aramei uocant:quia antiquitus haſta pro ſceptro & corona reges utebantur: ut aſſerit Trogus & Iuſtinus ultimo epithomate·Greci uero Longhen uocant haſtam:& longholam haſtatam· Quare pars Etruriæ dicta uocabulo uetuſto para Tuſſa:Eandem Pelaſgi qui ſacra uerunt fanum lingua ſua dixerũt Longholã Tuſſam/ad diſtinctionẽ Tuſſę Nanę Latine item dicimus haſtatã tuſcam: ut copioſius fuit expoſitũ in·xl·Anniis queſtionibus·Latini uero abſolute Tuſſam ſiue Tuſcã ꝓnunciant:ut in prima inſtitutione abſoluimꝰ·Longhola autẽ eſt duplex·Vna in Latio ſecus mare/in Volſcis circa Taracinã:ut Liuius inducit in·ii·ab urbe condita·Ergo quia in Latio eſt ſcribi debet ſine aſpiratiõe Longola a longitudine dicta·Hec autẽ noſtra/quia nec uicus ille longitudinẽ habet/nec eſt in Latio:& per interpretationẽ potius Para dicit᷑:idcirco cum aſpiratione dicit᷑ Longhola in tuſcis tranſcyminiis:de qua Liuius in nono ab urbe cõdita dicit·Poſtero die repetitis auſpiciis dictator papirius:cũ legionibus nuper cõſcriptis ad terrorẽ Cyminiã ſiluam traducti exercitus ꝓfectus peruenit ad Longholã·Et acceptis a cõſule Martio ueteribus militibus explicauit acies: nec hoſtes detractauere pugnam· Quidã iuuenis ex Flaminia ſuperioribus annis cum publicę diſputationes quotidie de hac patria fierẽt:dixit Liuiũ loqui de Longola Latii:quia dictator Papyrrius dictus fuit pro bello Samnitico: cui preerat cõſul Martius:ut ſcribit Liuius: & nõ pro bello Etruſco trãſcyminio: cui preerat·Q· Fabius ad lacũ Vadymõnis· Vnde & ueteres milites a Martio nõ a Fabio accepit· Dicebatqꝫ quod putabat eſſe uerũ/ꝙ eodem tempore Papyrius in Samnio pugnabat:quo & Fabius in Etruria ad lacũ Vadymõnis: & ideo nõ potuiſſe intereſſe Papiriũ pugnæ tranſcyminię ad Longholam· Huic reſpondimus primo falſum eſſe ꝙ eodem tẽpore fuerit utrobiqꝫ pugnatũ:quia littera Liuii eſt in contrariũ· Finita enim pugna Etruſca:ſubinde inquit pugnatũ eſt in Samnio·Qđ uero accepit ueteres milites a Martio conſule: equidẽ uerum eſt· Sed ut ait Liuius ad Longholam ubi expectabat eos recepit cũ legionibus ad hunc Cyminiũ terrorem nouiter conſcriptis: & ubi explicauit acies contra hoſtes ibi paratos· Porro hoſtes pati nõ erãt in maritima Longola cum nullũ ibi eſſet bellum: ſed in remotis montibus Samii & Cyminiis· Quare cõuincitur/ut ſi nullum bellũ/nullus hoſtis erat in maritima Longola/ſed actu preſens in Etruſca:utiqꝫ Papyrius nõ explicauit acies in Longola maritima Volſca ſed Etruſca·Qđ uero obiecit ꝙ creatus ẽ Dictator ꝓ bello Samnitico:cõſequens eſt ut nõ pro bello Volſco:& ob id nec ad Longolam Volſcam explicaſſe acies•Et cum pro his adductus eſſet Liuius:& hec ibi lecta:multa ille inuenis ſubmurmurans:dixit/ ſe in futura diſputatione omnino probaturum: ꝙ nullo modo Papirius interfuit bello Etruſco:Sed cum in palacio dominoꝝ ubi res gerenda eſt non affuiſſet(nam in peruſiam feſtinauerat)noſter Vetulonienſis Ser Thomas Veltrinus:uices illius accepit/ & his ualidiſſimis argumentis obiecit• Primo/ quia pena capitis mulctabatur Dictator/ſi in iuſſu Senatus/alio proficiſceretur: q̃ in prouinciam ſibi delegatam:que Papyrio Samnium erat decreta•Reſpondi primum ꝙ iuſſu Senatus id fecit:qui teſte liuio nuper atqꝫ nouiter legiones conſcripſerat pro terrore traſcyminio non Samnitico•Et ideo dictator ad eam Longholam illas deduxrt:ubi erat terror tranſcyminius•Et ita iuſſu Senatus illo traduxit legiones•Deinde argumentum in eum ſic uerti•Pena capitis erat alio deſcriptas Legiones ducere:q̃ in prouinciam pro qua conſcribuntur:aut alibi pugnare & explicare acies:Porro non fuit Papyrius dictator creatus pro bello maritimo Volſco & Longola Volſca:neqꝫ Senatus nouiter ſcripſerat Legiões ꝑ terrore Samnitico uel Volſco•ſed tranſcyminio• Quare nullo pacto has legiones duxit in Samnium/neqꝫ in lōgolam Volſcam/neqꝫ ibi explicauit acies/ubi nullum erat indictum bellum: ſed bene hec omnia conueniunt longhole tranſcyminię ubi hoſtes parati Etruſci & finitimę Vmbrię/ut ait Liuius:cuius terror percuſerat urbem; & Senatum coegerat/ ad nouiter Legiones conſcribendas:quibus actu indictum bellum & non Longolę Volſcę Secunda obiectio fuit iſta•Vnuſquiſqꝫ triumphat pro bello quod geſſit Porto Fabius triumphauit/ob egregię perdomitam Etruriam:& oon Papyrius: ut ibidem Liuius eſt autor•Quare Papyrius non geſſit bellum Etruſcum•Ad hoc reſponſum fuit:aliud eſſe bellum gerere:aliud ſuccenturiari:Conceditur igitur ꝙ Papyrius non geſſit bellum Etruſcum:ſed Samniticum:& ideo uterqꝫ de ſuo bello triumphum retulit•ante tamen bellum Samniticum quod ſubinde geſtum eſt ut loquitur Liuius:territa urbs de profectione•Q•Fabii qui teſte Liuio dicto in Sutrio Papyrio dictatore/tranſgreſſus fuerat Cyminia iuga circa lacū Vadymonnis:mox conſcripſit legiones ad ſuccenturiandum Fabio:quia ut ibi exprimit Liuius terror fuit urbis/ne ſubito cohortis Etruſcis & Vmbris exercitus intercluderetur:quia ut patet ad oculum:Fabius cum exercitu ſtans in hac planitie/habebat a fronte Volſinenſes:a ſiniſtris Tarquinienſes:a dextris Etruſcos & Vmbros Thyberinos:a tergo ſola iuga Cyminia uerſus longholam: que niſi legionibus Romanis cuſtodita fuiſſent:funditus intercluſus fuiſſet exercitus•& non potuiſſet/uel retro referre pedem:neqꝫ a fronte aut a dextris uel a ſiniſtris procedere•Et ideo clare dicit Liuius/ ꝙ ad hūc terrorem tollēdum/nouiter conſcripſit legiones Senatus cū quibus profectus peruenit ad longholam tranſcyminiam/dictator/ & explicauit acies ad ſuccenturiandum & cuſtodiendum iter tranſcyminium/ne intercluderetur exercitus & non ad pugnandum/iuſti more belli• Tertio ſic obiecit•Hec pugna tranſcyminia/pugnata fuit uſqꝫ Peruſiam:quia induciarum fregerat fidem:ut ibi ait Liuius Ergo nō fuit ibi Papyrius/qui pugnabat in Samnio•Reſponſum eſt:ꝙ cōſequentia eſt falſa:ſimul & abſumptum•Conſequentia quidem/quia fuit ibi Papyrius ut diximus anteq̃ pugnaret in Samnio/quia ſubinde ac perdomita Etruria/ip̄e geſſit bellum Samniticū·Abſumptum quoq; falſum eſt/ꝙ ea pugna tranſcyminia eo anno pugnata fuerit uſq; Peruſiam/autꝙ Peruſia induciarum fregerit fidem:quia teſte ipſo Liuio ibidem:egregiæ perdomita Etruria regia:non proceſſitad Volſinienſes a fronte Fabius:nec a ſiniſtris ad Tarquinienſes/nec a dextris ad alios Thyberinos Etruſci nominis & Vmbros: ſed ſequente anno illos Decius cōſul ſubegit·Qđ uero ait pugnā tranſcyminiam pugnatam uſq; Peruſiam:utiq; Liuius nō affirmat ſed per opinionem refert dicens/ꝙ quidam id aiunt·Et ideo tamq̄ ueritati non coherẽs opinio reiicitur·Hactenus de Longhola ideſt Para Tuſſa:de qua exciſus lapis dicit: ꝙ ſic expiata in pietate Mezentii & ſuccedentibus religioſis Tarcone & Ocno:Longhola Turrena urbis Etruriæ: manſit ſancta ideſt pia ex religionibus: ut prius dedita· Sequitur·

ETRVSCO QVATERNO POPVLO· Quatuor partibus conſtabat tetrapolis Etruria ut diximus:Arbano:Vetulonia para Tuſſa/ſiue Longhola haſtataq; Tuſca:& Volturna:Et ideo referens ad has quatuor partes Helius Spartianus dixit ꝙ Antonini pii omnes edes in tota Etruria examen apū compleuit:quia in qualibet parte urbis Etruriæ paternas Edes habebat· Erant aūt abſq; menibus quatuor magna oppida uſq; ad Deſiderium regem/ut dicemus in·v·tabula·Et ideo quaternus Etruſcus populus dicebatur:Et ſeorſum enumerabant̕:Arbani: Tuſcanienſes:Vetulones:& Volturreni:ut patet in·iii·naturalis hiſtoriæ cap·vi· Plinii: & in Myrſilo de origine Italiæ·In autoribus uero hiſtoricis & poetis: confundūtur nomina:quia interdum totum pro parte/interdum pars pro toto accipitur·

Finit ſecunda tabula Lybiſcilla·

Tabula tertia una ex Cybelariis·

d VE tabulę exciſę Marmoreę quę corſettus reppit/Cybelarię idcirco dictæ /ꝙ in p̄diis turſitę Cybelis / & colle eius hactenus Cybelario dicto/reptę ſunt:ubi paulopoſt aſtante curia que cum beatiſſimo Alexandro·VI·Pont·Maxi· Viterbū ſe contulerat:effoſſæ fuerunt triumphales ſtatuæ uetuſtiſſimæ/minio illitæ:Cybelis:Iaſii:Armoniæ ueſtalis:& Electræ:Sub ſtatua Iaſii carmen rithmicū: antiquis litteris & uerbis Etruſcis exciſum:in latinum ita uertitur·

Iaſio acclamauit Herculeus: Dux inuicte:inuicta corona:
Anno etatis ſuę trigeſimo octauo· Sub Cybele hoc carmen excidit̕:ita dicens·
Veiuzo hoſpita Iſis: Hoſpitata eſt epulatrix·
In domo Tylę ſponſę decorę regis Sypi: Anno etatis eius quinto decimo·

Prima igitur tabula marmorea magna/ exciſa eſt litteris Grecis/ & uetuſta orthographia Greca:cuius hec eſt in latinum traductio·

CORITINA deſponſatio cū Electra Atlai Kityi:iam dudum pertranſiuerat·

ET MAXIMA Iſis frumentaria atq; panifica/conceſſit ad nuptias Iaſii filii Coriti:in habitaculum turritę Cybelis ſponſę Iaſii: in predio Cybelario/ad fontem Cybelarium:paulo ſub Vadymonna palatia·

ET PAVLO poſt a ſcelerato fratre Dardano Iaſius male periit/in agro Iaſinello: ad Thermas Iaſinellas in theiſcis·

ET QVIDEM iſta regia fuit reparata primū quidem a Pypino/poſterius uero a

Marſia Turrehenis principibus:ad eternam gratiam & monumentũ rerum·

LAPIS uetuſtiſſimus repertus ſub his uerbis· Omniũ primus Cameſes cũ patre ſuo Iano:& Ry Comero Gallo:Vetulonos colonos ſupra balnea ſtatuit·Et poſt puſillum iuxta iſtos caſtellum fundatum fuit a Lybio egiptio: qui cognominatus eſt Hercules celſus·Sed ante hũc Herculem celſum/Sabatius Sangny pater Sabinorum atq; Saunitum:uillam poſuit in Volturrenis Troſſis in Celeni regione·

Altera tabula Cybelaria:in ordine quarta hec eſt·

e PIGRAMMA Araratheum in Vetulonia repertũ ad portam Vetuleti:ſub his uerbis:Omniũ primus Cameſes cũ patre Iano& Ry Gomero Vmbro/patre Vmbroꝝ dedit Vetulonos habitatores ante Balnea: Iuxto hos poſuit munitionem Lybius egiptius:cuius ꝓnomẽ Hercules celſus·& prius iſto Hercule celſo Saturnus Sangy dedit munitiõem in ferocibus in bello:& caſtellum Cam ſancti ſiue panos Seuaſti:& caſtellũ Feneſtrę·& caſtellũ LucernęHucuſq; tabule Cybelariæ: tertia quã Corſettus afferre pollicitus erat funditus periit·unde has duas breuibus exponemus·

Predictaꝝ tabulaꝝ expoſitio·

h As igit᷑ tabulas querẽdo exponemus·Principio querit᷑·Si Etruſci ſemꝑ horruerũt lr̃as grecas & diſciplinas:ut ſupra fuit expoſitũ:cur has antiqtates grecis lr̃is ſeruãdas tradiderũt?Ad hoc ex dictis ipſius Catonis reſpõderi ꝑõt:qui teſte Plinio in·xxix·li·naturalis hiſtorię ca·i·ad filiũ ſcribens:his uerbis utit᷑·Dicã de iſtis grecis ſuo loco Marce fili/ꝗd Athenis exquiſitũ habeã:& ꝙ bonũ ſit illoꝝ lr̃as aſpicere non per diſcere·Vincã nequiſſimũ & indocile genus illoꝝ·Et hoc puta uatem dixiſſe·Quãdocunq; iſta gens ſuas litteras dabit:omnia corrũpet·Hec cato:ut Plinius refert·Itaq; qm̃ bonum eſt grecas litteras aſpicere nõ per diſcere:utiq; Etruſci ad perdiſcendas eoꝝ litteras & fabulas atq; mendacia magisq̃ diſciplinas nunq̃ inclinati fuerũt:ſed bene recteq; aſpexerũt illas:& ꝑmiſerũt:ut patrię antiqtates ſcriberent᷑ lr̃is grecis & latinis:qa niſi ad honorẽ nõ ꝑtinebat hoc genus ſcribendi·

SECVNDO querit᷑:quo tꝑe hec fuerũt exciſa·Reſpondet᷑:ꝙ coniectura eſt circa temꝑa conditiõis Romę:has tabulas fuiſſe ꝑmiſſas ſcribi lr̃is Etruſcis·Nã teſte Archiloco in Epitheto temporꝝ/ſuꝑ quẽ iam comentaria confecimus:poſt euerſionem Troię/aliis & aliis temporibus octo Homeri claruerũt:quoꝝ qui eximius poetarũ eſt/fuit ſibi coetaneus & uicit Olympico certamine/Olympiade·xxiii·que fuit circa·xxx·annũ Nũmę Pompilii/ut patet in Euſebio· Eo anno ut aſſerit/ fuit ſibi ius tributũ emendãdi lr̃as ſimul & linguã grecã/quas ſemi barbaras & rudes Cadmus retulerat in greciã·Quare heę tabulę paulo ante Nũmam exciſe fuerũt:qa ruditatis antiquę ſunt plenę· Nam orthographia eſt uetuſta:qa Vetuloniã ſcribit ꝑ· ov· &· ε·que doctrina Homerica poſtea ſcribitur per·B·&·H· Βητουλομια Rurſus ſcribit Sangyn· per·ςη·cũ per duplex·ττ·ſcribendũ dictauerit Meon Homer᷒· Similiter poſt Marſiam & Pypinũ larthes Etrurię fuiſſe exciſas:tabulę ſunt teſtimonio:quę illos nominãt·Floruit aũt Marſias etrurię larthes/quinto & ſeptuageſimo anno ante Romã urbem cõditam:ut ꝓbauimus in Etruſca hiſtoria & chronographia:quã cõtra Euſebiũ/& alioscorruptores publicoꝝ temporꝝ cõſcripſimus·Quare poſt Marſiã:& añ Numã/circa cõditiõem urbis romę: exciſa ſunt hęc marmora·

TERTIO Queritur quis fuerit hic Atlaus & Coritus· Reſpondetur iuxta Seruium ſuper·vii·Eneidos:tres fuiſſe Atlantes·primus Maximus/Maurus dictus/quia teſte Diodoro ſiculo in·iiii·li·in Mauritania obiit·Poſtremū ſibi finxit Grecia mēdax·Inter hos fuit Atlas Italus ſocer Coriti & pater Electræ: quem Aramei ac diuinæ lr̄ę uocant Kitym ideſt Italū a quo Italia primo nomē habuit circa Thyberim in quo ſunt loca/a Siculis qui uenerunt cum Italo a Sicilia primum habitata/Phalaris & Pheſcennium & circa Thybur Sicilienſia:ut ait Dioniſius in primo libro· Vnde tā in Latio q̄ agro Etruſco uallis Sicania & loca Sicania ſunt·Hic Atlas Italus/fuit frater Heſperi regis Hiſpaniæ:quem teſte Igino & Beroſo ab Hiſpania pepulit in Italiam: quo tempore/ quia Larthes Etruriæ poſthumus in cunis erat/qui nomine dicebatur Cambo:ut in·ii·&·v·antiquitatum dicit Beroſus:& cognomine uocabatur Ianus iunior:ut Iginus & alii ſignificant/ubi ſcribunt/Iani ope atq; permiſſu Italum condidiſſe capenam:idcirco infantis tutelam in Turrena ſede ſuſcepit/ Heſperus:& ob id/ut ait Ignius:tam Hiſpania q̄ Italia Heſperiæ/ ab eo dictæ ſunt:& non ab Heſpero ſidere quo nauigant in Italiam & Hiſpaniam/ſicut ſomniat Grecia mendax: quia eadem ratione Gallia eſſet tertia Heſperia: quia eo ſidere nauigant in Galliam· Itaq; hic dicitur Atlas Kityn ideſt Italus pater Electræ: per diſtinctionem ab aliis duobus Mauro & Greco· Coritus autem hic dicitur Ianus iunior pater Dardani & Iaſii·De his ut Iginus:ita ante illum Fabius pictor de origine urbis Romæ ita dicit· Prima origo Romæ fuit collis capitolinus/ a Saturno cultus & Saturnia dictus·Sequens hunc Auentinus:fuit habitatus ab Atlante Italo:e Sicilia illo aduecto contra fratrem ſuum Heſperum/in cuius tutela erat Etruriæ imperiū·adhuc Iano puero & in maturo ad munera regia: & regni·Porro Italus dimicare/a Iano & Etruſcis ꝓhibitus:in Auentino cōſedit/ad cuius radices iuxta Thyberim ope atq; cōſilio Iani: Capenā oppidulū cōdidit:& regionē eius ꝑmiſſu Italiā dixit·Mox Heſꝑo fratre r̄bus humāis exēpto:Italus in tutelā Ianū & etruriā ſuſcipiēs/omnē regionē circa thyberim ultro citroq; a ſe Italiā dixit:extinctis aliis cognominib⁹ priſcis·Ab hoc loco Fabii Seruius ſuꝑ Eneida ſcribit/Italū cū Siculis/in loca circa thyberim ueniſſe/& a ſe Italiā primo dixiſſe:eſſeq; argum̄to loca dicta Siciliēſia uel Sicania·Similr̄ & Solinus/ut Tortellius nr̄ Aretinus ſcribit:ab hoc Fabii loco excerpſit/Italū iuxta thyberim edificaſſe Capenā ope cōſilio/& auxilio Iani:a qua portę Capenę nom̄ fuit·Sequitᷣ uero Fabius de tertio colle Palatino ꝙ fuit tertius in ordine/origo urbis Romę ſic dices·Suſcepto Italus italię imꝑio:tū filiā ſuā romā nōie:ab originib⁹ & Siculis in Latio p̄fecit·Quę Capena relicta: Palatinū collē mediū tenuit:& oppidulū Romā cōdidit in eius uertice ubi heret exqlino·Hec Fabius·Ergo Italus Atlas/eſt q in hoc loco ſcribitᷣ pr̄ Atlātis Electrę:& ſocer coriti iani/cuius in regia Thuſcoꝝ & italię ſede tutelā ſuſcepit:& illi filiā ſuā infantulā electrā uxorē ꝓ futuro imꝑio locauit: ut Beroſus in·v· antiꝗtatū exprimit/ ſuꝑ quē exegimus cōmētaria·Et notandū ꝙ iano huic ut diximus nom̄ fuit Cābo: & dignitatis nom̄ Coritus ideſt iuppr̄:ut ꝓbauimus ſuꝑ Beroſum & in Anniis qōnibus in quibus expoſuimus urbes & oppida que condidit in hac Turrena ſede·

QVARTO Queritᷣ:ubi regnauit italus·Reſpondetᷣ/ꝙ regnauit in Etruria tetra poli·Id probat᷑ argumētis cōibus: ꝓpriis: & auctoribus·Cōe argumentū eſt: ꝗa uel regnauit circa thyberim in capena: uꝉ circa thyberim in uolturna que etruria regia Circa enī thyberim cōſedit cū Siculis: et eā regionē a ſe nōiauit Italiā: ut Seruius et ceteri cōſcribūt·Porro nō regnauit ī capena/ꝗa nō potuiſſet dici rex Italię ſed latii regulus·Nā ante Romanoꝝ imperiū a tꝑe Iani & deinceps ſolū penes thuſcos imperiū totius Italię fuit cuius regia fuit uolturna: nec ꝗſpiam potuit eſſe regulus in Italia/niſu ꝑmiſſu larthis Etrurię: ut Fabius pictor ſcribit: & nos in comentariis noſtris ſuꝑ eū: & ꝗōnibus Anniis copioſe ꝓbauimus·Quare in regia uolturna regnauit·Alioqn/nō modo/non potuiſſet dici Italię rex: ſed ne regulus ꝗdem· Aliud cōe argumentū eſt/autoꝝ dicentiū/ꝙ ibi regnauit circa thyberim Italus/ubi fuerūt urbes ante pelaſgos habitatę a Siculis: ut capena & circa thybur loca·Ceteꝝ in thuſcia Veientana/circa thyberim ſunt Pheſcenniū & Phalaris urbes/ante Pelaſgos habitatæ a Siculis: ut aſſerit Dioniſius Halicarnaſſe⁹ in prīo li·Quare Italus cōmune imperiū tenuit circa thyberim/ultro in Latio/citroqꝫ in Thuſcia: Sed null⁹ añ Romanoꝝ imperiū regnauit citra thyberim ī Thuſcia/ſimulqꝫ ultra in Latio/tuſi Larthes Etrurię: ut oēs cōcedunt ꝗ de imꝑio Thuſcoꝝ poſt Ianū ſcribūt·Quare Italus haud dubie fuit Larthes Etrurię· Tertiū cōe argumentū ſumit᷑ ab externis auctoribus ex uocabulo kityn·Sint igit᷑ hcę ꝓ hoc argumēto inſtitutiōes· Diſtāt Cetym & Kityn·Nā Cetym eſt urbs Macedonię/adhuc dicta terra Cetym: de qua in prīo libro Machabeoꝝ dicit᷑·Alexāder Philippi Macedo/egreſſus de terra Cetym: percuſſit Dariū regē Perſaꝝ·Porro Kityn fuit Ital⁹ Atlas: ut hec tabula indicat: & Beroſus in·v·antiquitatū teſtat᷑: & Aramei atqꝫ Hebrei aſſerunt·Vñ a kityn/ideſt Italo diuinę litterę Italiā dicūt Kityn· Et in ſeptē locis diuinę hiſtorię ponit᷑ kityn/ ſcilicet Geñ·x·ca·Et Numeri·xxiiii· Bis quoqꝫ kityn uocat Iſaias ca·xxiii·ſemel ca·ultimo·Semel Ieremias ca·ii·Semel Ezechiel·xxvii·Codices quidā latini mēdoſi ſūt in ꝗbuſdā his locis·Scribunt enī Cetym ꝓ kityn: ꝗa kityn eſt ſcribendū: ut patet in textu Hebreo· In his igit᷑ ſeptē locis·lxx·interp̄tes kityn interp̄tant᷑ Italiam: diuus uero Hieronym⁹ qñqꝫ interp̄tat᷑ Italiā: qñqꝫ ꝓriū nomē Itali in ſua lingua relinquit: ut eſt illud Ieremię·ii·ca·Ite in Kedar & ad inſulas kityn: & uidete ꝗa gēs nō mutauit deos ſuos: iſrael aūt mutauit me in idolū·Vbi ſeptuaginta ita interp̄tant᷑·Ite in Cedar & ad inſulā Italiā: ꝗa gens nō mutauit deos ſuos· Appellat autē Ieremias Italiā inſulā: quia ut cernim⁹ & Liui⁹ in·v·ab urbe cōdita dicit: Italia inſtar inſulæ cingit᷑ ſupero & infero mari·Nō mutauit aūt deos ſuos in Etruria tantū: quia teſte Myrſilo & Dioniſio Halicarnaſſeo: ſoli Etruſci nō mutauerūt deos ſuos uetuſtiſſimos Vadymōna: Vertūnū: Horchiā & Razenuū: cū his differāt ab oībus etiā thuſcię populis uicinis/nedū Italię & Meonię· Alia inſtitutio ſit/ꝙ Hebrei ꝑiti Romanos uocāt Romanym: Italos uero circa thyberim dicūt kityn: ꝗa Italus ꝗ & ꝓprio noīe kityn dictus ē: ſolū circa thyberim cōſedit & regnauit ut expoſuim⁹·Ex his inſtitutiōib⁹ hoc in cōe argumentū uenit·Ibi circa thyberim regnauit Italus: ubi gēs ſeruauit ſemꝑ uetuſtiſſimos deos ſuos·Quę cū ſola gens Etruſca regia fuerit: ut autores docēt: neceſſario ſequit᷑: ut in tetrapoli Etruria regnauerit Italus·Sequūt᷑ argumēta ꝓpria: ab ei⁹ ꝓprio noīe: cognoīe: noībus filiaꝝ ſeptē pleyadū & uxoris ſuę pleyonę· Ibi enim regnauit Italus: ubi locis & titulis impoſuit nomē ſuū ꝓpriū &

cognomina:qa ad fulgorē ac memoriā rei geſtę/ueteres imponebāt ſua noīa montibus:fluminibꝰ & locis: ut in q̄rto antiquitatū Beroſus dicit: & nos ī cōmētariis ſuꝑ eū ꝓbauimus· Et iō a nominibꝰ eſt ualidiſſimū hiſtorię argumentū: ut Liuius arguit de amplitudine imperii Thuſcoꝝ in·v·ab urbe cōdita· Ceterū nomen ꝓpriū Itali in ſola tetrapoli Etruria ꝑmanet· Tota enim pars Volturnę ſuꝑior dicitᷣ Stickity/Aryn:ideſt domiciliū Itali ſublimis:ut talmudiſtę interp̄tantᷣ·Et circa extima parazoli Volturnę:tituli ſeptē ſunt:inſcriptis lr̄is Etruſcis:qui latine dicunt· Tituli patriæ kytei:hic ſunt ad memoriā·Mōti quoqꝫ ac riuo ſubcyminio Volturnę/Ry Atlao eſt cognomē:uulgo RyTlao·Duobꝰ collibus/alteri in ſubcyminiis/alteri circa lacū Volſiniēſem/nomen eſt uulgo MonTaliano/ꝓ Italiano:qa uulgus Etruſcū ſepe trūcat primā ſyllabā in nominibꝰ gentilibꝰ & localibꝰ:ut ꝓ Philippo:Nicolao:Ogygiano Ry Oſiri:Ry Atlao:Italiano ꝓferimꝰ lyppū:Colaū:Gygianū:Ry Syrim:RyTlaū:Talianū· Lacus quoqꝫ Volſiniēſis a Plinio in·ii· naturalis hiſtoriæ dictꝰ eſt lacus magnꝰ Italię·Aut ergo genitiuꝰ iſte Italiæ/cōſtruitᷣ appoſitiue ab iſto noīatiuo lacus in habitudine denominatiōis cōis Italię aut ꝓpriæ· Nō cōmunis: qa falſum eſt in cōi Italia hic ſit lacus magnꝰ ſed ualde paruꝰ·Quare cōſtruitᷣ in habitudine ꝓprie denominationis/ſcd̄m ꝙ antiquitꝰ a ꝓpriis limitibꝰ ſuis denominationē habuit·Finiuntᷣ enim limites ipſius lacus a fronte & dextris cū uolſiniēſibus a ſiniſtris cū Tarqnienſibus/in qbus cōnumerantᷣ tuſſi nani:& a tergo cū Etruſcis Vnde & oppidū in ore lacus deletū/a romanis qđ adhuc nr̄m eſt & nomē illi Cort Noſſa:Liuius in·vi·ab urbe cōdita dixit eſſe Etruſcoꝝ non Tarquinienſiū·Quare a limitibus denominatiōes habet/& dicitᷣ lacus Tarqnienſis & Italię at Volſinienſis ab eodē Plinio·Deſiderius quoqꝫ rex:cū totū lacū Viterbēſibus decreto reſtituit rationē reddidit:quare lacus magnus Italię dictus fuit antiqtus/qa inquit ager uetulonꝰ antea fuit Italię dictꝰ a ſede Itali ibi decreta·Argum̃to quoqꝫ eſt uxoris Itali Pleione nomen/inditū mōti Pleyonico/quē corrupte uulgus ꝓfert Pleyobicū:nō ꝓcul Ry Atlao·Rurſus locū generatiōis & patriā Pleyadū uetuſto uocabulo Cercinas Mauri uocāt:ut Diodorus in·iiii·libro indicat·Nam ut qdam Talmudiſtę dicunt Scythe & Aramei antiqtus Pleyades uocabāt Cercinas ſicut latini Virgilias & pullicinellas·Ceteꝝ nuſq̄ in latio/ſed in ꝑte Vetulonię eſt regio Cercine:Quare in Vetulonia Atlas ex Pleyona Pleyades ſuas Italas genuit· Deniqꝫ in agro Etruſco fluminibus & oppidis nomina Pleyadū manēt·Nā inter Volturnā & lacū Vadimōnis uiculoꝝ fundamēta interpolata apparēt:quę ab Ameroe diminutiue uulgo Amerella/& a Plinio nepote Amerina predia dicuntur/in epiſtola de lacu Vadimonnis ad Gallum·Ab Alcione uero/quis dubitat dici/Alcion fluentum:quod interfluit regiam Etruriam: & diuidit Vetuloniam:Volturna:Celeno oppidum noſtrum adhuc incolitur : cui in uicino non deeſt ſui amatoris uetuſtum oppidum Oriona dictum·In iugis noſtris Cyminiis Maiæ oppidum deletum eſt/ubi Maię muros dicimus:a quo Maia & Maienſis uetuſtiſſima Viterbenſis familia· Mons quoqꝫ Mon Aſteropꝰ ab Aſterope dici nemo dubitat·Sit igitᷣ hoc unū inexpugnabile argumētū·Vbi circa thyberim hæc omnia ſimul collecta reperiuntᷣ:Itali uidelicet·Domiciliū:tituli:nōia ꝓpria:& cognomina itemqꝫ& uxoris ac filiaꝝ patria & oppida atqꝫ nomina: ibi neceſſario conſedit:regnauit & cōſenuit· Ceterū nuſq̄ hec omnia ſimul collecta circa thyberim ſunt:q̄ in tetrapoli Etruria nunc Viterbo: ut exactiſſime ꝑſcrutanti clara luce offertur· Quare nuſq̄ niſi in Etruria nūc Viterbo Italus conſedit atqꝫ regnauit· Cōfirmatur & a ſexta Itali Atlantis filia Electra:cui⁹ p̄dia Electraria ſunt a Corit Nyenta uſqꝫ in Electraias fontanas:quas uulgus dempto·r·profert Electaias:ut in precedentibus diximus·

QVINTO querit̃:ubi regnauit Coritus & Iaſius eius filius? Reſpondetur argumento indubitato cōmuni:ꝙ ibi regnauerunt ubi erat ſedes fani regii ſiue ſedes ſacrata· Nam a priſco Corito ſiue haſtato Ioue rege Etrurię uſqꝫ ad hunc ultimū Coritum & Iaſium:omnes ſucceſſerūt ſibi mutuo in eadem ſede cōmuni regia:quę ab ipſis ſepe nominabatur: ſicut ſuperius diximus: ut ſedes ſacrata priſci Coriti:ſedes Turrena Coriti:ſedes urbis Agillinę & eiuſcemodi· Ceterum ſedes ſacrata fani ingentis:fuit Etruria tetrapolis:ubi fanum Volturnę:ut ſupra demonſtrauim⁹· Regnauerunt igit̃ Corit⁹ & Iaſius in fano Volturnę· Preterea ſedes ſacrata priſci Coriti fuit eadē & Itali & Meonū : quia ibi iunctus eſt ſanguis auitus Thuſcię ſcilicet priſci Coriti Ianigenę & ipſi⁹ Itali cū Ianigeno corito:cui Electrā filiā locauit uxorem:& ſubſequētis Turrheni Meonis poſt interfectionē Iaſii:ut Beroſus in·v·dicit & Sillius in·iiii·libro inſinuat dicēs· Ergo agit arreptis p̄ceps exercitus armis: Lydoꝝ populos:ſedēqꝫ ab origine priſci: Sacratā coriti:iūctoſqꝫ a ſanguine auoꝝ· Meonios italis ꝑmixta ſtirpe colonos· Quib⁹ autē ſucceſſiue fuit eadē ſedes auiti ſanguinis:in ea utiqꝫ regnauerūt· Ceterū eadē ſedes Turrena fuit Iani & priſci coriti Volturna:& item Itali Volturna:& item Tutrheni Meonis Volturna:ut clariſſime in p̄cedentib⁹ demōſtrauim⁹· Ergo ſucceſſores reges iūcti ſanguine ꝑmixtaqꝫ ſtirpe hoꝝ triū auoꝝ:regnauerūt in Volturna· Porro corit⁹ & Iaſius ianigenę Thuſci fuerūt:iūcti ꝑmixta ſtirpe italo & ei⁹ filię Electrę· Quare ī Volturna regnauerūt Ampli⁹ prima urbs iani q & coriti fuit Capena Auētini/quā ope ei⁹ poſuit Italus:ut ſupra expoſuimus· Etremas uero cōdidit Ianus Larthes in p̄diis ſuis:quę ſunt Corit Nyenta:Cort Veia:cort Noſſa:cort Enebra:cortilianū:ut ꝓbauim⁹ in Anniis qōnibus· Itaqꝫ ubi ſunt extremę urbes coriti:ibi & turrena ſedes ei⁹· Ceterū in Volturrena ſacrata fano regio: ſunt oēs dictę urbes ut cernim⁹ & in ſupradictis qōnib⁹ explanatū ē· Quare in Volturna regnauit coritus· Preterea ubi oppidū Dardaniū/& p̄dia a frē ei⁹ rege iaſio & Thermę dictę adbuc iaſinellę:& p̄dia uxoris eius dicta adhuc ab ea cybelaria:& p̄dia matris iaſii dicta Electraia: & oppidū a noīe p̄ris dict⁹ Coriti mons & oppidū uocabulo Etruſco & non latino: utiqꝫ ibi domiciliū & regia ſedes coriti & iaſii:ac reginaꝝ Electrę ac Cybelis· Ergo ī Volturna regnauit Corit⁹ & iaſius:qa ibi ſunt oppida & p̄dia Dardanium : iaſinellę· Cybelaria: Electraia:& corit Nyenta:ideſt coritus mons & oppidū:ut ꝓbate interp̄tati ſum⁹ in Anniis qōnibus· Amplius:ubi fuerūt ad memoriā/regię acclamatiōis/ ſeruatę more antiquo/ illitę minio triumphales ſtatuę iaſii:cybelis:Electrę: & Armoniæ: haud dubiæ ibi regia eius ſedes querenda eſt· Quare Volturna fuit regia ſedes iaſii: quia eius agro & colle cybelario ſeruatę fuerunt dictæ triumphales ſtatuæ: ut in principio huius tabulæ ſcripſimus: & late probauimus de origine litterarum Etruſcarum & philoſophię· Mentitur ergo Grecia mendax in hiſtoria:ꝙ Cybeles mons in phrygia ſit a quo matris deū cybelis nomē fuit:cū ecōtra a cybele Thuſca cognata Dardanii in

Thuſcia pri⁹ collis monſqꝫ cybelari⁹:& inde ĩ phrygia ſit noĩatus: q̄a prius cybeles Thuſca fuit q̄ Dardania. Et uocabulũ thuſcũ ē Cybeles/ a cybelizare ideſt ſacrare dictũ/a quo Cybeles regina ſacroꝝ latine dicit᷑:ut ꝓbauim⁹ in eodẽ libro de origine philoſophię ac lr̃aꝝ Etruſcarũ. Deniqꝫ ubi ortus eſt Dardanus/ibi patris & matris domiciliũ/& regia ſedes. Sed uetuſti Arunti Camillarii ideſt ſecretarii famã retulerunt:qua ſcriptũ eſt:ꝙ Dardan⁹ eſt ortus in agris Camillariis ſiue Arũtinis. Quare qm̃ Camillarii ſunt Vetuloniẽſes:idcirco in Vetuloniẽſi Turrena ſede patris Coriti Dardanus & etiã Iaſius. Pro quo ualido argumẽto explanãdo:notanda eſt primũ diſtinctio Plinii in.iii.naturalis hiſtorię ca.vi.ubi ĩ Thuſcia tres Arũtes populos ponit/uidelicet Aruntinos ueteres:Aruntinos fidẽtiores:& Aruntinos Rullienſes:ut copioſe expoſuim⁹ in comẽtariis ſuꝑ alios auctores. Sed de Arunte uetere oppidulo uidendũ eſt ubi ſit. Cato in fragmẽto.xvi.de originib⁹:in tertia gẽte thuſcię tranſcyminia inter alios/hos enumerat dicẽs: Sub Volturrena ſunt Arũtes ueteres cognoĩe Camillarii:Longius Blere. Rurſus Antonin⁹ de ſex itineribus ab urbe Roma in Gallias:Caſſiano inquit itinere itur ꝑ Politorũ:Arcenũ:Minionẽ:Forũ Caſſii:Arũtes camillarios:Tudernũ:Varentanũ:& reliqua. At Camillarius uicus delectus/& lingua Etruſca Mont Arunes ſiue latine Senes Aruntes: eſt ſub Volturna inter forum Caſſii & Tudernũ:in Thermis Gais:ut limites ſupraſcripti/& noĩa manẽtia:& ueſtigia probãt. Quare in Volturna natus eſt Dardan⁹. Nota item lingua Etruſca Camillũ eſſe miniſtrũ & ſecretariũ ſiue camerariũ principũ. Vnde ſecretariũ deoꝝ Mercuriũ/Etruſci uocant Camillũ:ut Seruius cũcta recte expoſuit ſuper xi.Eneidos. Vnde Aruntes ſenes ſunt cognomĩe Camillarii ideſt ſecretarii. et a comentariis Lucumonũ:quibus credit᷑ neceſſario:quorũ teſtimoniũ retulit Latinus ad Troianos dicens in.vii.Eneidos. Fama eſt obſcurior annis/Aruntos ferre ſenes: his ortus in agris Dardanus.ydeas phrygię penetrauit ad urbes. Traciãqꝫ Samũ: quę nunc Samotracia fertur: Hinc illũ Coriti Turrena a ſede ꝓfectũ.& reliqua. Hac auctoritate expoſita ſic inſtituti iuuenes arguant. Aruutinis ueteribus uti¦camillariis Etruſcaꝝ antiquitatũ:neceſſario credit᷑ de Dardano & aliis rebus Etrurię Porro iſti camillarii ad oculum demõſtrant:& cum ꝓnomine demõſtratiuo dicũt: his ortus in agris Dardanus:& ꝓfectus a Turrena ſede Coriti patris. Ergo neceſſario pro ueritate hiſtorię creditur:ꝙ his camillariis agris regię Turrenę ſedis Coriti fuerit ortus Dardanus. Quidã mutata lr̃a.t.in.c.dicunt in Virgilii dicto carmine Aruncos ſenes pro Aruntos. Quoꝝ falſitas cũ ex pluribus/ tum uel maxime ex ꝓnomine demonſtratiuo/his apparet:quia falſo dixiſſent Arunci: Dardanus eſt ortus his Aruncis agris. Fuit enim Tuſcus nõ Sabellus Dardanus. Pronomen enim ſtat loco proprii & non communis nominis & certam ſignificat perſonam. Vnde his agris aut demonſtrantur ipſi Arunci proprio & certo nomine ac perſona : aut Arunti ueteres camillarii. Non Arunci:quia falſum eſt ꝙ Dardanus fuerit Aruncus patria. Quare fuit Aruns camillarius:& ita Volturrenus. Deniqꝫ notandum ꝙ hec tabula Grece ſcripta incipit: Tu Corit Nyentos. Nyentos : aut eſt originis Grecę:& tunc eſt una dictio & eſt genitiuus Grecus:& ſignificat deſponſationem: ut tabulæ interpretatio:aut ſunt duæ dictiones Etruſcæ & Arameæ Ny & Enta:&

tunc Corit ny enta eſt nomen loci in iugis Cyminiis• Ny autem ut Samuel dicebat optimus Aramеę originis interpres: ſignificat montem ſiue iugũ: Et en caſtellum:Enta uero oppidum• Hinc Corit ny enta: ſonat latine Coritus mons & oppidum: ut ſepe ſcribit Seruius ſuꝑ Eneida• Similiter Cort en ebra: ſignificat Coritus caſtellũ in tranſitu•Eber enĩ eſt tranſitus uel trãſiẽs:inde Ebrei•Liuius aũt una dictõe in Etruſco agro ait eſſe Cort Enebrã & Cort Noſſam ideſt coritus auguriũ:qa Noſſo eſt auguriũ:ut dicit beatus Hieronymus libro de intepretationibꝰ nominũ• Hactenus de prima clauſula tabulę• Sequitur de ſecũda quę refert Iſidem ueniſſe in Etruriam tetrapolim/ad nuptias Iaſii & Cybelis•Pro cuius ueritate conſequenda:per queſita procedemus hoc modo•

PRIMO queritur quę fuerit Iſis ſiue Ceres frugifera panifica? Reſponder Diodorus Siculus in primo libro:ꝙ yo ſoror & coniunx Oſiridis:dicta eſt Iſis ideſt Ceres frugifera & legifera:quia prima leges dedit & fruges ĩuenit: ut teſtimonio inſcriptę colũnę in egypto probatᷣ•Docuitq; Egyptios omnes prima grana colligere & panes conficere:precipueq; Lybicos egypto annexos•

SECVNDO queritut an uenerit in Italiam ad docendũ eadem? Reſpondet Plinius in•vii•naturalis hiſtorię ca.ultimo dicens• Ceres prima inuenit frumenta:cũ antea glande ueſcerentᷣ•Eadem molere & panes conficere docuit in Actica:Sicilia & Italia:Et ob id dea putata•Eadem leges dedit•Hec Plinius•

TERTIO queritᷣ:in quẽ primũ locum in Italiã rate uecta fuerit? Reſpondet Feſtus•Nam cum uicus Thuſcus Romę antea Argeus/ab Argiuis comitibꝰ Hercnlis dictus ſit:& prius Lybiſſus: ut ait Fabius pictot : querit Feſtus unde Lybiſſus dictus ſit•Et ſic reſpondet• Argeus campus dictus eſt Lybiſſus: quia Ceres ex Lybia illo primum fruges aduexit:ob quod & campus Lybiſſus/& ipſa Lybiſſa dicta eſt Ergo ut teſtatur etiã tabula hec:Iſis maxima/frugifera/legifera/panifica/ab egypto & Lybia mota/rate uenit in thyberim/ducens frumẽta: ut doceret Italos ſerere frumentum:& molere ac panes conficere•

QVARTO queritur:quo tempore uenit in Italiam:Siciliã & Acticam? Reſpondent unanimi conſenſu omnes Greci & latini/ꝙ hoc fuit ante Dardaniã conditam probantq; iſtud: quia interfuit in nuptiis Iaſii/Cybelis & Armonię• Vnde Diodorus in•vi•libro referens fabulam Samotracam dicit:in Samotracia in nuptiis Armonię atq; Cadmi/ quoniã Armonia ſoror eſſet Iaſii & Dardani/ & cognata Cybelis: interfuiſſe Iſidem & alios deos & deas in eius nuptiis• Lõge uero poſt nuptias defuncto Iaſio/Dardanus cũ Cybele in Phrygiã ſacra ferentes Dardaniam condiderũt•Euſebius quoq; de temporibus notat Iſidẽ paulo minus•xl•annis ante Dardaniam conditã reuerſam fuiſſe in egyptum• Beroſus item eam interfuiſſe nuptiis & reuerſam in egyptum ante conditam Dardaniã ſcribit•Et ita ceteri cõſentiũt•

QVINTO queritur quo tempore condita ſit Dardania? Reſpondẽt Chronographi ex publica temporum fide atq; monarchia Aſſyriorum/ ꝙ condita fuerit anno ſecundo Amyntis:qui decimus ſeptimus imperauit poſt Nynum:Et ita notat Euſebius de temporibus: & Manethon in ſupplemento Beroſi:& alii qui notant Aſſyriorum Annales•

SEXTO querit᷑ quando Cadmus celebrauit nuptias Armonię Iaſii ſororis in Samotracia: ut Grecia mendax fingit in hiſtoria: & quando obiit Iaſius Samotrax? Reſpondet Paleſatus Spinga/ quem notat Euſebius in tēporibus: ꝙ trigeſimo ſexto anno Pannię regis Aſſyriorum qui fuit a Nyno·xxiii·Cadmus ſupinduxit priſce uxori/Armoniā ſororē Martis nō Iaſii: & paſſus a priſca uxore certamen ꝓfugit· Inde circa nouiſſimos annos Mytrei regis Aſſyrioꝝ rediit anno a cōdita Dardania ferme ſeptuageſimo ſupra ducētos: ut ſupputatio Euſebii atq; Archiloci ꝓbat· Hoc etiā affirmat Xenophon in libro de equocis: qui cū ſex Cadmos enumerat: de quinto ſic dicit· Quintus paulo ante ruinas Troię Armonia Samotraca inclytus: qui a priſca uxore ob Armoniā certamen paſſus/ rediensq; a Phenicia/ detulit in Greciam primus/ ſexdecim numero litteras/ nō phenicas: ſed caracteribus Galathaꝝ ac Meonum ꝑſimiles· Archilocus quoq; in Epitheto tempoꝝ dicit: Homero cōſenſu totius Grecię ius tributū emendandi caracteres & linguā & nomina Greca: quę ut aiunt Cadmus Samotrax ſemibarbara & ruditatis plena in Greciā attulit ſub excidium Troianū· Ex his patet q̄ mendaciſſimā Greciā eſſe in hiſtoria cōditionis Dardanię fabulantes poſt nuptias Armonię & mortē Iaſii Samotracis: fuiſſe Dardaniā conditā a Dardano Samotrace fratre Iaſii· Nā cum ducētiſſimo & ſeptuageſimo poſt conditā Dardaniā āno reuerſio Cadmi & mors Iaſii fuerit/ ut oſtendimꝰ: neceſſario cōſequēs eſt: ut alius Dardanus cōdiderit Dardaniā ante mortem Iaſii Samotracis ducētis annis & amplius: ita nō modo Armonia ſoror Martis Samotracis: quā finxerunt ſororē Iaſii teſte Diodoro in·vi·libro: uerū etiā tempus ipſum: detexit mendaciū grecanicę leuitatis & nequitię: quę teſte Catone omnia corrupit: & inſtructa facultate dicēdi & copia: incredibile eſt quātas mendacioꝝ tenebras excitauerit: ut ait Lactantiꝰ·xv·ca· libri primi diuinarū inſtitutionū· Itaq; redarguunt᷑ Greci: qa Iſis egyptia interfuit nuptiis alteriꝰ Iaſii & Cybelis tuſcaniēſis/ ante nuptias Armonię Samotracis plus q̄ ducentis annis: ut latina hiſtoria: & tabulę ipſę Cybelarię ac ſubſcriptio Cybeł īdicāt & īexpugnabiliter ꝓducūt: & Beroſus aſſerit ī·v·antiq̄tatū

SEPTIMO querit᷑ ubi Iſis interfuit nuptiis Iaſii Tuſcaniēſis poſtq̄ uenit in Thyberim e Lybia? Reſpondetur: In uicina regia tunc Italię Vetulonia/ ſiue tetrapoli Etruria: Probat᷑ id multis argumētis· Primo Beroſus in·v·antiquitatū auctor eſt: Iſidē ſororē Oſiridis quę ſexcentis uixit annis/ interfuiſſe nuptiis Iaſii filii Coriti in Vetulonia· Sub ſtatua quoq; triumphali Cybelis ſubſcriptio eſt: ut in principio poſuimus: ꝙ āno·xv·etatis/ nouę ſponſę Tyles filię ducis Sypi: hoſpita Iſis fuit epulatrix ſiue cōuiua in domo eiꝰ/ & Veiuzo oppido ideſt Vetulono: qa Vetulonia & Veiuza eſt idē· Nā Vei curules/ zi uero cōſulares dicunt᷑: ut ſupra de parazim in ſecūda tabula diximus· Similiter Vetulonia Veia & curulis philarcha interpretatur: ut probauimus in queſtionibus Anniis· Eſt autem Veiuza ciuitas Regia: quia curulis conſularis ſiue philarcha· Quare in tetrapoli Etruria & Volturna/ Iſis interfuit nuptiis Iaſii ac Cybelis: quia ſola ipſa erat in Italia & Thuſcia urbs regia· Rurſus ratio dictat: ut Egypti Regina in Italicum Thyberim doctura Italiam aduecta: Regem Italiæ adiret: & ab eo honorifice ut par erat/ exciperetur/ in ciuitate Regia/ ſiue mauis/ uocabulo Etruſco Veiuza & Vetulonia· Hinc Veiuzi Viterbienſes

& Vetuloni:currules regii ſiue Philarchę interpretationē habent•Quare impreſſores corruperunt Fatium coſmographum de Vbertinis Florentinū: ubi de Viterbo loquens:dixit antea fuiſſe Viterbo nomina Tuſca & Veiuza•Nam impreſſores falſo Veienſa pro Veiuza poſuerunt• Argumento ſunt contractus uetuſtiſſimi: & nomina ad hec tempora ſeruata Iſidis & Veiuzę urbis noſtrę:quoniā ſicut Romę ubi primū rate uenit e Lybia/Lybiſſum nomen indidit:ut probauimus:ita ubi in Veiuzam ad nuptias uenit Lybiſſilla/nomen regio tenet/ quam Lybiſcillam proferimus• Similiter Veiuzos & truncata prima ſyllaba/ Iuzos ad hec tempora nos uocant finitimę gentes & contractus• Quę cuncta cum luſtrator Italię Blondus non ſpectaſſet:dixit Viterbum eſſe urbem parum uetuſtam:cū omniū primā & regiam in Italia Ianus condiderit: ut in ſecunda & tertia inſtitutione premiſimus• Quin etiā ut magnificentius & apertius mentiret᷑ Blondus:dixit lacum Vadymōnis eſſe lacum montis Roſuli•Primo enim peccato/topographiā ſubruit•Nam lacus montis Roſuli eſt in ciſcyminiis Vientanis/ab urbe Roma populis:ut cernimus•At lacus Vadymōnis eſt in trāſcyminiis inter cyminia iuga quę Fabius tranſgreſſus eſt & Volſinū/quod nō attigit: ſed Decio in annū ſequentem domandū reliquit:ut Liuius in nono ab urbe condita/ auctor eſt: & nos ſuꝑ ſecundā Lybiſcillam tabulam expoſuimꝰ•Peccat item multis aliis peccatis:quia lacus Vadymōnis ſacer & nauiſus dicit᷑:ideſt ſine naui: ut etiā exprimit Plinius nepos in Epiſtola ad Gallum de lacu Vadymōnis•Item ut ſcribit aqua Vadymonnis eſt ſulfurea/colore ſub albida: cerulea ſpiſſior: habens artanas mobiles iunceas ſine piſcibus/ & eiuſcemodi: quę cuncta deſunt lacui montis Roſuli•Et ideo noſter Florētinus/thuſco ſanguine natus atq; noticia patrię doctior Fatius/uocabulo uetuſto/quod permanet uſus/dixit Vitetbū antiquitus dictum fuiſſe Veiuzam:ideſt curulem philarcham nō Veienſam•Viterbenſes enim olim dicti ſunt Volturreni cognomine Etruſci:ſicut Volturna cognomine Etruria:ut in ſecūda inſtitutione ac prima oſtendimus•Etruſci aūt dicunt᷑ proprie Vei coloni Sardiniani/& ob id Veientes Enetanos Sardinianos uocauit Romulus:ut in eius uita Plutarchus aſſerit•Quia ſcilicet illi Veiētes Romę proximi/erant ut ait Dioniſius in•ii•libro•generis Etruſci ſiue Volturreni & Vetulonienſis:qui teſte Beroſo in•v•antiquitatū: miſerunt primas colonias in Sardiniā cum Phorco: Et ob id in triumphū Sardiniani cognominati: uti Cęſar a uictoria Brictanicus & Scipio Affricanus• Vnde ut Strabo in•v•memorat: Dum Hercules miſit Iolaum cū Toſpiadibus ad habitandū Sardiniā:iam occupatā & habitatam inuenit a Barbaris qui erant natione Tuſci•Intelligat igit᷑ Blondus Etruſcos Veios & uocabulo patrio Veiuzos fuiſſe tātę antiquitatis: ut etiam Herculem egyptium Lybicū p̄cederent & inſulis maris dominarent᷑•Non enim Alcei Greci:ſed Lybici Herculis primogenitus fuit Sardus cum Iolao miſſus & Toſpiadibus:dicente Sillio in•xii•libro•Mox lybici Sardus generoſo ſanguine fidēs Herculis:Lybius enī fuit nomen Herculis egyptii a quo Lybici populi: ut ait Beroſus & diuus Hieronymus ſuꝑ Geneſim:cum āna Phutei dicerent᷑• Nā & ob triumphū deuicti Antei teſte Beroſo:columnā ipſe poſuit in Lybia non Alceus Grecus:ut Diodorus aſſerit in•iiii•libro•Qđ ſi Lybius egyptius Hercules tātę antiquitatis fuit:ut Leſtrigonē anteceſſerit:ſicut tradit Beroſus:aut decem milibus annorũ preceſſerit Alceum: ſicut ſcribit ĩ primo libro Diodorus: aut ferme eterna illi fuerit origo:ut Macrobius in Saturnalibus refert:q̄ antiquiſſimi utiqꝫ ante illum fuerint Vei Etruſci ac Volturreni/qui lõge ante Iolaum & Toſpiades dominio maris potiti/ colonos Veiuzos in Sardiniã tranſportauerũt· Sed de antiquitate Veiuza volturrena quę & Viterbũ aureo ſeculo & ante Nynũ orta: ſatis dictũ ſit in comẽtariis ſuꝑ Fabiũ pictorem:& Myrſilũ Leſbiũ· Nũc ſatis ſit Blondo/Veiuzũ oppidũ:quo ante Dardaniã nuptiis Iaſii ac Cybelis interfuit uetuſtiſſima Iſis:non eſſe parũ uetuſtũ oppidum· Prebuit Blondo/ſicut & multis q̄q̄ alias lr̄atis occaſionẽ errãdi: Viterbũ nouellũ uocabulũ: & parua circũſpectio/antiquoꝝ nominũ eiꝰ ac limitũ & circũſtantiaꝝ adhuc extantiũ:ut ſupra oſtendimꝰ· Igit̃ ad hoc ſeptimũ queſitũ reſponſum ſit ſatis:Iſidẽ interfuiſſe nuptiis Iaſii in regia Veiuza tetrapoli Etruria nũc Viterbo· Nec obſtat qđ exciſa marmora dicũt Iſidẽ cõceſſiſſe in p̄dia Cybelaria/ſubſcriptio uero ſtatuę in Veiuzã urbẽ & domũ Tyles quę & cognoĩe Cybeles: ut in·ii·antiquitatũ Beroſus indicat· Nã utrobiqꝫ nuptię multis diebꝰ celebratæ:in p̄diis etiã fruges primũ ſatę & collectę· Inde uãno purgare frumentũ:molere:ac panes conficere docuit: quos primos in gratiã Iaſii obtulit:ut Beroſus dicit:& Diodorus docet ex Samotracũ hiſtoria in·vi·lib· Quare Viterbũ olim Veiuza Volturna primos in Italia panes uidit & guſtauit:patria ſemꝑ numinũ & deoꝝ:hñs a tergo Cyminia iuga ſiluoſa:plena aucupii & uenatiõis/herbarũqꝫ ſalubriũ atqꝫ ſcaturientiũ aquaꝝ/a quibus ſubiacẽtia opulẽta arua urbis Etrurię primũ cõtemplatꝰ eſt Romanus miles: ut Liuiꝰ ſcribit ĩ nono ab urbe cõdita· Porro a frõte habet Volſiniẽſes:a ſiniſtris Tarquiniẽſes:a dextris thyberim & finitima Vmbrię· Huiꝰ Turrenę ut indicat Diodorꝰ in·vi·li·campi ſunt lati:collibꝰ diſtincti: ſolo admodũ fertili: ut q aquis habũdent nõ hyemis tm̃: ſed etiã eſtatis tp̄e· Patriã incolũt uberẽ:quã ſtudio agriculturę efficiunt fertiliorẽ· Ea naturalis feracitas/& ſoli opulẽtia/eos ad inertiã & ignauiã traduxit :ut ibidem Diodorus teſtat̃· Haud procul habet mare:proximos uero lacus Cyminiũ & Volſinienſem:a quibus opulenta recepit obſonia· Fluenta itẽ piſcuoſa in limitibꝰ habet Tarquinienſiũ quidẽ Bleranũ· Tuſſę autẽ Nanę Larthẽ fluuiũ:Intraqꝫ agrũ Ecalidũ:Egelidũ:Ry Oſirim:Ry Gomeriũ:Alcionẽ:Razenũ: Ry Atlaum : Albianũ Vectiã:Catenaces:Veias & eiuſcemõi amnes ſaluberrimas ſil̄ & copioſis piſcibꝰ refertos· Thermę & fõtes calidaꝝ aquaꝝ/p̄cipue Caię ad felicitatẽ agri habũdãt:quę ut auctor eſt Strabo in·v·Geographię ſalubritate ſui ceteras p̄cellũt· Habũdat perhẽnibꝰ riuis/latiſſimis & opulentis aruis:uinetis/oliuetis/& pratis/ & oĩbus delitiis naturalibꝰ· Viſus ipſe cũ a iugis Cyminiis/ tũ Phyſcone mõte planities ipſa occurrit:mox q̄ſi aperto celo & fugato carcere undiqꝫ reficit̃: ut uere ipſe ſitus nõ onoſe a natura ꝓductus:ipſis primis diis ideſt iuſtis principibꝰ Italię habitaculũ fuerit preparatũ/aurea illa etate: qñ ſola glans/& ſponte naſcentia/atqꝫ clari latices humano generi delitię erant· Quę uero poſtea humana gula populat̃/regio ipſa tam copioſe ꝓducit/aues/uolucres/altilia/ceruos/damulas/lepores/apros/& eiuſcemõi quę aucupio & uenatu querunt̃ :ut qñ credunt̃ defeciſſe:tum maxime excreſcant· Sed de his alias· Nunc ſatis eſt expoſuiſſe iuuentuti noſtræ primam & ſecundam tabulæ

Cybelariȩ clauſulas/de Corito & aduẽtu magnȩ Iſidis ĩ Veiuzã Vetuloniã:& Cybelaria p̄dia fonteq;:nũc de tertia clauſula dicendũ eſt:quȩ mortẽ Iaſii narrat·

DE MORTE Iaſii hec querunt’:Primo quȩ cauſa impulit Dardaniũ ad perimẽdum fratrẽ ſuũ Iaſiũ?’ Reſpondet Seruiꝰ:quia cõtendebãt de regno·Et ut ait Beroſus in·v·Iaſius ortus eſt ex Electra:patre exiſtẽte Corito/ideſt haſtato Ioue ad ſuccedendũ regno· At Dardaniꝰ ortus eſt eodẽ patre exiſtẽte ito/ideſt Ioue ſũmo & rege actu·Quare Dardaniꝰ dicebat ſe iure patris ſucceſſorẽ eſſe:qui primogenitꝰ erat patris actu regis·Iaſins econtra ſe primũ eſſe ſucceſſorẽ aſſerebat:quia pater iã haſtatꝰ regno & Coritus ad ſuccedendũ genuerat·Et ut ait Beroſus/Dardani partes Latiũ & Aborigines fauebãt:Iaſii uero Ianigenȩ atq; Siceleus rex Hiſpaniȩ·Vnde diffuſus publice cõgredi Dardanus:clam illũ ꝑ inſidias & dolũ peremit: parata naui litore haud procul·Et ut ait Virgiliꝰ/ ꝓfectus a Turrena ſede p̄ris Coriti/ydeas phrygiȩ penetrauit ad urbes:Traiciãq; Samũ/quȩ nũc Samotracia fert’· Et hoc occaſionem mentiẽdi dedit Samotracibꝰ:ut dicerent Dardanũ fuiſſe Samotracẽ:ut ſupra oſtendimus·

SECVNDO querit’ ubi Iaſius fuit interfectus?’ Reſpondẽt Virgiliꝰ & hec tabula· Nam Virgilius urbem regiam notauit Turrenã ſiue Volturrenam ſedem Coriti/a qua profectus fugit in Samotraciã·Tabula uero locũ priuatũ & inſidiis aptum exprimit:in Thermis inquiens Iaſinellis·Adhuc retinẽt nomẽ:& ſi uulgus mutet primã litterã·i·in·l·dicens/Laſinellas pro Iaſinellas· Sunt predia & Thermȩ Iaſii ſub Aruntibus camillariis:qui Arunti ſenes dicebãt/ Dardanꝰ his ortus in agris phrygiȩ penetrauit ad urbes:ut Virgilius auctor eſt in·vii·Eneidos·

TERTIO querit’ quãdo peremptus fuit?’ Reſpondet Beroſus in·v·ꝙ anno quinquageſimo regni ſui·Nam ut ait ceperunt ſimul regnare Cecrops primus Athenis & Iaſius in Vetulonia:ſimulq; finierũt·Ergo quia Cecrops obiit anno·v·liberatiõis filioꝝ iſrael ab egypto/&·xxxiiii·egreſſionis eoꝝ Dardania condita eſt:ut Euſebius ſcribit neceſſario ſequitur: ut anno·v·liberatiõis Dardanus aufugerit: & uigeſimo nono poſt fugam anno: Dardaniam condiderit:ſexto ſcilicet anno ꝗ Moyſes naturȩ concederet:ut etiã Euſebius notat in conditione Dardaniȩ·

QVARTA huius tabulȩ clauſula eſt de reſtitutiõe ſiue reparatiõe regiæ Cybelis In quarta clauſula ponit’ ꝙ Pypinus & Marſias reparauerũt Cybelis regiam·Qui fuerint hii duo Larthes Etruriȩ:in Etruſca hiſtoria diximꝰ·Regia uero in Cybelicis p̄diis exiſtimo ibi eſſe: ubi nõ procul Cybelario colle/unde fuerũt ſtatuȩ effoſſȩ/ uiſunt’ ueſtigia quedã fundamẽtaq; habitationis nobilis·Diſtat a Iaſinello predio tribus milibus paſſuũ:& a Vadymõnis palatiis:quinto lapide·

QVINTA clauſula eſt de auctoribꝰ Vetuloniȩ:qui fuerint·Cato in·ii·fragmento de originibus docet/primum qui tetrapolim Etruriã cõdiderit fuiſſe Ianũ·Idẽ aſſerũt Myrſilus & Fabius pictor· In tetrapoli aũt Etruria cõtinet’ Vetulonia:ut Myrſilus ſcribit/& nos ſupra Myrſilũ oſtẽdimꝰ/& ĩ Anniis qõnibꝰ:& ſupra Xenophõtẽ de equocis·Quare Vetuloniã primꝰ omniũ Ianus/nõ Cameſes poſuit· Itẽ Beroſus ĩ quinto antiquitatũ ſcribit/regẽ Comerũ primũ fuiſſe/ ꝗ docuit ſuos in plauſtris ſiue Veis more Scythico habitare/unde Vetulonia nomen fuit urbi·Non igitur fuit primus Cameſes· Reſpondendũ mihi uidetur ad hoc ꝙ Ianus primus omniũ condidit tetrapolim Etruriam:ut ait Cato cum aliis:ſed habitatio his tũc fuit in tuguriis & criptis·Inde nepos Iani/Veias primus teſte Beroſo turritas extruxerit: uti in Aſia Moſſineci Moſſinas:ſicut Dioniſius Halicarnaſſeꝰ in prío libro ſecutus Myrſilum aſſerit·Cameſes uero primus omnium poſuit ampliando·Nam illa quatuor oppidula a ſe nimis diſtantia/Arbanũ:para Tuſſam:Vetuletum & Volturnam/ita ampliauit atqꝫ magnificauit:ut alterum alteri cohereret·Abſolute tamẽ Ianus primus omnium colonias eo aduectas fundauit·Qđ uero ait ſupra Balneas:exponendum eſt prope Thermas:quia Thermę & Thermales aquę quas uulgo Caldanum dicimus/ſunt prope Vetuloniam:dicẽte Plinio in·ii·naturalis hiſtoriæ· Piſę aquis calidis innaſcunt᷑ ranæ: & ad Vetulonos in Etruria piſces·Rurſus caſtellum iuxta Vetulonos poſuit Lybius Hercules·Hoc adhuc uocamus caſtrum Herculis·Fuit ergo egyptius nõ Alceus· Cui etiam eſt argumento uocabulum cognominis collis egyptiũ· Dicitur enim collis Muſarnus· Cognomina enim Herculis egyptii ſunt Her: Hercol: Arino ſiue per ſincopam Arno:& Muſarno· Teſte diuo Hieronymo & Talmudiſtis/Her pellitũ: Hercol/pellitum totum: Arno leonẽ magni nominis: Muſarno eruditionẽ leonis magni nominis ſignificat·Pellitus dicebat᷑ a quotidiana pelle leonina quã induebat: Hercoles uero ſiue totus pellitus tempore belli: qa teſte Diodoro in primo libro/nõ dum eius etate inuentis armis/toto corpore pro armis tegebatur pellibus ferinis/quod Greco Hercoli nõ congruit·Leo magni nominis dicebatur ab inſigni ſuo coronato ac ſemper uictore leone·Eruditio uero leonis dicitur militia eius: quia docuit ad lacus ſulphureos initiare ſuam militiã/quibuſdam incantamentis quibus deditus erat:quod nõ congruit Greco Hercoli:ut aſſerit Diodorus in·vi·libro· Vnde ubi Arnos & Muſarnos legimꝰ/interpretamur Herculeos·Sed differenter:quia ubi Arnus dicit᷑/ibi ſolũ Herculeũ in latinũ uertimus ut Arnus fluuius:ideſt Herculeus· Et ſub ſtatua Iaſii dicit᷑/ꝙ Iaſium regem acclamauit Arno ideſt Herculeus populus· Verũ ubi Muſarnos legimus:ibi latine traducimꝰ initiatos Herculeos/quia doctrina Herculis initiabant᷑·Hinc Ptolomeꝰ in Geographia regnoꝝ Carmaniæ atqꝫ Gedroſię/ notat antiquos populos Muſarnos & metropolim Muſarnã/ ideſt initiatam Herculeã/ & initiatos Herculeos· In hac quoqꝫ nr̃a Etruria nũc Viterbo/in p̄te Arbana/collis Muſarnꝰ dicit᷑/ideſt initiatus Herculeus:ubi nunc eſt epiſcopiũ & eccleſia ſancti Laurentii/olim templum & palatiũ Hercolis egyptii/quod uulgo caſtrum Herculis dicimus·Et item non procul Viterbo uidelicet ferme quinto lapide/iuxta Coriti Lyanũ & uadũ Tuſcanienſem ſub lacu Vadymõnis eſt oppidũ deletũ/ qđ ciuitas Muſarna dicit᷑· Argumentũ ꝙ eo habitabãt ſacerdotes Herculei/initiatores militię/quę ad uicinũ lacũ Vadymõnis initiabatur lege ſacrata:ut in nono lib·ab urbe cõdita ſcribit Liuius·Hactenus de caſtello Herculis in parte Arbana: & colle Muſarno· Qđ uero ſequit᷑ ꝙ Sabatius Sangni edificauit oppidum in Troſſis Volturrenis:ſciendũ eſt:ꝙ ager Volturrenus cognoĩe Etruſcus nũc Viterbenſis/diuidit᷑ in partem ſuperiorẽ & inferiorem Pars ſuperior dicitur a Viterbo ad thyberim uſqꝫ in longitudine:& a Cyminiis iugis ad montẽ Phyſconẽ & Florentinũ in latitudine·Ea pars diuidit᷑ in duas partes

Prima dicitur Trometina:altera uero Troſſana· Trometina dicit᷑ a Tromete campo herente Volturnę:quem noſtra etas Pelaſgico uocabulo dicit planum Trometorum:a Troma quod eſt formido uel horror:& toreo ideſt tranſfigo·Hinc Trometores ſiue Trometini dicũtur:qui uiribus & arte armorum Herculeo more luctando gladio ex improuiſo tranſfigũt:uti Liuius de noſtro para Tuſſo in libris ab urbe condita dicit: ꝙ Fabium in Veientes euntẽ/ Tuſcus quidã ferox uiribus & arte armorũ/gladio per pectus tranſfixit·Hec pars Trometina extẽditur a Viterbo uſqꝫ ad uadum/adhuc Troſſanum dictum/nõ procul Ferentino oppido Othonis Cęſaris:cuius meminit Suetonius in uita eiuſdẽ Othonis· Ab hoc uado Troſſano uſqꝫ thyberis portionem quę ad ius Viterbenſium ſpectat:extendit᷑ Troſſana regio/ubi Lydi & Meones/Italis atqꝫ ſacratę ab origine ſedi priſci Coriti/mixti fuerunt cõiugio & ſtirpe:ut docet Beroſus in·ii·&·v·ãtiquitatũ:Et Sillius Italicus in·iiii·libro Vnde in hac portione manẽt nomina deletis oppidis Turrhene:Meono:Meonię:a quibus nũc planũ Meonianũ/& oppidum ſimul· Interiit funditus & Troſſulũ oppidum:de quo Plinius in·xxxiii·naturalis hiſtorię ca·iii· ſepe inquit uariatum eſt equeſtris ordinis nomẽ·Nam ſub regibus celeres appellati ſunt/inde Flexumines: poſtea Troſſoli:ꝙ in Tuſcis citra Volſinũ nono lapide/eius nominis oppidum ſine pedite cepiſſent· In hac portione eſt filię Atlantis oppidum Celeno & eius amatoris Oriona:& Sangnena/uulgo nunc Sayena: de qua nũc exciſa tabula dicit:ꝙ Sabatius poſuit uillam in Troſſis· Rurſus a Sagni extat Sangninaia regio Trometina/a qua dicimus ſancta Maria Sangninaia· In Sabatia quoqꝫ nũc Anguillara & Barceana regione/limes ultimus non procul Cęre eſt fluuius Sangninaia· Hec regio Sabatia & limes Sangninaia dicitur:a Sabatio Sangni:qui teſte Beroſo & Catone/& his tabulis:fuit pater Sabi a quo Sabini & inde Sabelli:quos latini Samnites:Greci uero Saunitas uocabant:ut ſignificat Pliniꝰ in·iii·naturalis hiſtoriæ ca·xiii·Hic lingua Sabina & Etruſca dictus eſt Sabatiꝰ Sangni:& item Sabatius Saga:latine uero Saturnus/Sanctus/Fidius/Semipater:ut copioſe oſtendimus in comentariis ſuper fragmenta Catonis/& ſuper Fabium pictorem & Sempronium·

Quo loci nota ꝙ hic Sabatius ſiue Saturnus fuit Caſpius nõ Grecus: ut ibi oſtendimꝰ·Fuit & ſubregulus Iani in Latio/ a quo Saturnia Capitolina & Saturnia Latium:ut Varro ſignificat in primo de lingua latina·Quin etiam dicta portio Etruriæ Sabatia:& ab eius cognomine Sangninaia Trometina:& oppidum Saturnia/ nuper a Senenſibus reparatum: & tota Thuſcia quę tunc dictioni Iani ſuberat: amoto ſuo nomine Ianiculo Ianus/ a nomine eius iuſſit dici: ſcribente Protarcho:& aſſerente Igino/ & referente Macrobio in primo Saturnalium: ꝙ mortuo Saturno Ianus ei dicauit aras: & eius nomini regionem totam quę illius dictiõis erat· Hec ſatis ſint pro expoſitione tabulę·

Quę uero quarta in ordine eſt Ararathea & ab Hermolao Araratheo interpretata in Vetuleti porta:fere eadem eſt cum premiſſa·Oppidum Feneſtrę/Carcanel ibi dicitur/ & adhuc uulgo Carcarellę appellatur· Eſt oppidum cuius ruinæ uiſuntur in parte inferiore Volturreni nunc Viterbenſis agri · Hec pars inferior extenditur in longitudine decem milibus paſſuum a Viterbo uſqꝫ Bleranum fluuium/

olim Tarquinienſium: & in latitudine a iugis Cyminiis ad Larthem fluuiũ & lacum Volſinienſem. Diuiditur hec noſtra portio in duas partes: in Tuſcanienſem & Veiam. Tuſcanienſis extenditur a Viterbo uſqꝫ uadum Tuſcanienſem adhuc uulgo dictum/quinto lapide a Viterbo. In hac portione Tuſcanienſi adhuc ſunt in iugis Dardaniũ oppidum deletum/mons Italianus: Iaſinella regio & Therme fluui⁹ Ecalidus uulgo Caldanus/illuſtris miraculo piſcuoſo: ut ĩ. ii. libro naturalis hiſtorię inſinuat Plinius. Item eſt & regio Sais Xantho/& Xantho Apoito/illuſtris Oſiridis triumpho: ut in Oſiriana tabula dicemus. Eſt & Egelidus uulgo Fredanus in ualle reducta fluuiolus: inclytus luſtratione Eneę & allocutione Veneris/cũ Eneas miſſus ad lucum fanũqꝫ Volturnę ad Lucumones tranſmiſſo uicino Minione Ceritis limite ibi luſtratus eſt: ut Virgilius in. viii. libro Eneidos eſt auctor. Dicit᷑ autem Tuſcaniẽſis hec pars/a para Tuſſa/ſiue coronata Tuſca una ex tetrapolis urbis Etrurię parte regia. Ab hoc uado Tuſcaniẽſi ad Tuſcanellam extendit᷑ Volturreni agri portio Veia/qnqꝫ milibus paſſuũ: in qua cõtinent᷑ amnes & p̄dia adhuc dicta Veia: Cybelaia: Katenaces: Cymella: Horchia. Sub his Tuſſi Nani & Tuſcanelli ĩ Tarquinienſi: in quo & Carcanim ideſt caſtrũ lucernę. Hactenus de quatuor exciſis tabulis: nunc de quinta ideſt decreto Deſiderii regis.

Quinta tabula.

q VINTA tabula eſt ingens ſemirota alabauſtrina/litteris Longbardicis exciſa: effoſſa in uico DemiAtu para Tuſſę ſiue coronatæ Tuſſæ. In ea continetur reuocatio eorum quę contra Etruſcos antea tulerat Aiſtulphus. Sane ſciendum eſt ut in hiſtoria Longbardica ſcribitur: & utcũqꝫ narrat Platina in uita Pontificum/Longbardi omnẽ regionem circa thyberim/in tres ducatus partiti ſunt: quoꝝ metropoles fuerunt Etruria: Spoletum: Beneuentum. Dux Beneuentanus regebat Latium & Campaniã uſqꝫ Neapolim. Dux uero Spoletanus Vmbriam thyberinã. Et dux Etrurię partẽ Thuſcię itẽ thyberinã. Aiſtulphus dux erat Beneuẽtanus infenſus Etruſcis. Deſiderius uero Etrurię dux econtra amiciſſimus. Mortuo rege Longbardoꝝ/ſucceſſit Aiſtulphus: qui Longholam ſiue para tuſſam iuſſit dici Longbardulam: & ab eis abſtulit lacum Volſiniẽſem: & ius cudendi monetas/& multa alia: ut ſolent reges infeſti urbibus agere. Mortuo Aiſtulpho ſucceſſit regno Deſiderius dux Vetulonię ſiue Etrurię. Quare urbi ducatus ſui contulit plura beneficia. Et ꝗa Hadrianus papa iam euocabat Carolum magnũ pro liberatione eccleſiæ ſimul & Italię contra Deſiderium regem: idcirco Deſiderius ueritus quod futurũ erat: ſtuduit beneficiis continere in officio primores urbes. Scribit igitur Grimoaldo tunc Volturnę ſiue Etrurię prefecto plura: quoꝝ nonnulla ipſe Grimoaldus ut palam a Thuſcis legerent᷑ exerpſit: & in hoc alabauſtro excidit. Et nota ꝙ ducatus Etruriæ ſolum erat/quod nũc dicitur patrimoniũ. Sed prefectura totam continebat Thuſciam/a thyberi ad Macram. Et ideo in hoc decreto beneficia toti Thuſciæ collata/Grimoaldus poſuit his uerbis.

DECRETVM DESIDERII REGIS ITALIAE.

Diuiditur hoc tranſumptũ ex decreto decitũ: in tres partes. Sed ante de Lomgbardis aliq̄d p̄mittendũ eſt. Lomgbardi ſunt magnę Germanię tuyſcones populi: qui ut notat in Geographia Ptolomeꝰ/diffundunt᷑ a Rheno Alemanię fluuio usqꝫ Trophea Drusi· Vrbes in his ponit Ptolomeus & Cornelius Tacitus: unam Nouesium quā quidam putant nūc dici Nussiam· Incolunt regionem sub Sicambris in longitudine a Rheno per fluuiū Iudrum & initia montis Meliboci usqꝫ in Albim fluuium· Hii occupauerūt Italiam ducentis annis & amplius: & primū Arrianā heresim secuti: inde ad Catholicam fidem reuersi sunt· Litteratissimi fuerunt: ut patet ex legibus eoꝝ· Caracteribus nō multū a latinis distant: lingua tamen latina utuntur· Ab his Gallia Cisalpina Lomgbardia & per sincopam Lombardia nomen retinet· Aistulphus penultimus/Desiderius uero ultimus ex Lomgbardis Italiā occupauit· Itaqꝫ Decretum eius diuidit᷑ in tres partes· In prima ponit beneficia collara Viterbi· In secunda/quę contulit toti Thuscię: de cuius desolatione accusabat᷑· Tertio preparari iubet ad obsistendū Pontifici· De prima sic dicit·

Reuocamꝰ statuta regis Aistulphi contra Vetulonos edita: ut lacus nō Tyrensium sed Vetulonū sit: qa lacus magnus Italie ideo italie dictus est: qꝛ ager eoꝝ prius est Italia: dcā ab ibi sede Itali decreta. Et ut suā Lōgholā nō Longbardulā sꝫ cognomine sui ampliatoris Turreni Terebum uocent. Et ut sub uno muro cingāt sua tria oppida Longholam: Vetuloniam ⁊ Turrenam Volturnaꝫ dictam Etruriā: totāqꝫ urbem nostra adiectione Viterbū pronūciēt: ut Rhoda et Ciuita Balneoregiū dici iussimus. Permittimꝰ pecuniis īprimi Faul. sed amoueri Herculem ⁊ poni sanctuꝫ Laurentiū eoꝝ patronuꝫ: sicut facit Roma ⁊ Bononia. Iubemus quoqꝫ reparari Cort Ny

Primū beneficium est restitutio lacus: qui a limitibus tantū dicitur Tarquiniēsis & Volsiniensis sed a limite simul & iure atqꝫ pricipatu dicit᷑ lacus magnus Italię priscę: quia agerꝫ Volturnę prius dictus fuit Italię: ut in principio tertię tabulę exposuimus· Nunc uero ad ius Volturnę nūc Viterbi solū ea portio spectat quę Cort Nossam & montē Italianū prospicit· Secūdū beneficiū/ꝗ para Tussa cognōine Lōghola: nō dicat᷑ Lōghobardula: ut Aistulphꝰ uoluit: sed cognomine Turrheni Terebū· Sane ut in comentariis suꝑ Myrsilū ostendimus/ nomē propriū filii Atus regis Meonis fuit Torebus/& cōmutatis uocalibus Terobus· Porro cognomē illi Turrhenꝰ fuit ab urbe regia Volturrena/qua fuit decoratus· Sed hoc loco Desiderius abutit᷑ uocabulo nominis & cognominis· Ampliauit aūt para Tussam siue Longholā Terbus: addiciendo illi uicū Demi Atū· Nam demos populꝰ/& Ato fuit pater turrheni· Hinc Demi Atus/ē popu

entā: Dardaniū: Aſſiū: Foranniū: Cornyetū ⁊ Tuſcanellū.

lus Atus ſiue Meon/cuiꝰ decus & donū fuit Vetulonia: dicēte Silio in.viii. Meonieqꝫ decus quōdam Vetulonia gentis. Tertium beneficium eſt de menibus tetrapoli Etrurię adiectis/cum antea quaſi quatuor diſtincta oppida eſſent. Quartū beneficium eſt percuſſionis nūmiſmatis cū inſigni ueteris dignitatis Luci/qui illis erat curia templū:& quatuor litteris ſacris FAVL continet᷑:ut in prima inſtitutione & ſecūda tabula expoſuimus. Quintum beneficium eſt: ut amoto Hercule corruptibili/diuus Laurentius poneret᷑ ut nunc cernimus. Nam antea erat Hercules leonem ſtrangulans: cū claua & Longhola:ut era uetuſta inuiolate ſeruant. Notandū eſt ꝙ Deſiderius impius occupabat bona eccleſię ac Pontificem perſequebat᷑: & tamen religioſus uolebat uideri in amouendo a nūmis Herculem & ponendo ſanctū Laurentiū: ſicut olim Acaz/qui cū eſſet idolatra/religionem tamen dei ſimulauit dicens: Nō petam & non tēptabo dominū. Sextum beneficium eſt reparatio ueterum oppidoꝝ Cort Nyentę de qua in tertia tabula diximus. Dardaniū/Tardanū uulgus pronunciat. Aſſium municiunla eſt: ubi Egelidus & Ecalidus amnes cōfluūt. Fora Annia:ab Annia familia dicta. Cornuetum per.y.pſilon Cornyetum ſcribit Deſiderius. Nam Cornuetum ſcribendū eſt:uocabulo uetuſto Etruſco: compoſito a Corno arbore & Nuetum. Vrbis enim huius inſigne eſt Cornus arbor. Etruſce autē Nuetum & Nuulū:latine dicit᷑ nubetum & nubilum ideſt Grauiſcū:ut docet Cato in fragmentis & originibus. Et ideo Cornuetum ſcribit᷑:ideſt Grauiſcę/cuius inſigne eſt Cornus. Poſtremū beneficiū eſt:adiectio noua nominis:ut ſicut unis nouis menibus cingebat᷑ urbs:ita uno nouello nomine diceretur Viterbum. Hoc loco queritur:unde dicatur Viterbum/& quid ſignificet. Pro quo notandum eſt/qđ in prima parte docet beatus Thomas dicens:aliud eſſe a quo nomen imponit᷑/& aliud ad qđ ſignificandū imponitur. Nā teſte peritiſſimo Donato:nomen ſignificat ſubſtantiā & qualitatem propriā uel cōmunē: quia nomina imponunt᷑ a proprietate rei quę eſt eius qualitas propria uel cōmunis:& tñ ſignificat ſubſtantiā: ideſt aliam eſſentiam:ſicut lapis imponitur a ꝓprietate cōmuni/ unde dicit᷑ lapis/quaſi ledens pedem: & tñ ſignificat aliā eſſentiam corporeā. Itaqꝫ cum Deſiderius litteratiſſimus adiecit urbi antiquiſſimę nouellum nomē:ab eius utiqꝫ qualitatibus ꝓpriis uel cōmunibus Viterbū nomen impoſuit: & tamen aliud ſignificauit. Primo igit᷑ uidendū eſt:a quibus qualitatibus Viterbū nom̄ dicatur: deinde quid ſubſtātialiter ſignificet. Et ita grāmatice procedemus. Qualitates plures habet Viterbū:& ideo a pluribus originē habet:& ob id omnes opiniones uerę ſunt:excepta prima. Nam dicit/a primis fundatoribus Tyburtinis dici Viterbū quaſi ui tybur ideſt paruū Tybur. Quod equidem falſum ē: quia Tybur nouiſſimis tēporibus poſt Troię ruinas conditū eſt:ſed Volturna primis etatibus & aureo ſeculo/ob qđ Volturrena/ideſt antiquiſſima Turrena dicitur uti tres inſtitutiones ſupradictę aſſerunt. Secūda opinio dicit:ꝙ deſumitur a qualitate particulari:qua Thebanus egyptius Hercules/in Arbana parte palatiū munitiſſimum extruxit in colle Muſarno/ubi lapis olim exciſus inuentus eſt dicens:

Hercolis imperium:& adhuc uulgo caſtrum Hercolis dicimus· Ab hac igitur particulari qualitate Viterbum/quaſi ui Thebe dicit̃· Fatius uero de Vbertinis Florentinus/a proprietate alia qua uita ſuapte natura delicioſa uiuitur:ait urbem que antea Tuſca & Veiuza dicebatur:poſtea dictam Viterbũ quaſi uita erbidum: Tertius eſt Raymundus in poſt Ceſarianis comẽtariis:qui ab alia qualitate qua Emeriti militia Romani/illo uicturi ſe conferebant:ait Viterbum uita in Ermium dictum· Quarti:a Thermis ſaluberrimis aſſerunt dictum Viterbum quaſi ui Thermulum:aut ui Thermum·De his Thermis enim Cais adhuc dictis ſcribit Strabo in·v·dicens·Vbi Etruria magis Romę appropinquat habundat aquis calidis non minus q̃ Caiæquæ nobilitate alias precellunt·Et Martialis:morieris inquit Oppiane/niſi lotus Etruſcis ideſt Volturrenis fueris aquis· Volturrenos enim circa Volſinos/cognominant Etruſcos Romani:ut Plinius indicat·Sed de hiis Thermis copioſe diximus ſuper Sempronium· Quinta qualitas cõmunis nunc ſed olim propria eſt/quia turſita eſt & Volturſena a Turſibus dicta:ut Myrſilus dicit/Et Dioniſius ſequitur:& nos in comẽtariis ſuper Myrſilum probauimus·A proprietate igitur Turſium ſiue Turrium a qua &Volturſena ſiue Volturrena dicta eſt/ab ea docti inter quos Blondus dicunt appellari Viterbum quaſi ui turrium· Sextus fuit Hermolaus Venetus/Aquilegię Patriarcha/uir omni litteratura excellens·Is enim aduerſa prima tabula:uoluit F· A· V· L· Exprimi quatuor urbis huius tetrapolis populos/Faluceres ideſt Volturrenos:Arbanos:Vetuloniẽſes:Longholos ſiue para Tuſſos·Hii quoniam erãt Etrurię urbis quaterni Heroes ac regii populi: utiqꝫ Deſiderius eruditiſſimus/ab hac propria urbis qualitate impoſuit nomen Viterbum/quaſi uita Heroum·Hunc ſeptimus ſequutus noſter Epiſcopus Archas:aliam propriam qualitatem attendit in hoc decreto dicens·Quia inquit Deſiderius ex quatuor partibus ſolas tres menibus cinxit/Longholã Tuſſam:Vetuloniamqꝫ ac Volturnam/relicto Arbano/cuius partes ſunt Muſarna:Calumba:& Aſcreana: idcirco dixit Viterbum Vi trium urbium· Ser Thomas noſter Veltrinus Vetulonienſis/aliam propriam qualitatem adducit dicens ꝙ Etruria tetrapolis erat caput imperii/& curulis Phylarca Et ob id Veiuza urbs & eius ꝑs Vetulonia dicta·Et ab hac ꝑprietate dignitatis antiquę Deſiderius impoſuit nom̃ Viterbũ q̃i Veiterbũ ideſt curule·Nonus eſt Ser Michael Archangelus Caprinus para Tuſſus/ꝗ etiã ꝑprietatem nominis Turrheni Terbum ſpectatus/aſſerit/& quidem uere: Viterbum dictum curule Terbum:Vnde Longholam Terbum dici iuſſit & totam urbem Viterbum quaſi Vei Terbum · Ergo eruditiſſimus rex Deſiderius impoſiturus nouellũ nomen/quod qualitates proprias & cõmunes ſupradictas includeret dixit:adiectione noſtra dicant Viterbum·Adiectione inquit noſtra noua ſed mirabili:que omnes proprietates includat:& tamen ſubſtantiam aliam ſignificet: ut in definitione nominis Donatus autor eſt·Quæ autem ſit iſta nominis ſubſtantia : utiqꝫ eſt eius uera ſignificatio/que a compoſitione partium pendet·Sane ſciẽdum eſt Viterbum in omnibus exciſis antiquis lapidibus & titulis ſub Leone inſigni definiri Viterbum / uetus uerbum· Vnde inſcriptio illa antiquiſſima eſt ſub Leone·Non timeo uerbum/leo ſum qui ſigno Viterbum·Nec te moueat ꝙ poſuit Iſ̃am/i/& non/e/Non enim Veterbum ſed Viterbum dixit· Etenim in compoſitione ſepe uocales mutantur/precipue ubi ſubeſt cauſa mutandi: qualis fuit in hoc loco: ubi opus fuit ita cõponere nomina & ſinerizare: ut omnes qualitates cum ſubſtantia includeret· Si autem dicis Veterbum: equidem ſubſtantiam que eſt uetus uerbū & qualitatem unã includis a Veis: & non omnes· Si uero dicis Viterbum: non modo ſubſtantiam: ſed etiam omnes qualitates ꝓprias & cõmunes includis· Et ideo rectius dixit Viterbū q̃ Veterbum· Quid autem ſibi uelit hec ſubſtãtia nominis uetus uerbum: nunc exponẽdum eſt· Verbum multis modis accipitur· Vno modo pro uoce articulata: & ſic omnes partes orationis ſunt uerba· Alio modo/ut eſt una ex octo partibus orationis· Item ꝓ dicto & imperio/uti eſt illud· Verbo domini celi firmati ſunt· Et illud facito iuxta uerbum regis: ideſt iuxta dictum & imperium· Vnde a dicendo imperatiue/Dictator apud Romanos appellatur· Verbum quoq; rationem & ſupputatiõem ſignificat/ut de Logos dicit diuus Ieronimus in epiſtola ad Paulinū· Vtrūq; autem officium dictandi populis/& preſidendi ſupputationibus ſiue ſuffragiis: Lucumones Etrurie habebant· Dictandi quidem/& imperandi: quia·xii·Lucumones erant·xii·reges: ut autor eſt Seruius ſuper·viii·Eneidos· De ſuffragiis uero: patet/ꝑ id quod Dioniſius ſcribens in·iiii·libro: aderant inquit ex tota ciuitate Etrurię hii qui ſuffragiis preerant: & uelati infulis a Tullo deprecabãtur iram· Mitram enim currules tantum Lucumones & Larthes ferebant· Vnde inſigne Vetulonię eſt currus ſiuę Veia cum Mitra Lucumonia· Et hoc modo accipitur uerbum in nomine Viterbo pro dicto ſiue imperio & preſidentia ſuffragiorum atq; dictatura· Hinc Viterbum eſt ueterum dictatura & preſidentia ſuffragiorū in Fano Volturnæ/ad qđ teſte Liuio·xii·populis concilia indicebãtur: quod certe Lucumonibus erat curia templū· Ceterum apud Arameos/Luca ſenex & uetus dicit̃ ſicut Palęos apud grecos· ut uocabulo Falucer & Luceres diximus· Ratio uero & ſuppotatio & uerbum a grecis Logos dicitur teſte diuo Ieronimo in epiſtola ad Paulinū: & ab Arameis Moni ꝓfertur/ut Talmudiſtę perhibent· Qua quod ex ueteri & uerbo latine redditur in cõpoſitione Viterbum: hoc grece ex Paleos & Logos Paleogolum: & idipſum Arameę ex Luca & Moni Lucumonium· Quare inexpugnabili argumento ab interpretatione nominum neceſſario ſequit̃: ut ididem ſit latine Viterbum: qđ grece Paleologum: & Etruſce ididem/& Aramee Lucumonium· Ceterum Lucumo ſubſtantialiter ſignificat ueterem dictatorem regem/qui etiam imperio & ſuffragiis imperialibus preſidet· Ergo per ſubſtantiam Paleologus & Viterbenſis nomina ſignificant ueterem dictatorem ac publicorum ſuffragioꝝ regem· Et ita Lucumonios ciues urbis Etrurię ſiue Volturnę in Bizantium cum Conſtantino migrantes Greca lingua Paleologos primum recte conuertit: quos Viterbos Deſiderius ſecūdo atq; latine interpretatus eſt· Quare nomen Viterbum per ſubſtantiam ſignificat Aramee/oppidum Lucumonium: Grece Paleologum: Latine ueterum dictaturam & ſuffragium· Per qualitates uero proprias ſignificat Veiterbum ideſt curule Terobum: Vita Heroum: Vi trium urbium: Vita urbium & antiquitus Viturriū & per qualitates cõmunes ſignificat: Vi Thebum: Vita Herbum: Vita in Ermium Vi Thermū & eiuſcemodi complurimas qualitates· Hec de beneficiis Viterbo col latis• Nunc quid ei ac toti Thuſciæ ſimul contulerit: ita in ſecunda parte Decreti ſubinfert dicens•

Nos enĩ nõ ſumus Thuſcie deſtructores ut nos apud Gallos accuſat Hadrian⁹ papa. Nã in Thuſcia edificauim⁹ a fundamentis: nobis quidẽ Volturrenis: Caluellũ: Vicũ horchianũ: Balneariã: Barbaranũ: ⁊ Gariofilũ. Sentinatib⁹ aũt Auſdonias: Roda: Coſanũ. Volaterris Roda Comalũ. Lune Sergianũ ⁊ petram ſanctã: olim fanũ Feronie. Phocenſib⁹ autez ſanctos Geminianũ ⁊ Miniatem. Feſulanis oppidũ Munionis: ĩ qḋ uagos ⁊ ſparſos Arynianos ⁊ Palãtes Fluentinos collegim⁹. Rurſus plures antiquas nobiles urbes ampliauimus ⁊ muris cinxim⁹ ⁊ nũc idẽ agimus circa Lucã: Piſtoriũ: Aretiũ: Orbitũ ⁊ Etruriam nũc Viterbũ: cui⁹ nomen aut a nobis cõſtituta decreta ſiquis uiolauerit: aut capite puniatur aut laqueo ſtranguletᷣ. Hoc itaqꝫ nõ eſt Etruriã deſtruere: ut nos arguit Hadrian⁹: q pacez ultro a nobis oblatã reſpuit.

Contentionem inter pontificem & Deſiderium prolixe narrat hiſtoria Longbardica: quã Platina ſequitur in uitis põtificum• Oppida a fundamẽtis: Volturrenis ideſt Viterbenſibus poſita ſunt Caluellum: nunc mons Caluellus • Vicus Horchianus: uulgo Vichorchiano: Horchia enĩ erat dea Etrurię urbis: ut Liuius autor eſt in•vi•li•ab urbe condita• Et ideo in hoc loco Fanum erat horchię/ a quo regio Horchiana Trometina ſuperior/ & ab ea uicus Horchianus• Erat illi & oppidum ſacrum in Veia inferiore Tuſcana regiõe/ cuius ad hec tẽpora nomen durat Horchia: cuius agri Horchiani magna pars eſt iuris & poſſeſſio noſtri cõuentus ſancte Marie ad Gradus Sentinates appellat a Roda cophano/ in edito mõte a ſe fundato caſtro/ per montẽ Tunniatem/ uſqꝫ Orbitellũ & mare: ubi erat urbs Coſę/ celebrata a Plinio / & Geographis/ & Virgilio• Hanc euerſam a Gothis reparauit Deſiderius: & ſubmutato nomĩe uocauit prolatione Longbardica Aſdonias/ Latine Aſidoniis: uulgo Laſidonia: quia Sidones illam reparauerunt: Sidones in quam non phenices/ ſed Germani • Hii Sidones non procul Viſtulam fluuium a Ptolomeo notãtur: quos nunc Polonos dicimus quorum metropolim Cracouiam idem interfluit fluuius Viſtula: quẽ Viſclam uocant• Hii contermini atqꝫ intermedii iacent: inter fines Longbardoꝝ inſeriorum & initia Sarmatię qui iuncti Lomgbardis Italiam occupauerũt: & ſub Deſiderio Coſas reparantes Aſdoniam ꝓplatiõe ſua pro Sidoniam & uulgo la Sidonia dixerũt•a Mauris poſtea diruta iacet•fanum Feronię notat Ptolomeus:Et nũc Petrę ſanctę qui eſt xp̃us/a Deſiderio dedicata fuit:non Feronię/ a qua manet regioni Caferonianę nomen•Phocenſis Thuſcię regio:ubi adhuc Phocekius lacus/& oppidum dicitur•Cum uero Deſiderius tot oppida in Thuſcia condiderit: miror/cur ſolus Scũs Minias oppidum/cognomen del Tedeſco obtinuerit•Niſi forte/ut a Sidoniis Coſę:ita a Theotonibus/id fuerit uel fundatum uel reparatum a fundamentis Munio oppidum/neſcio an ante fuerit•Verũtamen ut lr̃a ſonat/Fluentini a Fluento Arno/& Aryti Iani ideſt exaltati Iani a fundatione dicti ſunt unę ex•xii• primis coloniis/a Iano in Thuſcia poſitis:ut autor eſt Cato in fragmẽtis originum:Eos deniqꝫ Fabius pictor uocat Arniẽſes ab Arno amne:in de origine urbis Romę:ut etiam in comentariis ſuꝑ utrunqꝫ autorem expoſuimus•Luca urbs antiquitus Lucumodia dicta/& Lucenſes Lucumodii/de quibus Feſtus: Lucumodii inquit a duce ſuo Lucumo dicti qui poſtea Lucenſes appellati ſunt• Lucumones uero dicti quidam homines ob inſaniam:ꝙ loca ad que ueniſſent feſta facerẽt•Sed pace feſti dixerim:ipſe inſanę mentis atqꝫ imperitę fuit:qui quod funditus ignorauit Etruſcum regium nomen/ꝑ inſaniam temere expoſuit•Niſi forte mẽdoſus ſit codex:ut corruptor ob inſaniam ſcripſerit: ubi ob fana ſcripſit Feſtus• Nam ut uocabulo Falucer oſtendimus:Lucus & Fanũ ſunt per ſe atqꝫ proprie Etruſcę originis/& nõ per antifraſim latine:uti etiã ꝓbauimus in queſtiõibus anniis•Itaqꝫ Lucumones•xii•Etrurię:erant teſte Seruio ſuper Eneida & aliis autoribus•xii•reges:ꝗbus unus Lartheſ preerat:& religionis principes/qui loca ad que condenda ueniſſent fana & ſacra feſta faciebant/dicantes illi lucũqꝫ diemqꝫ•Etenim ut autor eſt Liuius in•v• ab urbe cõdita:Etruſca gens/ſicut fuit ante omnes religionibus dedita: ita excelluit arte colendi eas•Et ita pro diſcenda religione/ingenuos liberos ſuos Romani•xii•his Lucumonibus:principibus•xii•populoꝝ Etrurię tradebant:ut etiam Valerius maximus in primo libro tradit:ca•primo•Itaqꝫ Lukius nomine/Lucumo dignitate Lucam condidit/& Lukium iuxta eam•Et ita a proprio nomine Lukii Lukium/& Luca/& Lucenſes: & a lucumonia dignitate conditoris/Lucumodii cognominati fuerunt:retinentes adhuc illam antiquiſſimã ad religionem & ſacros ritus conditoris inclinatõem•Regnauit Larthes Etrurię/quadrageſimuſquintus a Iano fundatore Etruriæ ſimul & Italię:anno•xxxv•Romuli:ut in chronographia ſimul & hiſtoria Etruſca oſtendimus: Et ob initũ principatum de more Tuſco: Lucenſes fundauit anno/ante perdomitam a•Q•Eabio urbem Etruriam ad lacum Vadymonnis: non minus quadrincenteſimo:& ante Saluatoris aduentũ ſeptincentis annis & amplius•Vicatim & abſqꝫ menibus eos poſuit/quia etruſci femineę timiditatis exiſtimabant includi menibus• Manibus in agro/non intra urbes excipiebant hoſtes•Vnde uſqꝫ ad Deſiderium regem/Lucam/& Piſtoriũ/Aretium/Orbitum & tetrapolim Etruriam nunc Viterbum/& alias nobiles urbes: abſqꝫ menibus incoluerunt•Addit aũt ꝙ eas ampliauit/quia omnes antiꝗſſimę urbes Thuſcię parua oppida erãt: ut de Cęre/Phalari/cernimns ac Veiẽte cognomie Lartheniano•Moris enim fuit antiquis urbes condere non magnas/ſed locis munitas paruas:ut Dioniſius in primo libro aſſerit• Vnde Piſa:Luca:Piſtorium:Florentia:Sena: Peruſium:Aretium: & Orbitum Poſt Deſiderium excreuerunt• Etruria uero nunc Viterbum/quod incolitur ſaxo fundatum uetuſto:idcirco non excreuit:quia tetrapolis eſt ab origine: & ſatis ampla comparatione aliaꝝ anteq̄ ampliarent̃• Poſtremo pena mortis mulctat Deſiderius/eum qui nomen Viterbum mutare auſus fuerit:quia dignum erat ut nomen ſupremo ſtudio & ſudore excogitatũ:quod ueram ſubſtantiã loci antiq̃ſſimam cum qualitatibus propriis & cõmunibus exprimeret/nõ perderet̃:ſed ſacrilegio ſimile uidebat̃ mutando uiolare• Hec de ſecunda parte decreti• Nunc ſequit̃ tertia/& ſi incompleta hoc pacto/& hiis uerbis•

Quare tibi Grimoalde p̃fecto Viterbenſi p̃cipimus: ut q̄diu dubia pax ꝑſeuerat iubeas oẽs Thuſcie milites paratos eſſe ĩ armis: et cõmeatus ac ſtipẽdia ſine auaritia fac in ꝓmptu habeas:ut nõ ſoluꝫ occurrere hoſtibus:ſed etiaꝫ illos inuadere.

hucuſq; integre legitur• Quę ſequunt̃ in fracturis ira ſe habent• In prima fractura•

Ciues nõ grauabis nouis exactionibus. In ſecunda• **Ex Papia uenient.** In tertia• **Viterbenſes.**

Ita ſepe uariatum ẽ huius urbis nomen• A turſibus enim Ianus eam tetrapolim factam/cõmuni nomine uocauit Turſena/ideſt a turritis edibus primis/Turrenã: & a crebritate earum turſium ſiue turrium/ dixit Aramee Eturſiam ſiue Eturriã / ideſt ualde turritam• Romani uero tranſpoſito uno•r• ꝓtulerunt Etruriam:ut ſupra Myrſilum ꝓbauimus• Porro cum turſitę poſt alię urbes cõderentur: ad earum diſtinctionem adiecerunt Vol quod eſt priſca & omniũ antiquiſſima:dixeruntq; per ſincopam Volturnam/& ſine ſincopa Volturrenã ideſt antiq̃ſſimã omniũ turrenam:ut demõſtrauimus in Anniis queſtionibus:& ſuper Myrſilum:& tetigimus in prima huius operis ac ſecunda inſtitutione uocabulo Volturnus ac Volturna• Rurſus a partiũ quaternaꝝ dignitate dicta eſt Veiuza & Vetulonia ideſt Curulis Philarcha• Item fanũ Volturnę/quod illis erat curia templum• Item para Tuſſa ideſt haſtata & coronata Tuſca:ad diſtinctõnem Tuſſę Nanę• Arbanum item cognomine Calumbum/quod eſt quarta pars uiridis Lucii• Sub conſtantino aſ̄t per grecam interpretatiõem dicta eſt a dignitate Palealoga/& eandem poſtremo latine Viterbum ideſt ueterum dictaturam adiecit Deſiderius• Eius ager uſq; Thelamonis portum/& quod dicit̃ caput Etrurię/a nautis uero corrupte caput Etruriæ:& uſq; Peruſiam:olim a ciuitatis nomĩe dicebat̃ Turrena & Etruria/ſub Longbardis ducatus Etruriæ• ſub Pontificibus uero poſt Henricum quintum & Matildim dicit̃ Patrimoniũ Eccleſiæ• Nec te moueat/ꝙ uno•r• dẽpto caput Etrurię uulgus ꝓferat initiũ litoris Etruſci circa Vmbronẽ uſq; Oſtiã Nam & fontes Electraios ibidem•r•amoto:Electaios pronuntiat•

Sexta Oſiriana egyptia tabula.

m AIORES noſtri: in templo olim Herculis/ nũc diui Laurẽtii: ut ſemꝑ ante oculos nr̄os eterna uetuſtatis huius urbis memoria teneretur: Pro roſtris poſuit columnulã / ideſt tabulam alabauſtrinam/ Oſiriani triumphi monumentum: auibus & animalibus & capitibus & arboribus: ideſt ſacris Egyptiis litteris exciſam: de quibus ſepe auctores ſcribunt. Et Plinius in naturali hiſtoria has inquit quas uides effigies: egyptiæ ſacrę litteræ ſunt. In hac itaqꝫ columna eſt ſpatium: in cuius medio eſt truncus arboris quercus/ inſtar ſceptri multiplicis: in quorum ſceptrorum ſummo duo rami circulũ faciunt inſtar oculi: quę effigies eſt propria Oſiridis: ut ait Xenophon. Quod & Macrobius in primo Saturnalium confirmat dicens. Oſirim exprimentes egyptii ſacris litteris inſculpunt ſceptrum: inqꝫ eo ſpeciem oculi exprimunt: & hoc ſigno monſtrant Oſirim. Ponunt᷑ autem in hoc trunco arboris/ non unum ſed plura ſceptra: quia nõ in una ſed omni parte orbis imperauit: ut Diodorus Siculus ſcribit. Et idcirco haud dubie hec prima effigies Oſiridem ipſum demonſtrat: ut hoc argumentum neceſſario infert. Vbicunqꝫ enim ſacris effigiebus ſceptrum inqꝫ eo inſtar oculi circularis figura inſcribitur: ibi neceſſario Oſiris legitur/ qui uniuerſo imperauit orbi. Quare neceſſario in hac columna Oſiris legendus eſt: & ad eum referẽda columna: quia in ea inſculptum eſt ſceptrũ inqꝫ eo inſtar oculi ſacris egyptiis litteris. Sacrę enim hęc effigies ſunt: quę mox cernentem cogunt petere quid hec ſignificent. Sacrę enim litterę dicunt᷑: quę magis ad ſecretum aliquod ſignificandum q̃ ornatum apparent cuilibet aſpicienti inſtitutę. Et idcirco hec columna Oſiriana eſt: pro cuius comentariis firmiter habendis/ hec petuntur.

PRIMO queritur quis/ & cuias/ & quo patre atqꝫ auis genitus Oſiris? Reſpõdent Diodorus in primo libro: & Beroſus in ſecundo & quinto antiquitatum. Pater illi fuit egyptius Saturnus inter deos iunior. Saturno egyptio: pater fuit Vulcanus: ꝗa ignem inuenit/ & ſol qui & Celũ dictus eſt. Huic enim Celo duo primores filii fuerunt Atlas Maurus/ qui obiit in Mauritania: & hic Saturnus ſuprema auaritia & impietate preditus: qui regnauit in Italia/ Sicilia & Lybia: ubi Oſirim genuit/ quẽ Iouem cognominauit: ut Diodorus in quarto libro: & Beroſus in quinto antiquitatum dicunt. Nam quo tempore hic Saturnus e Lybia Hamonem generum pepulit: & ibi regnauit: tum ex Rhea ſibi ſorore/ & uxore Hamonis hunc Iouem genuit ut tam Beroſus q̃ Diodorus ibidem aſſerunt. Et ut proſequunt᷑: cum Dioniſius Lybicus filius dicti Hamonis & Almantheę Nymphæ regno paterno Lybię potitus eſſet/ deuictis Saturno & Rhea: eos quidem loco parentum habuit: puerum uero Iouem/ Olympo preceptori tradidit/ & eum regno egypti prefecit. Itaqꝫ Oſiris Iupiter fuit filius Saturni Egyptii qui regnauit in Italia/ Sicilia & Lybia. Fuit nepos Solis Vulcani ſiue Celi: & filius adoptiuus Dioniſii Lybici: ortus in Lybia: & prefectus regno Egypti: loco patris ſui Saturni.

SECVNDO queritur: quę fuerunt Oſiridis Epitheta & cognomina? Reſpondet Diodorus in prio. ii. iiii. & . vi. libro paſſim hinc inde: & Beroſus in quinto libro q.

Oſiridi cognomina fuerũt Iuppiter: Dioniſius:Olympicus: Iuſtus:q benemeritus de humano genere uniuerſo imperauit orbi· Rationes cognominũ ſunt iſtę· Iuppiter enim dictus eſt non ſolum quia iuuit orbem/ unde & ſaluator orbis dictus fuit: ut auctor eſt in·vi·libro Diodorus: uerũ etiã quia fuit filius Saturni/ quia Saturn⁹ & Iuppiter ad ſe referunt̃ :ut auctor eſt Xenophon in libro de Equiuocis:ſuꝑ quem comẽtaria iam cõfecimus·Dioniſius dictus a patre adoptiuo Dioniſio Lybico: qui etiã Mineruã Tritonidẽ adoptauit: teſte Beroſo in·v·lib· Olympicus dictus fuit a p̄ceptore ſuo Olympo:ut Diodorus ſcribit in·iiii·li·Iuſtus uero fuit illi ꝓpriũ cognomen & figura ſacra in ſceptro inſculpta·Nam teſte Diodoro in·iiii·oculus in ſacris litteris egyptiis ſignificat ſeruatorẽ iuſticię·Et ita ubicũq; inſculptũ eſt ſceptrũ uel melius ſceptra cũ oculo:ita legendũ eſt·Ego ſum Oſiris Iuppiter iuſtus: q uniuerſo imperaui orbi·Et ut ait in·vi·libro Diodorus: licet pater eius Saturn⁹ impius fuerit:tñ ipſe q̃maxime probus fuit & iuſtiſſimus/bonos premio & malos ſupplicio afficiens·Et indicẽs in toto orbe omnib⁹ impiis & facinoroſis p̄cipue gygantib⁹ bellum·Et ut ait in primo & ſecundo libro·iuſte imperauit Egypto:& maximis copiis & exercitu ꝓfectus eſt ad beneficentiã humani generis magiſq̃ ad bellũ· Vnde in colũna egyptia ut auctor eſt Diodorus:ſcriptũ eſt· Sum Oſiris rex/ qui uniuerſum peragraui orbẽ:nec fuit in orbe locus quẽ nõ adiuerim:docẽs ea:quoꝝ inuentor fui ſcilicet tauros domeſticare ad aratrum: unde Apis unũ ex cognominibus habuit· Apim enim & Ser Apim egyptii taurũ & ſacrũ diuũq; taurũ dicunt·Docuit arare ſerere:plantare uineas:& uinũ cõficere:& ceruoſam:& uites adiũgere palis/& putare:ut Tibullus ſcribit·Et ob ea atq; ſaluationẽ ab impiis: ut ĩ·vi·libro Diodorus eſt auctor:totius humani generis cõſenſu appellatus ẽ iuſtus:iuppiter:pater:ſaluator: & illi locus aſſignatus in mõte Olympo:qui ut auctores ſcribũt & Tortellius refert in uocabulo Olympus/eſt ſecus mare rubrũ in Ethiopia iuxta Heliopolim ciuitatem Egypti:qui oriente ſole uſq; ad quintã horam diei ex ſe flãmas emittit·

TERTIO querit̃ utrum uenerit in Italiã? Ad hoc reſpondẽt auctores ꝙ ſic· Sunt autẽ p̄cipui auctores colũna egyptia litteris ſacris inſcripta: Diodorus in·vi·libro· Beroſus in·v· & Cato de originib⁹:Dioniſius Halicarnaſſeus : & colũna hec noſtra Oſiriana:& nomina & cognomina eius in Italia· Nã in colũna egyptia/ut Diodorus in primo libro retulit:ſcriptũ eſt·Sum Oſiris/qui uniuerſum peragraui orbem uſq; ad Indos fines deſertos:& eos qui arcto ſubiacẽt:& uſq; ad fontes Iſtri:nec fuit in orbe locus quẽ nõ adiuerim· Qđ ſi ad fontes Iſtri/qui teſte Plinio eſt Danubius & nõ procul Italia oritur in finibus Gallię ac Germanię ubi fontes ſcaturiunt : nec fuit in orbe locus ſiue prouincia quã nõ adiuerit : utiq; nobiliſſimã terraꝝ prouinciam/fontib⁹ Iſtri proximã Italiã adiuit·Diodorus item in·vi·libro exprimit dicẽs: ꝙ Ioui iuſto in bello cõtra gygantes/ſicut affuerũt Macedones circa Palenẽ:ita Itali circa Phlegream/quę poſtea Cymea dicta eſt· Nõ minus clare Beroſus in·v·hoc exprimit/dicens Italos oppreſſos a gygantibus euocaſſe a fontibus Iſtri Oſirim Iouem iuſtum: qui tribus preliis in Hiſtria:& Cymea & Veſuuia : Phlegrea gygantes deuicit & Italiam liberauit/& a ſui cognomine in triumphũ ab Api Apeninam ideſt Taurinam appellauit·Cato quoq; ſuꝑ quẽ comentaria expleuim⁹ in fragmẽto tertio de originibꝰ ita dicit·Italia a diis & ducibus cõplura ſortita fuit nomina:a Iano quidẽ Ianicula:a gentilibꝰ Saleumbrona:a Cameſe Cameſena:a Saturno Saturnia·Durauit autẽ Saturnia nomen totidem ferme annis/quot ante aurea etas/uſqꝫ ad Apim deoꝝ Italię ultimũ:ut Antiochus Siracuſanus ſcribit/a quo Apenina quã Taurinã interpretatᷣ:etſi de more quidã Greci a bobus Herculis:uel quos opimos gignit Italia:ut ait Hellanicus:aut a uitulo egreſſo:ut Tymeus/uel quia Italos quidam Greci boues dicũt:ut fabulator Herodotus/dictã exiſtimꝫnt· Dioniſius quoqꝫ Halicarnaſſeus in primo li·dicit Antiochũ Siracuſanũ antiquiſſimũ ſcriptorem uetiſimilius tradere Italiã/mox ut deſiit dici Saturnia:ceptam dici Taurinã ab duce/nõ a bobus·Argumẽto ſunt adhuc extãtia in Italia locis indita nomina/ Ry Oſiris:Oſiricella:a nomine & a cognomĩe Apoitus ideſt Taurus Iuppiter:quia Apim/ Taurũ Egyptii & Etruſci dicunt:& Itus Iuppiter & fiducia Iouis ab eiſdẽ Etruſcis interpretatᷣ: ut Macrobius auctor eſt in Saturnalibꝰ· Rurſus Aquaſenſes cognoĩe adhuc egyptioꝝ ab Api Apenẽtes: Plinius Taurinos interpretatᷣ in·iii·naturalis hiſtorię:ca·vi·Amplius Sais xantho nympha fuit filia Occeani & Thetyos:ut in Tegonia Heſiodus ſcribit· Occeanus autem fuit filius Celi ſiue Solis/ patris Saturni egyptii:ut ait in·ii·antiquitatũ Beroſus·Quare Occeanus fuit frater Saturni/eodẽ Celo patre ortus·Ergo Oſiris & Sais xantho fuere conſobrini ex duobus germanis: qm̃ Oſiris fuit filius Saturni & Occeani filia Xantho· Ab Occeano aũt Nylus antea Occeanus dictus fuit:ut auctor eſt Diodorus in primo libro:cuius unũ oſtium Saiticũ dicitᷣ:ut Herodotus & Geographi ſcribũt/ a Sais urbe ipſius Muſę xantho Quare etiã una ex Muſis egyptiis cũ Oſiri in Italiã uenit·Argumento quoqꝫ ualidiſſimo eſt/ꝙ cũ locis primoribus Oſiris colũnulas inſcriptas in ſignũ expeditiõis ſuę ſemꝑ relinqueret:ut aſſerit Diodorus in primo libro: utiqꝫ ubi colũnę inſcriptũ habent Oſirim litteris egyptiis:illuc ꝓfectus eſt in expeditionẽ· Ergo huc in expeditionẽ ꝓfectus eſt:qm̃ colũnella egyptiis litteris in regione Ry Oſiris inſcriptum habent Oſiridem ut oſtendimus·

QVARTO queritᷣ:qua comitiua egreſſus eſt:& quos prouinciis p̃fecitᷣ Reſpondet Diodorus in p̃io & ſecũdo libro ex egyptia hiſtoria· Egreſſus eſt ex Egypto cũ ĩmẽſis coloniis & exercitu:cũqꝫ cõſanguineis ſuis deis & Muſis iter quos fuere Pan iunior:& frater eiꝰ Apollo:& ut diximꝰ Muſa Sais xantho·Prefecit aũt ut ait/ Lybię Antheũ:Phenicię Buſiridẽ:Egypto ſuã ſororẽ/cõiugẽ/Iſidẽ/frugiferã legiferã·Militię ſuę p̃fecit tres principes deos:Herculem qui corporis robore erat admirabili:& ſibi genere proximus erat:& duos alios ſuos filios: Macedonẽ cui erat inſigne Lupus:& Anubis cui erat inſigne canis· Et hanc ꝓfectionẽ teſte Xenophonte ſignant egyptii litteris ſacris Dracone:Leone:Lupo & Cane· Quod ꝓfecto Macrobius in primo Saturnaliũ clarius exponit dicens· Serapis inquit ſimulacrũ:capiti calatũ infixum habet:& ſignum tricipitis animantis adiungitur· Quod exprimit medio eodemqꝫ maximo capite leonis effigiem habet·Dextra parte canis caput exoritur: manſueta ſpecie blandientis: pars uero leua ceruicis Lupi rapacis/ capite finitur· Has animalium formas Draco uolumine ſuo connectitur: capite redeunte ad dei dexteram: qua monſtrũ compeſcitᷣ·Hec Macrobius· In hac figura draco & ſerpẽs teſte Diodoro in·iiii·libro:malos & p̄cipue gygantes opprimētes orbē ſignificat:& ob id draco in orbē fingit᷑· Calathus aūt ponit᷑:qa cū Iſide fruges inuenit· Leonis caput maius cane ac lupo:Herculē egyptiū ſignificat/maiorē aliis diis Macedone atq; Anube:quia ſolū Herculem fecit uniuerſalē principē militię ſuę:ut Diodorus ſcribit· Oēs tamē hii dei affuerūt in bello Macedonico cū Macedonibus circa Palenē:& in Italico/cū Italis in campo Cymeo: ut idē Diodorus in primo &·vi·libro ſignificat·Porro Oſiris toto tp̄e expeditionis ſuę comā barbāq; nutriuit quouſq; in Egyptū reuerteret᷑: ut in primo libro ait Diodorus·Vnde illius peregrinatio exprimitur:capite facieq; ac gena ſolū una comata:ut ait Xenophon:altera uel occultata uel raſa·Quod etiā Macrobius in primo Saturnaliū docet·

QVINTO querit᷑ qn̄ uicit:& quāto in Italia reſedit᷑ Reſpondet Beroſus in·v·antiquitatū:ꝙ triūphauit in Italia nouiſſimis annis Belochi/qui octauus a Nyno imperauit Aſſiriis:qua etate Ioſeph patriarcha erat·xi·annoꝝ:ut notat Euſebiꝰ·Manſit aūt poſt triumphum in Italia annis·x·ut ait Beroſus: relicto Leſtrigone Larthe Vetulonię·

SEXTO querit᷑:in qua urbe Italię reſedit Oſiris:hiis decē annis᷑ Reſpondēt auctores:Ratio:Nomina·Aactor unus ex ueracioribus eſt Beroſus in quinto antiquitatum aſſerens illū imperaſſe Italię in Vetulonia·x·annis· Ratio quoq; ipſa ſugerit ut in ciuitate regia tunc Italię reſideret:quę ſola tetrapolis Etruria ſiue Volturna inuenitur ante Romanoꝝ imperiū:ut ex premiſſis inſtitutionibus patet·Argumēto infallibili ſunt nomina & cognomina·Nam cum teſte Lactantio in primo libro diuinarū inſtitutionum:& Beroſo in·iiii·antiquitatū:priſci duces ad monumentū rei geſtę atq; ad fulgorem nominis ſua noīa indiderent montibus: riuis:fluentibꝰ: ac regionibus:equidē ibi precipue reſederunt:ubi p̄cipua & crebrius ſunt eorū nomina·Quare in Volturna reſedit:in cuius agro crebrius & clarius ſunt indita eius nomina & cognomina·Nam Ry Oſiris riuus eſt:ideſt latine rex Oſiris:nō procul Egelido amne: & Oſiricella predium olim cōuentus noſtri in Horchia:& contractus eiuſdem cōuētus ſeruant:adhuc ꝑſeuerant Apoitus ideſt Taurus Iuppiter inſtar templi/ & eius oppidum fere deletum/Xantho Apoitus uulgo dictum/ a ſuo & conſobrinę uocabulis:integra nomina ꝑſeuerant·Atcia ideſt Taurina aqua Vetuloniam & para Tuſſam diuidit· Haud procul tota regio incorrupta prolatiōe adhuc Sais Xantho dicitur· Neq; tamen mirandū eſt: ſi in Italiam uenit Oſiris Iuppiter iuſtus cum Sais xantho Muſa/ & Hercule Egyptio & diis egyptiis: in quam pater ſuus Saturnus ueniens regnauit:ut ſupra explanauimus· & Iſis eius cōiunx frugifera/legifera/longe poſt ad nuptias Iaſii e Lybia conceſſit:& antea uſos glande Volturrenos/nunc Viterbenſes docuit molere atq; panes conficere: ut in premiſſis demonſtrauimus·Ergo non ſomniaui uti ſomniantes exiſtimabant:dum in propoſitionibus meis dicerem Viterbum eſſe primam regiamq; ſub Iano aureo ſeculo urbem Italiæ:& patriam deorum:in qua conuiuati epulatiq; fuerunt omnes fere dei atq; deę Italię & Egyptii: pluraq; ſibi tribuiſſe Grecia mendax i hiſtoria: quę geſta ſunt in Italia & Fano regio Volturnæ : & Egypto ac Lybia· Sed de his in hiſtoria Etruſca & comentariis:copioſius traditur·

SEPTIMO queritur: quali ſculptura ſit exciſa hec Oſiriana columna: & quis ordo & ſignificata. Reſpondetur ꝙ hec tabula cōtinet tres litteras ſacras Oſiridis & unam Sais Xantho. Secundo continet lrās ſacras Gygantū opprimentiū Imperiū Italię & italicoꝝ euocantiū/ & feſtinātis auxilii. Tertio lrās ſacras cōpoſitæ ac liberatę Italię. Tres aūt litterę ſacrę Oſiridis ſunt: una uniuerſalis Imperii iuſti: alia peregrinationis in Vetulonia/ cum ſocietate Sais Xantho. Tertio cum inſigni ſibi & cereri Iſidi cōiugi cōmuni. Signū autem imperii iuſti eſt truncus inſtar ſceptri & in ſumitate rami circumuoluti inſtar oculi: ut ſupra expoſuimus. Vnum aūt ſceptrum: unius partis imperium in orbe ſignificat. Ergo plura ſceptra: pluriū in orbe partium. Ceteꝝ in trunco huius arboris ab imo uſq; ad ſummū plura ſceptra cōſurgunt/ finientia in circulo oculari ramoꝝ. Ergo uniuerſale in orbe Oſiris imperiū ſignificat. Secunda lrā ſacra Oſiris eſt caput/ facie dextra ſemi crinita: que illum in profectione exiſtentem ſignificat & peregrinātem: ut ſupra ꝓbauimus. Hic autem extra atq; ſupra arborem a ſiniſtris eſt caput uiri ſemi facię crinita. Quare Oſirim in peregrinatiōe atq; ꝓtectione & extra Italiam ſignificat. Tertia eius lrā ſacra eſt Calathus: in quo conſiſtunt pulli. Quare quod pullos ipſos Italięq; uiros docuit/ ſcilicet frugiferam artem demōſtrat. Littera ſacra Muſę egiptię/ eſt caput Nymphę ſemi facię/ a dextris ſupra arborem. Ea & Oſiris ſeſe mutuo aſpiciūt/ quod ad ſocietatem ſpectat. Hec igit᷑ qm̄ continet Oſirim/ ut ꝓbauimus in premiſſis: neceſſario eſt tabula Oſiriana: & ſic legit᷑ hec prima pars. Sum Oſiris rex Iuppiter iuſtus/ qui uniuerſo imperaui orbi: & ꝓfectus cū muſis precipue Sais Xantho prope Italiam ueni: ſcilicet ad fontes Danubii: ut Beroſus & Diodorus ſcribunt. Hactenus de primis litteris ſacris/ ſignificantibus adunguem Oſiridem in ꝓfectione haud procul ab Italia exiſtentem. Nunc de euocatione eius contra gygantes: tres ſacre effigies ſunt. Serpens aut Cocodrillus Draco iam initia ſceptri occupans una. Draco malū ſignificat: ut Diodorus in. iiii. li. dicit. Ergo qm̄ hoc malū in ſceptro eſt: utiq; tyrannos occupantes Italię imperiū portendit. Aues in proprio nido aperto ore/ ſunt ſecunda effigies. Proprius nidus ꝓpriam patriam ſignificat: & os apertū clamorē & uocationem: atq; locutionem annotat: ut ait Xenophon Sunt aūt duo nidi alter a dextris alter a ſiniſtris. Ergo aues iſte clamātes in proprio nido ſunt Itali euocātes & implorātes auxiliū Oſiridis/ ab utraq; pte Italię/ ſcilicet ab Alpibus & Hiſtria unde orit᷑ Italia: & ab Apulia unde finiri incipit. Tertia ſacra effigies/ ſunt duo accipitres ad pullos clamantes/ conciti ad uolantes. Accipiter/ precipue aduolans/ celeritatem ſignificat: ut exponit Diodorus in. iii. li. Quare celerē ſuccurſum Italis clamantibus miſſum ſignificat. Et quia alter accipiter a dextris alter a ſiniſtris aduolant: duo exercitus contra Gygantes miſſos demonſtrat. alterum quidem a Brunduſio cui prefuit accipiter Hercules/ qui teſte Diodoro in. v. li. illos deuicit in Veſuuia Phlegrea Cāpanię: Alterū uero ab Alpibus/ cui p̄fuit Oſiris accipiter/ qui teſte Beroſo illos fudit in Phlegrea Hiſtriæ. Vterq; uero: uti Beroſus inſinuat in quinto: & Diodorus in ſexto. Gygantes ubi ſedes eis erat in campo Cymeo tertia Italiæ Phlegrea/ a fronte & a tergo iuuantibus Italis adorti: tertio prelio ſuperauerunt: & Italiam compoſuerunt. Quam ob rem uti ſacræ effigies ſignificant/ & predicti autores indicant:ita legende ſunt heę tręs litterę· Sum Oſiris rex/ qui euocatus ab Italis contra oppreſſores Italici Imperii feſtinus occurri:oppreſſoreſq; a duabus ꝑtibus Italię agreſſus deuici/deq; illis triũphaui·Quid uero poſt liberatam Italiam: illis ſupradictis·x·annis Italos docuerit:reſiduę ſacrę effigies indicant·Si ſceptra & oculum recte ſpectamus:arbor eſt quercus putata:habens aliquot glandes:& duo nidi duo calati ſunt nõ nidi·Docuit ergo putare arbores & granum poſt araturam ſerere/ac metere/ea etate qua glande ueſcebantur·Non tamen adhuc molere/& panes conficere eos docuit:quoniam longe poſt/Iſis eius ſoror & coniunx hec adinuenit & docuit:ut ſupra expoſuimus·Ab imo arboris ſequens ſacra effigies orit᷑ uitis uoluminæ ſuo circulari totam arborem & ſpatium occupans uuarum pendẽtium plena·Hec ſignificant que docuit/palis adiũgere uitem/& uinum conficere:ut Diodorus Siculus in primo li·aſſerit·Vnde ut ibi ait:in columna egiptia: ſacris litteris/ita legitur· Sum Oſiris qui uniuerſum peragraui orbem: nec fuit in orbe locus quem non adiuerim:docens ea quorum inuentor fui.Quę uero inuenerit: Tibullus hiis uerſibus refert·

Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris: Et teneram ferro ſollicitauit humum·
Primus in experte cõmiſit ſemina terræ: Pomaq; non notis legit ab arboribus·
Hic docuit primus palis adiungere uitem: Et teneram duro cedere falce comam·

Vltimę in hac tabula ſacrę effigies ſunt duo ancipitres/quieti/cuſtodiẽtes arborem & uitem:atq; uuas / hincinde · Ergo quoniam accipitres aduolantes ſignificarunt duos duces/bello adiuuantes Imperium Italię· utiq; & hii quieti cuſtodientes ſignificant duos duces/ab Oſiri prefectos ad cuſtodiẽdum Italiam hincinde mari terraq;·Hii autem ut Beroſus eſt autor/fuerũt Leſtrigon & Phorcus/Oſiri nepotes ex filio Neptunno Egiptio:quorum Leſtrigon ut ait Vetulonię Larthes:Phorcus uero portitor coloniarum & maris dominus extitit:uti etiam in hiſtoria Etruſca conſcripſimus·Itaq; hee ultimę effigies ita leguntur·Sum Oſiris/qui docui Italos arare:ſerere:putare:uinitare:uindemiare:& uinum conficere:& eis duos reliqui cuſtodes imperii mari & terra nepotes meos·Quo uero tempore hec tabella fuerit exciſa patet ꝙ primum ſub Oſiride·An uero hec illa ſit/an ei uetuſtate labenti/ad eius exemplar ſuffecta:nondum compertum habemus·Exiſtimamus tamen eandem permanere·Sed quiſq; opinetur ut uolet·Sat eſt infallibiliter hanc tenere Oſirim & eius in Italia expeditionem·

¶Finiunt inſtitutiones iuuentutis Etruſcæ

FRATRIS Ioannis Annii Viterbenſis ordinis predicatoꝝ Theologię profeſſoris ad conſobrinū ſuū fratrem Thomā Anniū:eiuſdem diſciplinę atq; ordinis profeſſorem:epiſtola reſponſiua incipit:quā pro eius interrogatis reſcripſit•

q VERIS innumera dulciſſime frater:de limitibus:gentibus & populis atq; nominibus uetuſtiſſimis Thuſcię:itemq; ut edam comentaria ſuꝑ Philonem:Xenophontē:Semproniū:Fabium pictorē:Fragmenta Catonis:& Itinerarii Antonini:Metaſthenē:Archilocū & Myrſilum:quorum dicta & ſcripta e Mantua mecū retuli Viterbū:cum regreſſus eſſem cū reuerēdiſſimo dn̄o meo:dn̄o Paulo de Cāpo Fulgoſo:Cardinali ſancti Sixti•Ingens opus mihi attuliſti• Verū quia ad pietatem & fulgorem patrię atq; Italię cuncta ſpectāt quę non abeſt a Theologię annexis: idcirco morem geſſi: & ut expetis opus Annię Tuſcę familię noſtrę dicaui:& una minus•xl•queſtiones Annias nominaui• Vale felix•

Explicit Epiſtola•

Annia queſtio prima•

Q VERIS primo:qui ſint prefiniti limites Thuſcię? Reſponſio•In longitudine quidem ſunt duo limites:quoꝝ alter eſt Thyberis Vaticanus:alter uero amnis Macra principiū Apuanę Lygurię Thuſcię:quam longitudinē per mare diſcurrit Plinius in•iii•naturalis hiſtorię capitulo•vi•a Luna urbe ad Oſtiam• Latitudo uero eius a litore Thuſco contento inter oſtia thyberis & oſtia Macrę• Ad Apeninū uſq;:concluſo a fontibus thyberis uſq; ad fontes Macrę/ nō procul oppido Apua: nūc Pontremuli•Et hii ſunt ueri limites:in quibus probatiores auctores cōueniunt•

Annia queſtio ſecunda•

Q VERIS item: quo pacto antiquitus diuidebatur Thuſcia: & qui limites ueri? Reſponſio•In fragmētis Catonis ita dicitur•Etruria olim Italię princeps:a metropoli eoꝝ regia ſic cognominata:a thyberi in Macram diffundit᷑• Gens prima eorū maritima/ab Oſtia ad finē Macrę•Mediterraneę duę:altera a thyberi ad iuga Cyminia: dicta Lartheniana quę & Veiens/ab eoꝝ metropoli: altera uero a Cyminiis iugis ad Stellam Fluentū & Piſtorium•De hac diuiſione triplicis gentis:inſinuat Virgilius in•x•Eneidos dicens•Mantua diues auis:ſed nō genus omnibus unū• Gens illi triplex:ppl̄i ſub gente quaterni:Ipſa caput ppl̄is:uires de ſanguie Thuſco

Annia queſtio tertia•

Q VERIS quomodo intelliguntur de Thuſcia uerſus Virgilii:qui ſunt de Mātua Reſponſio• Vt Manethon:Acron:& quidā Virgilianiſtę:& nos in Etruſca hiſtoria explicauimus• Ocnus Larthes Etrurię tranſgreſſus Apēninū & Padum cum coloniis & exercitu:condidit a nomine matris Mantuā:& inſtituit politiam eius ad ſimilitudinē Etruriæ: in qua metropolis regia erat diues & preclara auito ſanguine uno•Et in hoc ſolo differebat Mantua ab Etruria: quia licet eſſet diues auis indigenis: Venetis & Thuſcis/ex quibus cōſtitit:ut Seruius & alii exponunt:nō tamē his tribus gentibus fuit unū genus:quia Venetis genus fuit Phetonteū mixtum Troiano: Thuſcis uero ſolum Ianigenū: ut in comētariis probabitur• Similitudo uero quia ſicut Thuſcia diuiditur in tres gentes/maritimā/tranſcyminiā & Ciſcyminiā:

& ex ſingula eligebant᷑ quatuor populi ita ut eſſent ex tota Etruria in fano Volturne·xii·populi regentes/pro ſingulo populo cõſtituto ſingulo Lucumone:quia erãt Thuſcis·xii·Lucumones reges:quibus unus erat Larthes antiſtes: ita Mantua diuidebat᷑ in tres dictas gẽtes Thuſcam: Venetã: indigenãq; priſcã: Et ſingula tertia pars ciuitatis diuidebat᷑ in quatuor curias ad ſimilitudinem quatuor populoꝝ:& ita erãt·xii·curię quibus una princeps in palatio tanq̃ Larthes p̄erat ex ſolis Thuſcis:quia teſte Acrone nõ ꝑmittebãt Thuſci quoſpiam principari/niſi qui de ſanguine Thuſco eſſet/uel eoꝝ uernæ: ut Fabius inſinuat:& nos ibi explanabimus· Et ſic exponit᷑ metrum Virgilii· Sicut Etruria metropolis reſpectu totius Thuſcię:ita palatium Senatus Mãtuani erat reſpectu totius ciuitatis:quia illi gens triplex:& ſub qualibet gente quatuor populi & curię diſtinctę·Sed ipſa Mantua ꝓ Mantuę Senatorio palatio erat caput illis·xii·curiis & populis ſuis: Vires uero ideſt Senatores palatii/qui & Lucumones Mantuani:eligebant᷑ ſolũ qui eſſent de ſanguine Thuſco/aut uernaculo ſanguine ſimiliter Thuſco:ꝙ Romanis ducibus ac regibus oppoſuit pro ignominia Mitridates/ꝙ Thuſcoꝝ uernę fuiſſent:ut Fabius pictor & Trogus & Iuſtinus aſſerunt·

Annia queſtio quarta·

QVERIS quod ſepe dubitaſti:quomodo ſanguis Thuſcus dicat᷑ unius generis/& nõ Mantuanus? Nã & thuſca mixtio fuit ex Corito priſco & Lydis:& Atlante Italo:dicente Sillio Italico in quinto libro·

Ergo agit arreptis/p̄ceps exercitus armis: Lydoꝝ populos/ſedẽq; ab origine priſci·
Sacratã Coriti:iunctoſq; a ſanguīe auoꝝ: Meonios Italis:ꝑmixta ſtirpe colonos·

Reſponſio·Beroſus in·ii·antiquitatũ: hãc ex multis unã ex Genealogiis ſcribit: ut ſuper ipſum copioſius ſcribemus·Iano fuerũt duo filii:uidelicet Iapetus Atlas maximus:& Cameſes·Hiis alii fuerunt liberi·Atlanti quidẽ maximo/Ion pater Itali:& Cameſi Oſiris pater Herculis egyptii:cui un⁹ ex prognatis fuit Atus:pater Turrheni ac Lydi·Rurſus Atlanti maximo fuit primogenitus Gomerus cognoīe Gallus:quem Ianus primũ Thuſcię atq; Italię Coritum deſignauit·Itaq; priſci aui atq; illuſtres progenitores Thuſcorũ fuerunt Cameſes atq; Comeri genitor Iapetus· Et his auis genus proximũ fuit unus Ianus:quod nõ facile aſſignatur Mantuę·Et idcirco Sillius dicit Italos:priſcos Coritas:& Meones fuiſſe colonos Thuſcię/ꝑmixta ſtirpe:& iunctos a ſanguine ꝓpinquo auoꝝ:quibus proximũ genus fuit unũ·

Annia queſtio quinta·

QVERIS quid ſignificet hoc nomen Coritus: & cuius eſt originis:& quot fuerũt & ubi ſedem ſacratam in Thuſcia tenuit? Reſponſio·Multa perquiris:ſed ab origine nominis eſt inchoandũ·Origo illi eſt Etruſca:& eſt pronomen dignitatis·Itum enim Etruſci Iouem/& fiduciam Iouis intelligunt: ut in Saturnalibus Macrobius indicat· Porro Corim haſtam uocant/quã & Sabini Curim/& latini Quirin proferebant· Nam ueteres haſta pro corona quaſi ſceptro utebant᷑:ut ultimo Epithomatũ docet Iuſtinus·Hinc reges apud Etruſcos Coriti:apud Sabinos Curites:& apud Romanos Quirites/ ideſt haſtati & coronati Ioues dicebant᷑·Vnde patet eos errare/qui exiſtimant Coritũ atq; Iouem patrẽ Iaſii atq; Dardani fuiſſe alium & aliũ·

Quod & Lactantius in fine primi libri inſtitutionū ſignificat dum dicit·Autores quidam tradunt/Iaſium & Dardanum fuiſſe filios Coriti:non Iouis:ſubaudi tamq̄ alterius uiri a Corito·Priſcus a Iano Italię deſignatus Coritus: fuit teſte Beroſo Comerus ſibi nepos/ex filio Atlante maximo:ultimus uero Iaſius:Penultimus autem Cambo Blaſcon/ut idem Beroſus nominat/qui dictus eſt Coritus ſocer Atlantis Itali:ex Electra filia·Tot uero fuerunt Coriti:quot regni ſucceſſores declarati·Sillius ergo loquit᷑ de Priſco nō aliis·Quare ab illo nominat᷑ Turrena antiqua/quam uocabulo Etruſco dicunt Volturrenā·Nam Virgilius uocat eam Turrenā ſedem Coriti in·vii·Eneidos dicens· Hinc illum/Coriti Turrena a ſede/profectū·Sillius autem dicit illam ſacratam/a regio Fano & ingenti luco:ſine quo antiquitus non poterant reges conſilia & aucupationes rei publice habere·Quod ꝑfecto Seruius in vii·&·viii·Eneidos ſignificat ubi ſcribit:Virgilius inquit ubicunqꝫ lucus dicit/intelligit Fanum augurio conſecratū:quia Senatus niſi in augurato loco/conſiliū habere non poterat·Et ideo nō ſacrabat᷑ templum Veſtę: ne illuc Senatus accederet ubi erant uirgines·Ad Fanum aūt Volturrenę ſiue per ſincopam Volturnę:indicebant᷑ concilia imperii·xii·Lucumonibus & populis Etrurię:ut autores tradūt/ precipue Liuius in pluribus locis ab urbe condita·Et ideo Volturna erat ſacrata ſedes priſci Coriti & omnium ſequentium·

Annia queſtio ſexta·

QVERIS:quo pacto Volturrena ſiue Volturna urbs/ſit eadem & Turrena·Reſpondet᷑· Antea q̄ Mirſilum & Dioniſium Halicarnaſſeum legerem:exiſtimabam eſſe tam orthographię q̄ originis Grecę Volturrhenam & Turrhenam·Sed poſtq̄ eoꝝ dictis atqꝫ ratōnibus ſupor acceſſit ratio:equidem deſtiti·Neqꝫ enim turpe eſt ad melius conuerti:ſed in ſtultitia perſeuerare poſtq̄ ſemel aberrat᷑:ut ait Lactantius·Itaqꝫ dicimus Volturrenam eſſe orthographię ſimul/ & Etruſcę originis & compoſitum nomen ab/ol/& Turrena·Eſt aūt ol tam Aramee q̄ Hebraice/ id quod latine priſcum uel antiquiſſimum:ut etiam diuus Ieronimus exponit·Addit᷑ aūt conſonans de more uetuſto:quo ſepe nominibus localibus & gentilibus/teſte Dioniſio in primo libro additur conſonans·V·T·B·ut Elia:Eſta:Eneti:Hebris: ædus:dicit᷑ Velia Veſta:Veneti:Febris:Fedus: ut ait Varro· Similiter in uſu uernaculo remanet:ut Anconam:Aractum:Annam:Annum:Annios:uulgo ꝓnuntiamus Nanconam:Baractum:Nannam:Nannū:Nannios:Itaolumnios/Olturrenam/ Olſinios Olaterras:Olce:Oloſcos:prepoſita conſonante ꝓferunt: Volumnios:Tolumnios: Volſinios:Volaterras:Volce: Voloſcos & per ſincopā Volſcos: ideſt antiquiſſimos Oſcos·Similiter Volturnam aut ſine ſincopa Volturrenam/intelligunt antiquiſſimam Turrenā/ſacratam Luco ingenti fanoqꝫ/ſedem priſci Coriti·Et ideo recte dixi/ꝙ priſci coriti ſacrata ſedes fuit Volturna ideſt antiquiſſima Turrena:ad cuius fanum indicebantur regia Etrurię concilia·Valet enim hec conſequentia· Eſt Volturna/ideſt antiquiſſima Turrena:Igitur Volturna eſt Turrena·

Annia queſtio ſeptima·

SI hec illatio ualet/eſt Volturna ergo Turrena priſca ꝑ locum ab interpretatōe originis Etruſce Vol·cur appoſuerunt Vol· Nonne ſatis erat dicere Turrenam? Reſponſio• Oportuit id fieri ad diſtinctionem nouaꝝ Turrhenaꝝ/quas Meon Turrhenus poſtea condidit•Nam priſcum/& antiquiſſimū/per diſtinctionem referuntur ad poſterius & iunius atqꝫ recentius• Turrenę autem urbes & nomen/erant in Thuſcia:anteq̄ Turrhenus Meon eſſet natus•Et ideo illę ad diſtinctionem Etruſca lingua dicūtur Volturrenæ/ſiue Volturnę:ideſt priſce & ante alias Turrhenas Lydorum antiquiſſime:

Annia queſtio octaua•

VBI conſedit Turrhenus/& quas urbes/& quot edificauit• Reſpōſio•Dioniſius in primo libro ſequutus Mirſilum/refert Herodotum & quoſdam alios ſcribere:Turrhenum filium Atus ueniſſe in Thuſciam:& conſediſſe atqꝫ urbes edificaſſe in prima medietate Thyberis/que eſt ſettentrionalis•Et ut in•v•ait Strabo/delegauit miniſterium edificandarum•xii•urbium Tarconi filio•Fuit enim decoratus & donatus ciuilitate Volturnę que & Vetulonia eſt:ut' ſuo loco ꝓbabitur•Vnde & Sillius in viii•libro ſequutus Beroſum/ Vetuloniam appellauit decus Meonum/ quia fuerunt ea decorati/illuſtrati/& donati dicens• Meonięqꝫ decus/quondam Vetulonia gentis•Et ob id ea decoratus/poſuit primas colonias in urbe qua donatus fuit': Et ideo illas a nomine paterno/ut digniores nominauit•Dicimus enim gręco uocabulo ad hanc etatem/uicum Demi Atus:ideſt populi Atus•Eſt iuxta uicum longhū•Deſiderius uero rex in Alabauſtro exciſo decreuit:ut Longholam nō uocarent amplius Longobardulam:ſed cognomento ampliatoris ſui Terobum• Secundas colonias Tarco/nomini ſuo dicauit/ut ait Strabo.Nam Tarconam dixit oppidū/ de quo Sillius in•viii•li•Tarcona inquit Tarcontis ſuperbi domus•Erat oppidū paruum/quia teſte Dioniſio in primo libro•mos condendarum urbium antiquis fuit: ut eas non magnas:ſed paruas & locis munitis crebraſqꝫ conderent•Verum poſtea pluribus in locis adaucta urbs/ut ruinę demonſtrant:in plurali Romani Tarquinias dixerunt:nūc uulgo dicimus Tarquene•Diſtat a Volturna nunc Viterbo•xv milibus paſſuum• Tertias colonias poſuit in iugis Etruſcis ſiue Volturrenis/ quia Volturreni in quorum parte ſunt Volſinienſes/ cognomine ſunt Etruſci : ut aſſerit Plinius in•iii•naturalis hiſtorię ca•vi•De hiis coloniis dicit Virgil•ī nono Eneidos Eneas:ſociis/& claſſe/& urbe relicta Sceptra Palantei:urbēqꝫ petiuit Euandri Nec ſatis•Extremas coriti penetrauit ad urbes•Lydorumqꝫ manū collectos armat agreſtes• Hoc loci Virgilius Volturrenam regionem indicauit pœtico more•qa extremas coriti urbes dixit•Nam priſci atqꝫ iunioris coriti/ ſedes/ erat Volturrena Lucumonia•ſacra ingente fano Lucumonum regum/ &•xii• populorum concilio: ad quos Euander miſit Eneā : ut patet in•viii•lib•Eneidos:cum Euāder ad Eneam dixit ſe eum miſſurū ad ingentes populos & opima regna:ideſt•xii•populos &•xii lucumones reges/quibus unus tūc preerat Lartes Mezentius: ut Seruius & alii exponunt•Et mox eoꝝ ſedem eſſe in Etruſcis ideſt Volturrenis iugis/ubi donati ciuilitate Vetulonie fuerunt:ita Euander Enęę deſcribit dicens•

Haud ꝓcul hinc ſaxo/incolit' fundata uetuſto/ Vrbis Agillinę ſedes:ubi lydia quondam Gens bello preclara:iugis inſedit Etruſcis• Sic enim conſtruit'•Vbi Lydia gens nunc bello preclara ut ait Seruius/ inſedit quondā & a principio iugis

Etruſcis ideſt Volturrenis:ibi eſt regia ſedes/urbis Agillinę:ideſt Mezētii ciuis urbis Agillę:quia Virgilius ibi accipit urbem Agillam pro ciue Agillino Mezentio: ſicut & in primo libro/Ilium in Italiam portans ideſt Ilienſes ciues Igitur in his iugis Etruſcis/que & a monte proximo Cyminia dicunt᷑·poſuit colonias/lydos bello preclaros cognomine Agreſtes·Nam ipſa regio adhuc Agreſta & fontana eius agreſta a uulgo dicit᷑:& regio Etruſcoꝝ Agreſtiū antiquitus dicebat᷑·Quod etiam expreſſit Liuius in nono ab urbe condita:ubi refert/ꝙ Fabio conſuli predanti iuga cyminia/occurrerunt cohortes Etruſcoꝝ Agreſtium/miſſe a principibus regionis illius·Caput horum erat mons coriti & oppidum adhuc lingua etruſca corit Nyenta dictus:ut dicetur infra·q·xxxvi·Et ideo Virgiliꝰ dixit/ad Fanū & extremas urbes coriti Eneam profectū/armaſſe Lydos Agreſtes cognomine:& non rudes militia/ut male Seruius expoſuit:qa in iugis Etruſcis inſedit gens lydia bello preclara nō rudis/ut Virgilius indicat·Itaqꝫ tres colonias poſuit:Tarco:iuſſu Turrheni/donati ciuitate Volturna:Tarconam primam·xv·lapide a Volturna diſtantem·Secundam:in ipſa Volturna DemiAtum:Tertiam in Volturrenis iugis Etruſcis:lydorū cognomine Agreſtium Etruſcoꝝ·Porro a fontibus Thyberis uſqꝫ Orbitum poſuit quatuor colonias·Prima eſt uicus adhuc in Cortonienſi agro/dictus Turrhenia: quam de more incolę per ſincopam uocant Turrhniam·Secunda eſt in agro Peruſino a Troſſula Meonica gente:Troſſanum adhuc dictū oppidum·Tertia eſt una pars Peruſię·Tripolis enim ſicut Aretium/ita & Peruſia eſt·Nam eius antiquam partem poſuer̄ Grifonii Armeni:ut autor eſt Beroſus in·v·antiquitatū·Vnde Aramea lingua/Peruſia ideſt Grifonia dicit᷑:quia Perus Grifonem uocāt:ut periti Hebrei Talmudiſtę interpretant᷑·Aliam partem poſuere Pelaſgi Achei:ut Trogus & Iuſtinus memorant·Tertiam poſuit Tarco:nomine patris Turrheniam dixit/& ꝑ ſincopam Turrhniam:cuius partis hodie porta Torrhnia dicit᷑/ꝗs corrupte & rudius q̄ Cortonienſes Peruſini/pro·T·ponentes·B·dicant Burrhniam pro Turrhniam·Cui eſt argumēto Appianus de bellis ciuilibus:qui Peruſiam dicit eſſe unā ex primis·xii·urbibus Turrheni·Quarta eſt:circa Orbitū & Balneoregium/a gēte dicta Meonum:quod corrupte proferunt Meanū·Porro in agro Volturreno in ꝑte thyberina eſt regio Troſſana/que eſt a limite dicto adhuc uado Troſſano uſqꝫ ad thyberim·In hac Troſſana & thyberina regione/ſunt quinqꝫ colonię ſiue oppidula:quorum duo interierunt & trium ruinę uiſunt᷑·Viſuntur enim ueſtigia eius/quam adhuc ſine ſincopa Turrhenā dicimus:Manent ueſtigia Meoni oppidi/ſancto Anſelmo illuſtris:cuius planitiem Meoni oppidi/uulgus Meani planum uocitat·Sunt & in ruinę Ferentinę urbis/Metropolis Troſſanoꝝ/urbis/inclytę Othone Ceſarę/ut Suetonius in eius uita prodit:& ſancto Bonifacio Ep̄o:ut in Dialogis ſanctus Gregorius ſcribit·Eam ſolo equauerūt Volturreni nunc Viterbēſes/ob frequentes eorum ſtulticias & Volturnam commigrare iuſſerunt/Anno ſalutis·M·LXXIIII·ut Gotifredi annales memoria ſeruant·Duo uero alia oppida Romani duces funditus deleuerunt·Horum primum dictum erat Troſſulum:de quo Plinius ſcribit in·xxxiii·naturalis hiſtorię ca·iii·dicens·Sepe uariatum eſt equitum nomē·Nā ſub Romulo & regibus appellati ſunt celeres:deinde flexumies:poſtea

Troſſuli:cū in Tuſcis citra Volſinos nono lapide oppidū eius nominis/ſine pedite/ cepiſſent·Aliud deletū eſt Meonia/cuius ager adhuc Meonianus dicitur/ & uulgo planū Meonianū·De hac Turrhena Meonia uerba facit Ouidius in·iii·Metamorphoſeos in fabula Turrhenoꝝ Delſinorū· Vnde Acetes eius incola/ ſocius Lybacę Tuſcanięſis interrogatus unde & quis eſſet:reſpondit· Sum patria Meonia:parentibus de uili plebe/qui harūdine piſcabant᷑ in ſcopulis· Nam thyberinos ſcopulos frequentabant· Exiſtimant quidam aut Meoniā eſſe aut ei ſuſtitutū fuiſſe oppidū Thyberinū:quod nūc Meonianū dicit᷑:& amoto·e·uulgus dicit Monianū· Nam & ipſum continet᷑ in prima medietate regionis ſeptētrionalis thyberis:quę a fontibus eius uſqꝫ ad Hortem oppidū profluit· Nam altera medietas ab Horte in oſtia thyberina/in meridiem ut cernimus confluit· Et hoc argumēto utit᷑ Herodotus & alii/ut referunt Dioniſius Halicarnaſſeꝰ in primo libro:& Myrſilus de origine Italię atqꝫ Turrhenoꝝ:quia extant urbes eius/dictas Meonias/Turrhenias & Troſſanas: in prima medietate ſeptētrionalis thyberis· Has ergo duodecim colonias pro inita ciuilitate Tuſca Turrhenus dedit/quaſi imitatus Ianū/q teſte Catone in fragmentis & Fàbio pictore:condita Etruria metropoli: illi duodecim primas colonias cum duodecim faſcibus ſubiecit·

Annia queſtio nona·

DVBITAS an in ſupradicto carmine Virgilii inſinuet᷑ Volturna ad cuius ingentem lucum fanumqꝫ mittebatur Eneas ad Lucumones:an ipſa urbs Agillina·Duo autem tibi prebent occaſionem tdubitandi· Primum:quiaexprimit urbem dicens Vrbis Agilline ſedes: Alterum /quia Euander ad Eneam dixit: ꝙ locus ad quem ipſum ꝓ auxilio Thuſcoꝝ mittebat:erat ꝓpinquū dicēs Romę/haud ꝓcul hinc eſt urbis Agillinę ſedes·Quod uero dicantur Etruſca iuga Volturrena: etiam nomen Etrurię & Etruſcum : accipit᷑ quandoqꝫ cōmunicatiue pro tota Thuſcia· Hec ſunt de quibus dubitas· Reſponſio. Nullo pacto urbem Agillinam intellexit Virgilius:ſed ciuem urbis Agillinę Mezentium:qui clariſſime dicit/eam ſedem curiamqꝫ eſſe/in iugis Etruſcis:ubi conſedit & habitauit a principio Lydia gens bello preclara:Ceterum falſum eſt/ꝙ principio cōſederit in regione ꝓxima litori ubi Agilla eſt ſed in parte ſeptentrionali thyberis:ut omnes autores aſſerunt qui de loco ſeſſionis Turrheni ſcribunt·Quare nullo pacto/ad urbem & ſedem aliquā maritimam miſſum Eneam intelligit Virgilium/ſed ad thyberi/ꝓpinquam Volturnā regiam:ubi & DemiAtus:& Lydi Agreſtes:& Troſſuli:& Troſſani:& Turrhena atqꝫ Meonia Hoc idem patet ab interpretatiōe nominis·Nam Volturna eſt Aramea lingua id quod latina urbs uetuſta·Porro Eneam mittit Euander ad ſedem uetuſtam dicens Vrbis Agillinę ſedes lapide fundata uetuſto· Omnis enim urbs uetuſta/ eſt ſedes lapide fundata uetuſto·Et idcirco Virgilius qui probe linguam Etruſcam nouerat ut qui Etruſcorum urbe Mantua natus:per interpretationem dixit latine ſedem lapide fundatam/uetuſto:ideſt Aramee Volturnam·Quod ꝑfecto repugnat Agillæ urbi/que nouello lapide/nec dum centeſimo ante anno/a Pelaſgis condita fuerat:q̄ Eneas ueniſſet ad Lucumones·Nam uictoria potiti ſunt Pelaſgi/&Siculos tota Italia pepulerunt/ante res Troianas/non amplius q̄ octoginta annis:ut Dioniſius in primo libro refert·Porro Turrheni Pelaſgos pepulerunt ferme duabus etatibꝰ ideſt quinquaginta annis ante Troianū excidiū:ut ibidē Dioniſius ſcribit/& Xenophō etates exponit·Et ideo Dioniſius ibi dicit/ꝙ Pelaſgi non diu felicitate atqꝫ uictoria uſi fuerunt:quia triginta annis Turrheni eos ꝑmiſerūt regnare:ſcilicet ab octogeſimo anno ante Troianū excidiū quo Siculos ab Italia pepulerūt:uſqꝫ ad quinquageſimū ante Troię interitū/quo a Turrhenis afflicti ſunt:ut Dioniſiꝰ ſcribit:& nos in Etruſca hiſtoria copioſe cōſcripſimꝰ·Eſto igit̃ decēnio poſt uictoriā condiderint ut ait Dioniſiꝰ/urbes Piſam:Alſiū & Agillā· Ergo Agilla fūdata erat nuperrimo & nō uetuſto lapide in aduētu Eneę/uidelicet ante ānos ſexaginta·Et ideo urbis Agillinę dixit ſedē uetuſtā:quia eam ſedē longe ante florentē multos ꝑ annos:nuper regebat Agillinę urbis ciuis Mezentiꝰ:ut īmediate ſubiūxit Virgiliꝰ·Itaqꝫ hoc argumēto galeato cōtra inermes oppoſitores utimur:miſſum fuiſſe Eneā ab Euādro/ad lucū ingentē fanūqꝫ Volturnę:ſedē uetuſtā/& an̄ Mezentiū atqꝫ Agillā multos florentē ꝑ ānos:quę nō in iugis maritimis:& thyberi uicinis ubi Lydi cōſederūt:& urbes cōdiderūt Meonias/Turrhenas/Troſſanas/Agreſtes:& ubi ciuilitate Thuſca a Lucumonibꝰ donati ſunt· Quę cū oīa ſimul collecta uera ſint de fano Volturnę:& falſa de urbe Agillina:ut experiētia locoꝝ comprobat:cōſequēs neceſſario eſt:ut nō nouā ſedē Agillę/ſed uetuſtā Volturnā deſcripſerit Virgiliꝰ·Nec te moueat ꝙ uocauit ſedē urbis Agillinę:quia urbē pro ciue tūc regente Volturnā accipit more poetico:ut ibi· Ilium in Italiā portans· Nec te item moueat/ꝙ eā ſedē in ꝓpinquo urbis Romę dixit eſſe:quia Romani ut Macrobiꝰ in Saturnalibus ſcribit/intelligūt urbi Romę ꝓpinquā Etruriā uſqꝫ Coſas:ut Pyrgus:Grauiſce·Remotā uero a Coſis & deinceps·Ex quo patet/ꝙ haud ꝓcul ab urbe intelligit Virgilius id qđ eſt in ꝓpinqua Etruria ab urbe ad Grauiſcas ꝑ maritimū iter:aut uſqꝫ Volſiniēſes terreſtri/& Caſſiana uia·Ergo ab urbe ad quingenta miliaria/quę equitādo diurno itinere confici pn̄t:haud ꝓcul ab urbe dici pōt· Quali etiā modo loquēdi uſus eſt Diodorꝰ in·v·li· dicēs:Argonautas ab Hiſpaniis ueniſſe in portū Thelamonis a duce eoꝝ dictū:& eū eſſe iuxta Turrenā·Dixit iuxta/& nō ꝓcul:& tn̄ diſtat a Turrena ferme quinquaginta miliariis·Qđ ſi dicis/feſſi erunt qui hoc iter cōficiūt:utiqꝫ & Eneā feſſum dicit Virgilius/cū tranſito Miniōe in collē luco ingenti uicinū ſucceſſiſſe ſcribit dicēs Huc pater Eneas:& bello delecta iuuētus/ Succedūt equoſqꝫ & corpora curant· Porro qm̄ dicis Etruſcū nomē dici etiā de tota Etruria cōicato noīe:uerū dicis·Sed noſti ꝙ anologa ꝑ prius dicunt̃ de principali q̃ ſecūdario:ubi nihil addit̃ qđ a principali ſignificato dirimat·Ceterū & ruſtici ꝓprio cognoīe ſunt Volturreni/in quoꝝ eadē parte ſunt Volſiniēſes:ut Plinius docet·Quare Etruſca iuga quibꝰ inſedit Lydia gens bello p̄clara:ſunt ꝓprie Volturrena/ p̄cipue quia nō ſolū nō addit̃ aliquid qđ a principali ſignificato adimat:ſed qđ Volturnā cōfirmet:ut ꝙ ſit ſedes uetuſta & multos florentē ꝑ annos ante Agillā & Mezentiū/& qđ ante dixit erāt ibi ingētes populi & opima regna:quę teſte Seruio nō ſine cauſa dixit: quippe ꝙ ibi erant duodecim ingentiū populorū/totidē Lucumones reges/quibꝰ unus p̄erat Larthes: & quibꝰ erat cōis ſedes ingens fanū Volturnę ad quod indicebant̃ cōcilia·xii·populis:ut indicat Liuius in pluribus locis ab urbe condita:& Virgilius in eodem·viii· libro inferius exprimit dicens·

Eſt ingens gelidũ lucus prope Ceritis amnẽ· Religione patrum late ſacer· Quare Etruſca iuga a Virgilio poſita per ꝓprietatẽ ꝓprii cognoĩs intellexit Volturrena·

Annia queſtio decima·

QVERIS quo pacto ſedẽ Volturnã Virgilius per interpretationẽ dixerit uetuſto lapide fundatã? Reſponſio· Quia Ol & Vol lingua Etruſca ſignificãt uetuſtũ: imo priſcum & uetuſtiſſimũ ut expoſuim⁹ ſupra qõne·vi· Turrena aũt Etruſca lingua a Turſibus deriuat᷑ & urbẽ fundatã & extructã crebris turritis edibus ſignificat: ut Myrſilus & Dioniſius eũ ſecutus in primo libro tradũt: & nos in comentariis Myrſilianis exponemus· Quare Volturrena ſiue ꝑ ſincopã Volturna/interpretat᷑ ſedes/ Vetuſtis fundata turritis edibus lapideis·

Annia queſtio·xi·

DVBITAS de Volturna quę ſit regia: quę nũc Viterbũ/an quę in Viterbenſi agro & parte Troſſana ſupra Ferentiã· Vtrãq; enim etas noſtra uocat Volturnã: ideſt ſedem fundatã turritis edibus· Reſponſio· Sola Volturna Viterbenſis fuit regia regũ & patrũ Lucumonũ: & ei ſoli ſunt cuncta quę ex auctorib⁹ ſumunt᷑ argumenta· Primũ eſt a p̄ſcriptis limitib⁹ Volturnę duob⁹/quoꝝ unũ p̄ſcripſit Plinius dum dicit· Volturreni cognoĩc Etruſci: in eadẽ parte Volſiniẽſes· Alterũ p̄figit Virgilius: dum deſcribit quantũ lucus ingẽs patrũq; fanũ/diſtabat a Minioẽ in eodẽ octauo dicẽs Eſt ingens gelidũ/lucus prope Ceritis amnẽ: Religioẽ patrũ late ſacer· Hec Acron & utcũq; Seruius & alii Virgilianiſte interp̃tes ita exponũt· Ceritis amnis eſt Minio/cuius fontes naſcunt᷑ in fine agri Ceritis/paulo ſupra Blere oppidũ: in uia quę poſtea Caſſiana dicta fuit/ducẽs ad lucũ ingentẽ & fanũ Volturnę· Hec Acron· Cõgruit ei Seruius: qui Ceritis amnẽ ꝓ Minione/ in tranſitu Enęę ad fanũ Volturnę acceptũ fatet᷑· Verum uidet᷑ obuiare Antonin⁹ in Itinerario: qui uiam Caſſiam ſcribit/nõ ducere in Gallias ꝑ Volturnã· Sic enim ait· Caſſianũ iter eſt Politeꝝ: Arcennum: Minio: Forũ Caſſii: Camillarii qui & Aruntes ueteres: Tuderni: Varentani: Petiliani: Tunniates: Vmbro in mõte: Sena colonia: Phocẽſes: Piſtoriũ/& ei⁹ tranſitus in Galliã Ciſalpinã· Porro iter in Volturrenã Thyberinũ noĩat: in quo nõ eſt Minio: ſic dicẽs· Thyberinũ iter in Gallias eſt: Gallera: Larthenianũ ſiue Veiens: Roſulũ: Sutriũ: Ocilianũ: Iuga Cyminia: Volturrena: cui⁹ p̄claris geſtis inuidit Liuius: Salcombrone: Larthis: Volſiniũ: Cluſiũ uetus: Aretiũ: Cluſium nouũ: a quo Cluſentin⁹ tranſitus Hanibalis: & Pheſulę tranſitus· Quare falſum eſt qđ aiunt/ꝙuia Caſſia ducat ad Lucum ingentẽ & fanum Volturnę· Ad hoc reſpondebo/ſalua clariore ſententia· Ante Eneã & ante·Q·Fabiũ tranſcyminiũ/nõ erat per iuga Cyminia tranſitus ad fanum Volturnę: nec aditus externis ad Lucumones: qa ut ait Liuius in nono ab urbe condita: uſq; ad eum diem quo·Q·Fabius mouit a Sutrio/ ad pugnandã pugnã tranſcyminiã cõtra Etruſcos ad lacũ Vadymõnis/fuit in uia & horrẽda ſilua cyminia: ut nuꝑ fuerãt Germanici ſaltus: cũ ne mercatorib⁹ quidẽ pateret is aditus: qui in fano Volturnę uerſabant᷑/& ſepe Romę nũciabãt quę in fano Volturnę agebant᷑: ut inſinuat idẽ Liui⁹ li·iiii·ab urbe cõdita· Quare tranſitus uetus ab urbe Roma in Volturnã Lucumoniã erat ꝑ Minionis fontes/& Forũ Caſſii quod cognominat᷑ Vetralla: & Camillarios: & ab his in Volturnã procedebant ad Lucumones:diſtantes paulo amplius uno miliari/ut cernimus· Sequamur igitur expoſitionem Virgiliani carminis· Prope Ceritis atnnē eſt Lucus ingens patrū Lucumonū· Prope quidem tria ſunt oppida/& limites equidiſtātes a Fano Volturnę:a fronte quidem Volſinę:a ſiniſtris Tarquinię:& inter ſiniſtram & tergum/tranſitus Minionis circa Blere· Diſtāt enī a Volturna paribus miliaribus·xv·ut auctor ipſa experientia eſt· Ceritis amnis eſt Minio:ut Seruius eſt auctor· Ingens dicitur Lucus/eo modo quo ingentes populos·xii·Lucumones expoſuit idem Seruius· Hic ingens Lucus patrum·xii·Lucumonū eſt· Lucus ubicunq; in Virgilio reperitur:locus augurio conſecratus intelligitur:ut in pluribus locis eiuſdē octaui Eneidos Seruius docet· Et ideo dixit ſacer· Addicit Virgilius dicens:ſacer religione patrum:quia religionis erat/non auſpicari conſilia niſi in fano ſiue Luco: quia in eodem libro ait Seruius:non niſi in augurato loco Senatus conſilium habere poterat ac propterea templum Veſtę non erat conſecratum:ne Senatus illuc accederet/ubi erant uirgines· Dicit etiam Virgilius ꝙ iſte Lucus erat ſacer late:quia nō priuatus ciuibus ciuitatis Volturnę ſolum:ſed regius & cōmunis omnibus duodecim populis & Lucumonibus· Et hoc eſt ꝙ Seruius exponit/late/quia nō ſolum ciuibus incolis ſed etiam accolis cōmunis erat· Ergo ſic legitur Virgilius· Prope Minionem xv·lapide:eſt ingens Lucus fanumq; Volturnę: ſacer & conſecratus late pro imperio cōmuni Thuſcorum:religione patrum Lucumonū:quę erat/ut nō niſi in augurato loco publica conſilia auſpicarentur· Etenim teſte Liuio & aliis ad fanum Volturnę:indicebantur concilia duodecim populis Etrurię· Ex his ſumitur argumentum illud efficaciſſimum a preſcriptis limitibus hoc pacto· Lucus ingens & regia Volturna eſt propinqua Minioni & Volſinienſibus ſimul· Ceterum ſiue in Samnio ſiue in Latio/ſiue in Thuſcia perquiras:nulla eſt Volturna propinquior Minioni ſimul & Volſinienſibus: q̄ Volturna Viterbenſis· Quare neceſſario conſequens eſt:ut ſola Volturna Viterbenſis ſit olim regia cōmunis ſedes & fanum patrum Lucumonum Thuſcię· Secundū argumentum nō minus efficax in hiſtoria eſt a monumentis fani· Nam ibi neceſſario & in ea ſolum Volturna eſt Lucus uel fuit ingens & ſacer:ubi ſemp̄ remanſerunt litterę ſacrę fani:quia litteris & myſteriis quibuſdam ſacrant Etruſci:ut Plutarchus meminit in uita Romuli· Ergo nō Volturna Troſſana/aut queuis alia eſt ubi fuerit ingens & ſacer regius lucus q̄ Viterbenſis:quia in nulla alia remanent ueſtigia ſacri fani q̄ in Viterbenſi· Locus enim ipſe luci ſub Volturna:ad hanc etatē dicitur quatuor ſacris litteris F·A·V·L·ideſt fanū Arbanę: Volturnę Lucumonū· Hec enim quatuor uocabula Aramea ſiue Etruſca ſunt nō latina:ut in aliis queſtionibꝰ reſpōdebo· Rurſus ęra & priſcę monetę Viterbēſes/exciſę lr̄is ſacris F·A·V·L·quedā habēt/ & quedā F·A·V·P·quę idē ut ſupra exprimūt excepta ultimis lr̄is·L·&·P·quia Arameę oēs primę conāt fanū Arbanę Volturn̄ę Lucumonū:ſecūdę uero fanū Arbāę volturnę panos aut pomoni· Et hoc eſt qđ reſtituit Deſiderius in Decreto exciſo lr̄is Lōghobardicis· Et ut cudant inqt ī monetis ſuū F·A·V·L·excepto ꝙ amoueāt Herculē:& ponāt patronū ſuū ſanctū Laurentium & reliqua· Nam ut patet in ęre quod in uinea ſua repperit Bombardarius cōmunitatis: ex una parte erat F·A·V·L·cum inſcriptione Vetulonia· Ex altera Hercules cum leone/claua & Longlola:& inſcriptiōe perpetua uirtus· Igitur ſola Viterbenſis Volturna regia erat etiā ſanum regiū:tum ex limilitibus preſcriptis tum ab ingentis Luci monumentis extantibus· Additur & Volturnæ pomeriū qđ uulgus porticellam:contractus uero a Viſconte Gatto conuentui noſtro datus portam quadrieram uocat:quia·F·A·V·L·quatuor litteris ęreis ſacrū erat/more Thuſco·Quod patet in ilice litteris ęreis in Vaticano pro relligione poſita/longe ante urbem Romam conditam:cuius meminit Plinius in libro·xvi·naturalis hiſtorię:capitulo·lxi·Vetuſtior inquit urbe in Vaticano ilex/in qua titulus ęreis Etruſcis litteris/religione arborem iam tum dignam fuiſſe ſignat· Nam arbores fuerunt numinum templa/priſcoſq; ritu ſimplicia ut libro·xii·capi·primo·Idem Plinius ſcribit·

Annia queſtio·xii·

DVBITABAS etiam cum tibi hec adducebam:Virgilianum Carmen idcirco nō intelligi de Fano Volturnę Viterbenſis:quia partes deſcriptionis Luci non uident᷑ ſibi cōuenire·Sic einm ſequit᷑· Quem Lucū undiq; colles Incluſere caui: & nigra nemus abiete cingunt· Siluano(fama eſt)ueteres ſacraſſe pelaſgos:Aruorum pecoriſq; deo Lucumq; diemq;· Qūo hec uerificant᷑ de FAVL? Reſponſio· Vtiq; uidebis ea ad unguem uerificari· Si ad diſtinctionē urbis & colliū eius atq; uocabulorum te conferas·Nam nō crederemus Romam eſſe:ſi Thyberis & colliū & partiū locorūq; Romę nulla uetuſta eſſent nomina/quippe quia hec ſunt uiua Topographię atq; hiſtorię argumenta: ut in Topica hiſtoriali probauimus· Ponas igit᷑ hec fundamēta tibi:ut uiuā Viterbenſem antiquitatē teneas·Vocabulo Arameo pont/aquā diſtinctiuā agrorum a qua tranſitur ab uno in alterū ſignificat: a cuius origine exiſtimo pontū & pontē habuiſſe latinos· Vnde confluxū triū fluminū Blerani ſcilicet & Larthis ubi cū Veis amnibꝰ cōfluerūt tripontiū uulgo adhuc dicimus·Et hii tres populos diſtinguūt·Nam Bleranus amnis diſtinguit nos Volturrenos cognomine Etruſcos/a Tarquinienſibus ut patet· Larthes uero a Thuſcis Nanis·Bleranus dici᷑:quia oritur circa Blere·Larthem uocat Antoninꝰ in Itinerario:nos corrupte dicimus Marthē·Oritur a lacu Volſinienſi/& dicit᷑ Larthes:quia limes eſt inter Etruſcos Larthialis atq; metropolis Thuſcię urbis ciues/& Tuſſos Nanos·Itaq; pont/aqua diſtinctiua ꝓprie Etruſca & Aramea lingua dicit᷑· Cui etiā alius argumēto eſt amnis Macra:quē quia diſtinguit totam Thuſciā a Lyguribus & Gallis: cognominant Thuſci pont Remoli/ & ab eo urbem uicinā olim Apuam/nūc pont Remoli/ideſt fluentum diſtinguens celſitudinē antiquā· Diſtinguit enim celſitudinē antiquiſſimā Thuſcię/ab antiquis Lyguribꝰ & Gallis· Eſt enī Rem celſitudo ut Talmudiſtę cū diuo Hieronymo cōſentiūt: & ol antiquiſſimū & priſcū ſignificat:ut·vi·qō indicauit· Hinc pont Remoli/ſignificat fluentū diſtinguēs celſitudines antiquas· Viterbi aūt pont/ſunt quatuor:quoꝝ duo adhuc ſunt in uſu loquentiū:pont Remolū:& pont para Tuſſum:uulgo pont para Toſſum:quia·u·in·o·cōuertit uernacula lingua·Duo alia pont ceciderūt ab uſu/& manent ſcriptis antiqs/alterū qdē in cōuentꝰ nr̄i cōtractu uetuſtę donatiōis quo domꝰ in pont Arbano circa ſanctū Laurētiū donat᷑:Alterū in annalibꝰ Gotifredi/quibꝰ dicit᷑/antiquā carbonariā pōtis Vetuleti iter ſanctū Blaſiū & ſanctā Mariā nouā fuiſſe oppletā uſq; plaream nouã· Itaq; ponas te in medio Faulis/& uerte faciem ad palatium: & uidebis cauitates aquarum antiquaꝝ inter quatuor colles: de quibus dicit Virgilius: quem undiq; colles incluſere caui· Nã ad ſiniſtrã ut cernimus/ primũ Pont Remulũ ideſt fluentũ diſtinguẽs priſcas celſitudines: diuidit celſitudinẽ Volturni collis a Vetuleto: a quo Vetulonia· Sequit᷑ hunc collẽ Volturnę Vetuletus/a pont Remulo ad pont Vetuletũ/ideſt fluentũ diuidens Vetuloniã a para Tuſſa· Et ex eo qđ dicit Gotifredus cuius tp̄e oppleta eſt cauitas: coniicitur fluentũ Vetuletũ fuiſſe quod nũc Sipalis: quia illa portio uſq; portã nunc Salcicchiã dicit᷑ Vetuletum: Et amnis Vetuletus a Vetuleto per ſanctã Mariã nouã & ſanctũ Blaſiũ/ influebat Faulem circa plateã nouã: & eius cauitas diuidebat Vetuloniã a para Tuſſa· Falſa eſt igitur opinio eoꝝ qui aiunt amnẽ Alcionis & pont Remuli influiſſe olim plateam nouã: qa aqua nõ aſcendit/& Alcion eſt humillimus reſpectu altitudinis plateę nouę/ cuius collẽ etiã fuiſſe altiorẽ palatio dñoꝝ uidemus· Et ideo Gotifredus rem aperit/dũ ait ſua etate fuiſſe oppletã carbonariã ideſt foſſam & cauitatẽ põtis Vetuleti/ideſt fluẽti Vetuleti: a ſancta Maria noua ad ſanctũ Blaſiũ/ circa plateã nouam· Itaq; ſtanti in medio Faulis ad leuam eſt Volturnę collis/cauus fluenti Alcionis· Ad genã ſiniſtram eſt collis Vetuletus/ab Alcione ad ſanctũ Blaſiũ/ubi iam reuerſus amnis Vetuletus influebat· Ad faciẽ uero occurrit platea noua & eſt collis para Tuſſus: quia limitẽ habet ad dextrã genã/pont para Tuſſum/ideſt fluentũ para Tuſſum/ dictũ quia eſt finis Tuſſę/& eſt aqua Apeia· Et cernimus ciuitatem magnã huius collis a ponte ſancti Laurentii inter totũ planũ Aſcreani & Gaiolas· Porro a dextris occurrit pont Arbanũ cauitas magna quę eſt a ponte ſancti Laurẽtii in planũ Aſcreanũ Ergo quatuor colles caui undiq; Faul cingũt: Volturrenus: Vetuloniẽſis: para Tuſſus ideſt coronatę Tuſcę: ut exponemus: & Arbanus· Ex his patet diſtinctio priſca Viterbẽſis in quatuor urbes· Prima eſt Volturrena aut per ſincopã Volturna a plano Tromete uulgo Trometorũ ad pont Remulũ per latitudinẽ oppidi: & per longitudinẽ a Parazolo Faulis ad Capitoliũ & ſanctũ Franciſcum: quod oppidum in quinq; regiones diuiditur: uidelicet in Parazolũ: Porticellam quadrierã· Seuaſton pana: & Capitoliũ atq; Stic Kity Aryn· Sequitur ſecundi collis ſecũda urbs Vetulonia conſtans in longitudine/ circa Faul quidem ubi anguſtatur ab Alcione uſq; ſanctũ Blaſium/& ubi dilatatur a ſancta Roſa & Alcionis fluento uſq; ad portã Salcicchiam ubi Vetuletũ· Latitudo eius occidentalis eſt a ſancta Roſa per pont Remulum uſq; Faul· & ab oriente a porta Salcicchia per ſanctam Mariam nouam & ſanctũ Blaſiũ uſq; Faul: ꝑ alueũ priſcę aquę Vetuletę quę & Sipalis· In ea hęc ſunt regiões· Suſa/quã corrupte Sumſa ꝓferunt· Ciochola: Lambyrinthus: Sipalis: Veiuzũ: Vetuletũ: Seddie carri/ſiue curules· Spurinella: Metallię: Cercinę: Vallis Py Atta: & alię· Tertius collis para Tuſſus a ſancto Blaſio ad ciuitatẽ pont para Tuſſi ſub ſancto Thoma/ cõtinet longitudinẽ anguſtã circa Faul totã plateã nouã urbis para Tuſſę· Cõtinet᷑ tota para Tuſſa· Inter Vetuletũ olim amnẽ & Gaiolas ubi fluẽtũ & cauitas para Tuſſa diuidit Gaiolas & Aſcreanũ· In hac urbe continent᷑ hęc regiões: Craniſa a porta Salcicchia ad macellũ mai⁹· Itẽ Demi Atus a macello maiore ad ſanctũ Saluatorẽ· Rurſus uicus Para ideſt Longh⁹ greco uocabło uſq; ad pontẽ ſancti Laurentii·Gaiolę proprie appellat᷑ longitudo quę īminet longe cauitati inter eos & Aſcreanos·Quarta urbs Arbanū diuidit᷑ etiam ab auctoribus in regiones Aſcreanam:Calumbā: Muſarnam· Ergo ab ipſis nominib⁹ Etruſcis/adhuc locis & quadriurbi Viterbo extantibus/& diſtinctione collium circū Faul:carmen Virgilii ad unguem uerificatur·Nam prima pars deſcriptionis/quem undiqꝫ colles incluſe caui/ideſt cauitatibus riuorū:& uiſus ſimul & nomina/ & traditiones annaliū probant·Verum qđ additur:& nigra nemus abiete cingunt:nō potuit ſeruari ſub fide chriſti ſicut nec Romę uel alibi:quia p̄cepit deus Deuteronomii·xii·ut Lucos deorum ſuccidere͞t atqꝫ cremarent· Rurſus cū dicit Siluano(fama eſt)ueteres ſacraſſe Pelaſgos·duo argumenta manent: quia regionē quandā Volturnę proximā/Campum Pelaſgi/& uulgo/ ore pingui ac geminato·ll·adhuc Pellaſgi uocitamus: & ſacrum auguſtūqꝫ Volturnę Siluanū/etiā uocabulo pelaſgico etas noſtra uocat Seuaſton pana·Nam Siluanus auguſtus latine/& Seuaſtos pan grece/ ſunt eadem: ut ī ſequentibus queſtionib⁹ exponemus· Ergo fama eſt cum per hiſtoricos tum ꝑ irreuincibilia nomina & locoꝝ & deoꝝ/ueteres pelaſgos cū Italiā ſubiugaſſent: ſacraſſe fanū Volturnę Auguſto Siluano ſiue Seuaſto pani:a quo regionem Volturnę adhuc dicimus Seuaſton pana·Et ita Virgilius de fano Volturnę ſolius Viterbē ſis loquit᷑:de qua ſola & de nulla alia cunctę partes deſcriptionis ad unguē uerificant᷑·

Annia queſtio·xiii·

QVERIS quoqꝫ quid ſit fanū & Lucus? Reſponſio·Beatus Thomas Aquinas noſter in prima parte/queſtionib⁹/quas de diuinis nominib⁹ facit/docet ꝙ aliquando aliud eſt a quo nomen imponit᷑/& alud ad quod ſignificandū imponit᷑/ſicut lapis a ledendo pedē imponit᷑/& ſignificat ſubſtantiā duram·Si ergo queris:quid lucus & fanū ſignificent:equidem ſignificant id idem: ſcilicet locum deo ſacrū:quod eſt ſenioribus curia ſimul & templū:ut ſignificat Virgilius in·viii· Eneidos de fano & luco latini dicēs· Templū Auguſtum ingens centum ſublime colūnis: Horrendū ſiluis/& relligione parentum· Hinc ſceptra accipere & primas attollere faſces· Regibus omen erat:hoc illis/curia templū· Ergo quia Virgilius eandē deſcriptionem ponit fani & Luci/equidem ſignificant id idē: locum ſcilicet ſacrū· Vnde auguſtum dixit/ideſt augurio conſecratū:ut exponit Seruius·Ingens ideſt nobile dixit:quia regius lucus:quo pacto de luco Volturnę in octauo dixit· Eſt ingens gelidum lucus prope Ceritis amnē: religione patrū late ſacer· Centū ſublime colūnis/ ideſt arboribus·Vnde ſubdit:horrendū ideſt uenerandū ſiluis: ut exponit Serui⁹· Priſci enim arbores pro numinū templis habebant:ut auctor eſt Plinius·Qđ & de fano Volturnę ſigniſicauit cum dixit:Et nigra nemus abiete cingunt·Qđ uero ait: Hinc ſceptra accipere & primas attollere faſces regibus omen erat: utiqꝫ Virgilius minus dixit/& plus ſignificauit ſubdens: hoc illis curia templū·Curia inquit Seruius erat fanū & lucus:quia niſi in augurato loco Senatus conſilium nō habebat· Vnde templū Veſtę nō erat conſecratū: ne illuc Senatus accederet/ubi erant uirgines·Rurſus utebant᷑ pro curia nō ſolū ad conſultandū de dubiis tēpore fluctuantis imperii:uerū etiam ad cōſecrandos reges/regulos & duces:quia omen erat regibus inde primas coronas & faſces attollere:ut ait Virgilius· Ad duo uero alia Lueo & fano utebanť pro templo/uidelicet ad expiationẽ criminũ ne dii iraſcerentur & ad ſacrificia & aruſpicia/ad habendũ gratias/& explorandũ glorioſa fata• Verũ Aramei teſte Talmudiſta noſtro Samuele: unico uerbo hec p̄dicta quatuor concludunt qđ eſt Attan• Vnde ſi ab eis queriť/quid eſt lucus & fanũ? reſpõdebũt•Attan ideſt tempus fluctuans quod ad conſiliũ mouet•Item crimina cõmouentia ſcilicet ad expiationẽ & luſtrationẽ•Item coronę ac faſciũ donatio•Item exploratio fatorũ Quę omnia cõueniũt his quę diuus Hieronymus interpretatur uocabulo Attan• Vnde ad hanc etatẽ a pont Remulo uſq; ad ſanctũ Blaſium incolentes Alcionem Vetulonię/ uocamus uallem Py Attan/equidẽ uocabulo Arameo• Py enim ut tam Hebrei q̄ diuus Hieronymus cõſentiũt/ſignificat os/& oſtium/ & omnẽ introitum Hinc uallem Py Attan dicimus oram Vetulonię/qua itur in Attan/hoc Lucum & Faul Volturnę•Itaq; ſi quid ſignificent nominia fanũ & Lucus queris:utiq; Attan ſignificant:uti expoſuimus•Si uero queris/cuius linguę ſint/& a qua origine nomina hec ſint poſita? reſpondebo ab origine Aramea prius q̄ latina uel Greca• Nã fano lingua Aramea/& Hebrea anteq̄ Greca/apparco & uideo ſignificat: a quo fanũ diciť locus ubi uidentur fata & auſpicanť diuina• Et ꝓduxit mihi Samuel locum Geneſis•xxxii•ca• ubi ſcribiť ꝙ Iacob auſpicatus uenturã uictoriam & fatum ac cõmutationẽ nominis per angelũ: uocauit nomen loci illius lingua Hebrea Fanuel: ideſt fanũ dei dicens: Vidi dñm facie ad faciem:& ſalua facta eſt anima mea•Latina uero origine ut ait Varro/impoſitũ eſt nomen ab eo ꝙ Antiſtes prius effatur locum poſtea affatur•Greca uero origine/a faneo/ideſt apparco: uti Aramea dicitur• Et qm̃ lingua Barbara p̄ceſſit latinã & Grecam:conſequens eſt:ut fanum originem ab Aramea deſumpſerit:& ſimiliter lucus• Nam quod latini dicunt lucum a luceo dictũ:quia obumbrantibus arboribus luce caret:& luce aliena indigeat: utiq; uiolenta & quaſi inuolucra expoſitio eſt/per antifraſim dicta• At lucus Aramea expoſitione facilis & intellectu prona/& lepida• Luca enim ultima ſyllaba acuta : ut ait Samuel/ apud Arameos idẽ eſt qđ apud latinos uetus & ſenex & Senatus• Et ideo a Luca Aramea deriuatione Lucus diciť locus Senatorius/ubi ſcilicet Senatus ſupradicta quatuor exequebať:conſilia:faſces: luſtrationes:& auſpicia• Hinc Lucumones Aramea Etruſcaq; origine nomen eſt Senatorię dignitatis•

Annia queſtio•xiiii•

QVERIS item cuius originis ſit:& quid ſignificet Lucumo? Reſponſio•Eſt originis Etruſcę/quę & Arameę•Significat autẽ ut quidam dixit hominẽ inſanum•Sed cum•xii•Lucumones reges Etrurię ſapientiſſimi fuerint:conſtat eum inſanum eſſe qui quã ignorauit originẽ ſignificationẽq; nominis nõ latini/ p̄ſumpſit ꝑ inſaniam exponere•Prebuit huic inſaniẽdi licentiã Feſtus & quidã alii:qui dicũt Lucenſes a Lucumone conditos: qui ob id inſanus fuerit extimatus/ ꝙ ubicũq; ibat/ſaltatiões agebat.Sed nõ dicunt hii ꝙ Lucumo ſignificet inſanum/cum oẽs conſentiãt fuiſſe nomen dignitatis apud Etruſcos : ſed ꝙ ob ſaltationes idẽ Lucenſiũ cõditor fuerit extimatus inſanus/tũc ab Lyguribus Apuanis Thuſcis/rudibus & inexpertibus religionis:qua precellebant Lucumones Thuſcię principes: ad quos cauſa religionis ꝑcipiendę mittebãt ſuos liberos uetuſti Romani:ut in prio libro & ca•de religione auctor eſt Valerius maximus·Vtebant᷑ autē ſaltatione in religiōibus: teſte Seruio in Buccolicoꝝ Egloga·v·ibi·paſtor quidam:quia inquit nullam partē corporis maiores noſtri uoluerūt eſſe:quę nō ſentiret religionē·Nam cantus ad animū:ſaltatio ad mobilitatē corporis pertinet·Hec Seruius·Nec mirū ſi Lucumo paganus a rudibus paganis inſanus ſit ob religionis feruorē habitus:cū rex Dauid fidelis Thuſco more uſus/cantans & ſaltans ante Archam dei:a fideli ſua uxore Michol regina fuerit ſcurra & inſanus habitus:ut ſecūdus liber regum retulit·Igitur Lucumo cū ſit nomen dignitatis pertinentis ad principatū ſimul & religionem/dicimus ꝙ lingua Etruſca Lucumo eſt nomen compoſitum & ſignificat iddem quod in compoſitione greca Paleologus:& Latina Viterbus: & eadem ſunt Lucumonium:Paleologum:Viterbum·Nam ut diximus Luca ſignificat apud Arameos uetus:ſenem:Senatum·Apud grecos Paleos:uetus & ſeneſcēs dicit᷑·Apud Latinos quoqꝫ/uetus ſenem & ſeniū ſignificat·Moni uero apud Arameos ſignificat ſupputatorem & qui preeſt conſilioꝝ rei publice ſuffragiis/aut uerbiſtam/ prout uerbum imperium ſignificat:ut periti Talmudiſtę dicunt·Vnde uerbo domini celi firmati ſunt:ideſt dicto & imperio domini·Similiter Heſter ſeptimo cap·Nec dum inq̄t exierat ex ore Artaxerſis uerbum/ideſt imperiū & dictum:& ſerui operuent faciem Aman·Et frequentiſſimus uſus Hebreę & Arameę linguę habet uerbum pro imperio & dicto/prout dictum a dicēdo imperatiue ſumit᷑:a quo & dictator apud Romanos habuit originem·Et utrunqꝫ officium preſidendi ſuffragiis & dicendi ſiue imperandi urbibus & populis/Lucumonibus erat·Vnde Dioniſius Halicarnaſſeus officium Lucumonum & habitum deſcribens li·iiii·Aderāt inquit ex tota ciuitate Etrurię hii qui ſuffragiis preerāt:& uelati infulis a Tullo precabant᷑ iram·Qđ aūt imperarēt/patet ex uirgilio in viii·Eneidos:qui·xii·populos:uocauit ingentes ideſt regios:& Lucumones regna opima/ideſt reges opimos: ut ibi exponit Seruius dicens·Non ſine cauſa Virgilius dixit ingentes populos & regna Opima: quia Thuſcis erant duodecim Lucumones ideſt duodecim reges:quibus unus preerat ſcilicet Larthes Igitur Lucumo idem eſt quod uetus uerbiſta ideſt/Senex dictator·Et hoc proprie ſignificat·

Annia queſtio·xv·

QVERIS de eo quod ſepe tibi dixi eadem eſſe lucumonium:Paleologum:& Viterbū·Mouent te multa:que uaria expoſitione a doctis iam diu relata fuerunt·Primus:Fatius de Vbertinis Florentinus/ optimus atqꝫ eruditiſſimus coſmographus: qui in ſua Geographia antiquitatem Viterbenſem exploratiſſimam habens:ait eā tribus nominibus dictam:Tuſcam: Veiuſam ymo Veiuzā:& Viterbum·Tuſcam quidem:quia pars eius dicit᷑ Para Tuſſa:quam ipſe exiſtimauit dictam a Thure·Veiuzam uero:cū quia Veia eſt inſigne partis Vetulonię:tum uľ maxime/ꝙ a cunctis finitimis/& in contractibus uetuſtis/ Viterbenſes dicuntur Veiuzi: Cui etiam eſt argumento inuincibili:ꝙ in ſubſcriptiōe Cybelis:litteris Etruſcis:Veiuzum appellat/quod poſtea Veitulonia/& nunc Viterbum·Vnde & Iuzos ad hec tempora/nos uocant/truncata prima ſillaba·Eſt enim mos non modo Thuſcoꝝ/ſed Hebreoꝝ & barbaraꝝ gentiū/uernacula cuiuſqꝫ lingua demere primam ſillabam nominum proprioꝝ: localiū/& gētilium:ut Iuzus: Ry·tlaus: Ry ſyris:Syricella:mons talianus:Gygianum:Lippus:Tulomnius:Colaus:& eiuſmodi plura:pro Veiuzus Ry Atlaus:Ry Oſiris:mõs italianus: Ogygianũ:Philippus:Veitulomnius & corruptius Tolumnius· Micholaus· itaq; is Fatius qui tam probe de Viterbi nominibus duobus dixit:etiam id addidit/ Viterbum a Romanis dictum/Vita Herbum/ quaſi uita herbida:ubere glebę/& fertilis ac delicioſa·Non igit᷑ a lucumonio interpretationem habet· Reſponſio· Fatius Florentinus/ illuſtrior Blondo fuit:ut qui ingenio Thuſco excelluerit:& explorata loca melius & certius tenuerit·Verum qđ ait Veiuzum Viterbum antea dictum:negari non poteſt ob argumenta que ſupra dicta ſunt·Caue tamen a corruptione ſcriptoꝝ:qui in Coſmographia Fatii Veienſam pro Veiuza ſcripſerunt·Verum quod de Tuſſa putat dictam a Thure:non cõceditur:quia Thuſca a Thure toti prouincie cõuenit:ſed Tuſca a Tuſſo rege filio Herculis ſolius Viterbi antiquum nomen eſt:ut ſuo loco dicet᷑·Rurſus Viterbum dictum quaſi uita Herbum a deliciis naturalibus/utiq; uerum eſt quantũ ad proprietatem/a qua nomen imponit᷑/ quia uera eſt hec proprietas:ſed non quantũ ad id ad quod ſignificandum imponit᷑:quia omnes ſubſcriptiones & tituli & opiniones quas etiam puer ab antiquiſſimis ciuibus/& ſubſcriptionibus uetuſtiſſimis/accepi:Viterbum quaſi ueterum uerbum interpretant᷑·Vnde ſubſcriptio Leonis longuli habet·Non timeo uerbum:Leo ſum qui ſigno Viterbum·Non ergo Herbum ſed uerbum ultima pars compoſitionis ſignificat:ſicut prima pro Vit uetus·Vnde longe anteq̃ uel nomen uel res Viterbenſes mihi eſſent ab origine cognite/cum Genue eſſem:& preſens eſſet conciuis noſter:Cornelius Benignus Cercina:occurrit libellus uetuſtiſſimus in publica conuentus nr̃i bibliotheca: in cuius fine multa de regione hac continebãtur:in qua dicit Viterbum dictum Veterbum gramaticę/ & ueterum uerbum/a quo plures conſtantinus duxit in Bizantium/inter quos paleologi per interpretationem dicti fuerunt·Nam ſicut grecis paleos: ita latinis uetus/ & Arameis Luca·Et ut grecis logos ſic uerbum & dictũ eſt latinis/ & ita Arameis Moni:ut in precedente queſtioni expoſuimus· Quare quos per cõpoſitionem Lucumones Aramei dicunt:eoſdem Conſtantinopolitani greci/Paleogos interpretatione greca uocauerunt:& rex Deſiderius interpretatione latina Viterbos: ideſt ueteres uerbiſtas ſiue dictatores· Ergo quoniam locus ab interpretatione nominum eſt inuictus & inexpugnabilis:conſequens neceſſario eſt:ut latine Viterbum/ſit idem quod gręce paleologum:& Etruſce Lucumonium· Nec iuuat ꝙ Viterbũ nõ habeat finem huius uocabuli uetus nec principium nominis Verbum: quia ob uenuſtatem/compoſitio ſineraica ſepe adimit finem prime dictionis & principium ſecundę ut patet in cõpoſito nomine Macto ideſt magis aucto·Nec item moueat te ꝙ prima ſyllaba eſt/Vit/& non Vet ꝓ uetus/ quia ut diximus uetuſtiſſimi codices habent Veterbum:& interpretatio uetuſtiſſima uetus uerbum. Sed quod gramatice ſcribebatur Veterbũ & ita ſcribendũ eſt:a proprietate uernacule lingue Viterbũ ꝓfertur:quia·e·ſepe·i·profert uulgus/ut in Veiano limite ultimo circa Minionem Veianum oppidum:uulgo dicimus Vianum·Porro quoniam notarii loca ſcribũt plurimum/ut uulgus profert:idcirco uſus obtinuit/ ut Viterbum pro Veterbo ſcribatur/& dicatur:quod profecto a loquendi modo proprio Longobardico proceſſit qui etiã Viterbum pro Veterbo/in exciſo alabauſtro/lõgobardicis litteris & prolatione poſuerunt·

Annia queſtio·xvi·

Q VERIS:ut alioꝝ opiniones/quas ſepe ſimul cõparabamus quę magis ad significationẽ accederet:denuo tibi repetã: Reſponſio· Prima funditus falſa eſt/quę dicit Viterbũ dici quaſi Vitibur/quaſi paruũ Tibur/ꝙ a Tiburtinis ſit conditũ· Nã ratione utriuſqꝫ partis falſum eſt:quia quo ad ſignificatũ ad quod ſignificandũ imponit᷑ nihil habet cũ Tibure:neqꝫ quo ad ꝓprietatẽ conditionis a qua nomẽ imponitur/a Tiburtinis conditũ eſt tetrapolis Viterbũ:qđ omni urbe Italię prima & antiquior inuenit᷑:ut probabit᷑ in comentariis ſuper Myrſilũ & alios auctores· Hinc proxima eſt ferme quedã nouella opinio/quę dicit Viterbũ eſſe Vitebum:qa ipſum Thebanus Hercules fundauerit· Vnde & caſtrum Herculis dicit᷑·Eſt ergo Viterbum quaſi Vithebę & paruę thebę·Sed fata hec nõ currũt:quia de antiquitatibus antiquioribus ſtatur uocabulis/libris/autoribus & interpretatiõibus:que ut oſtendimus docent quo ad ſignificatum nominis definiri uetus uerbiſtam/& ueterũ uerbum ac dictaturam·Q uoad ꝓprietatem uero/a qua uidetur nomen deſumi/ut ait ab edificatore Thebano:ſimiliter falſum eſt/quia ut in eiſdem comentariis uidebit᷑ anteq̃ Hercules Thebanus eſſet/ſiue Grecus ſiue Egiptius: erat urbs regia Tetrapolis edificata Viterbum·Et ideo non dicit᷑ a conditore Vi Thebe·Nec iuuerit qđ lapis exciſus effoſſus/Cybelarius dicat/ꝙ proximo loco Vetulonie fundauerit Migdala ideſt turrim/& ob id illud paruũ ſpatium/dicat᷑ caſtrum Herculis:Q ui enim edificat unam turrim in magna ciuitate tetrapoli/& eam a ſe danominat/ neqꝫ totã ciuitatem a ſe denominare poteſt/ neqꝫ aſſerere illam a ſe edificatam· Vt tamen ne ſomniaſſe hec opinans uideatur:poteſt concedi illud paruum ſpatium Herculeum poſſe dici paruum Thebe:ſed non tota tetrapolis: qui una hyrundo non facit uer: neqꝫ una dies felicem/ut Ariſtotiles ait in primo ethicoꝝ:& ita una domus turrita/ non facit tetrapolim· Tertia opinio eſt uiri cruditiſſimi Fatii:que ut diximus uera eſt quoad ꝓprietatem a qua nomen imponit᷑:ſed falſa quoad ſignificatum·Q uarta opinio eſt litterati uiri Raimundi:qui in uocabulis ſuper comentaria Iulii ceſaris:dicit Viterbum dici quaſi uita inermium/quia emeriti militia ueteres Romani eam urbem ſibi pro delitiis deligebãt · Et hec uera eſt opinio/ quoad proprietatem a qua ethomologiam nominis deſumit:ſed falſa quoad principale ſignificatum nominis·Q uinta etiã opinio a proprietate Thermaꝝ exponit Viterbũ quaſi ui Thermulum·Sunt enim ibi Thermę Etruſcę:ideſt Volturrene ut expoſuimus queſtiõe octaua:nona:decima & deinceps·Hiis calidanis aquis earumqꝫ Fluento adhuc calidano dicto innaſcit᷑ piſcatura/tum copioſa/tum ſalubris:de qua plinius in·ii·naturalis hiſtorię cap·de miraculis fontiũ & aquaꝝ· Piſę inquit aquis calidis innaſcuntur ranę·Ad Vetulonos uero in Etruria non procul mari : Piſces· Sunt & ſaluberrimę Thermę Caię adhuc cognomine:quarum meminit Strabo in·v·libro cõparans eis Sabatias uicinas Romę·Sic enim ait· Vbi Etruria magis apropinquat Romę habundat aquis calidis/& non minus habundantes q̃ Gaię:quę nobilitate ſui ceteras excellũt·Sed copioſius de Volturrenis Thermis diſſeruimus/ in comentariis ſupra Sempronium·Ab his igitur Thermis per Ethimologiam cõcedi poteſt

Viterbum dictum quaſi Vi thermulum•ſed falſum eſt per definitionem nominis• Verum ſexta opinio eſt Blondi/dictum eſſe Viterbum ui turrium/quia eſt urbs turritis edibus extructa:precipue etate ſua qua ferme ſeptuaginta iam annis luſtrauit Italiam:a quo ad hanc etatem ferme•xv• maxime altitudinis turres ruerunt:& tamen adhuc remanet q̄ maxime turrita• Hec autem opinio eius dicto contrariatur dicenti/Viterbum eſt parum uetuſta ciuitas•Nam ſi urbem/dempſis & crebris turritis edibus extructam confitetur:ergo neceſſe eſt/ cõfiteatur illam eſſe Turrenam & Etruriam urbem omnium antiquiſſimam quam etruſci a Turſibus ideſt turribus proferebant Turſenam & Eturſiam:ut probant Myrſilus: & Dioniſius Halicarnaſſeus in primo libro:& nos uberrime in comentariis noſtris oſtẽdimus• Ergo Blondo ſubrepſit contra ſe ratio/cõuicto iam ueritate/ꝙ ueriſſima Viterbi Ethimologia eſt ui turrium/& Turrena atq; uetuſtiſſima/ eturria ſiue Etruria:ſed nõ eſt ea definitio nominis ut patuit•Sequitur ſeptima opinio olim bone memorie eruditiſſimi Hermolai Veneti & patriarche Aquilegienſis: qui exiſtimabat Viterbum Viteroum ſiue uita Heroum dictum: & id Aucupabatur ex quatuor ſacris litteris•F•A•V•L•& ſubſcriptiõe lapidis Lybiſcilli/ubi in fine exciſum eſt• Etruſco quaterno populo•Dicebat igit᷑•F•A•V•R•ſignificare quatuor populos:Faluceres ideſt Volturrenos in Volturna:& Agillinos uel Arbanos:Vetulonienſes:& Longhulos Para Tuſſe:Etenim ut arguebat/& quidem diuine/Viterbenſes ſunt Volturreni iuxta Minionem & Volſinios:Et ipſi ſunt proprio cognomine Etruſci: ut docet Plinius: & tunc erat Tetrapolis regia:& eius quaterno populo dicatur/ F A V L•Faluceres ut exciſus lapis indicat•Quare F•A•L•quatuor eius tetrapolis circum •F•A •V•L• populos/tunc Heroes Etrurie denotat•uidelicet• Volturrenos:Arbanos:Vetulonienſes at Longholanos•Quare Viterbũ ſignificat quaſi uita Heroum quatuor populorum eius•Verum tanto ingenio & uiro non audeo cõtraire• Sed mihi duo dubia reſtant:quibus non uideo poſſe comode reſponderi • Primum quidem/quia ſi Agillinos per•A•intelligit: equidem non ſunt Etruſci:ſed per ſe populus eſt maritimus Agillinus & princeps Ceritis regionis•Si uero Arbanum intelligit ut poſtea retulit:non eſt ad intentionem Deſiderii imponentis nomen Viterbum / quia ipſe hoc cõe nomen impoſuit ſolum tribus oppidis/que intra menia clauſit/Longholæ Vetuloniæ/ atq; Volturnę• Nam Arbanum cuius pars eſt Aſcreanum fuiſſe abſq; menibus ut antea/uſq; ferme ad noſtra tempora:annales indicãt• Vnde in decreto Deſiderii dicit᷑•Tria oppida/Longholam:Vetuloniam:& Volturnam dictã Etruriam ſub uno muro cingant:totamq; urbem adiectione noſtra Viterbum/pronuntient•Secũdum dubium eſt:quia•F•A•V•L•eſt dicatum nomen Luco intermedio his quatuor populis:& non ipſis populis:a quo eſt porta quadrięra:ut expoſuimus queſtione•xi•Et item cum ſolis antiquioribus de antiquitatibus certiſſime credat᷑ & Veterbum/& uetus uerbum dici ac definiri dicãt: utiq; nullo pacto uidetur diſfinitiue Viterbum ſignificare uitam Heroum/ſed ſolum per Ethimologiam & proprietatem/a qua nomen imponit᷑:Eius opinionem eſſe hoc modo exiſtimo & lepidam & ueram•Hac controuerſia accepta eruditiſſimus noſter ep̄s Archadię:ait/dictum Viterbum Vi trium urbium:Et id probat:quia ipſe nominis impoſitor Deſi/

derius dicit/ut totam urbem cinctam uno muro dicant Viterbũ• Ergo ui trium urbium/quę ſub uno muro cingebant᷑• Hec octaua opinio ſatis ligat quo ad ethimologiam propinquiſſimã definitioni: quia heę tres urbes ueteres uerbiſtę atqꝫ paleologę Lucumoneqꝫ fuerunt• Et ab hac uicina ꝓprietate tracta eſt definitio & nomen Viterbũ• Noſter autẽ clarus ciuis dñs Michael Archangelus Caprinus Razenuus ab alia ꝓprietate nouã opinionẽ & quidẽ ueram expoſuit dicens: nomen Viterbum dictum a cognomine ampliatoris Longholę Turrheni/qui Demi Atum uicum poſuit/& Torebus cognominatus eſt: ut Xanthus Lydus ſignificat & Deſiderius rex expoſuit Terobus: cõmutatis & tranſpoſitis uocalibus: ut Plinius inſinuat de promontorio Hiſpanię/quod a quibuſdã Arrotum: & ab aliis Orratũ tranſpoſitis uocalibus dicitur• Porro Vi pro Vei poſitũ per ethimologiã placet• Ergo Longholam a cognomine ampliatoris Terobum uoluit dici/& adiecta ui/totam urbem Viterbũ quaſi Veiterbum ideſt currule Terbum• Vtiqꝫ lepida & uęra Ethimologia eſt Vltima opinio eſt ueterũ tituloꝝ & memoriaꝝ quibus neceſſe eſt credi tanq̃ quę tempore Deſiderii per expoſitionem dicta & ſcripta fuerint: ut diffinitio Viterbi ſit uetusuerbum ſiue Senatoria Lucumonum dictatura• Famę enim funditus ſtandum eſt: ubi uetuſtas derogat certam fidem: ut ait Liuius in•vii•ab urbe condita• Fama autem & inſcriptiones docuerũt ſemper Viterbũ dici uetus uerbum• Et ideo huic ſtandum uidetur funditus• Deniqꝫ ut decidamus Gramatice/Dialetice/atqꝫ utcũqꝫ Metaphiſice/quo pacto ſint uere aut falſe ſupradicte opiniones decem: aſſumenda eſt diffinitio nominis data ab eruditiſſimo Donato dicente• Nomen eſt: quod ſignificat ſubſtantiam cum qualitate propria uel cõmuni• Omne enim nomen ſignificat ſubſtantiam ideſt diffinitionem ſubſtantialem: quoniam teſte Ariſtotele in metaphiſica: ratio & ſubſtantia/ quã ſignificat nomen/ eſt diffinitio• Qualitates uero cõmunes & ꝓprie/ſunt ꝓprietates/a quibus per ethimologiam nomen imponitur/ quia a ꝓprietatibus rei nomen imponitur: ut ait autor modorum ſignificãdi: & ex his uenamur rei ſubſtantiam/& nominis propriam diffinitionem: quoniã accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum/quod quid eſt: ut autor eſt Ariſtoteles in primo de anima• Ergo primo opinio & ſecunda falſa eſt: quia in ea non ponitur ſubſtãtia nominis Viterbi/nec aliqua ꝓpria uel cõis ethimologie qualitas Vltima eſt uera opinio: quia ſignificat ſubſtantiam & diffinitionem ueram• Reliquę ſignificant ueras nominis qualitates: cõmunes quidem/ut uita herbida: uita in ermium: & Vitermulum: qualitates uero proprias ſignificant reſidue quatuor/ ut Blondi: Hermolai: Archadis: & noſtri Michaelis archangeli• Qđ ſi gramatice uerã diffinitionem querimus: utiqꝫ iuxta donatum debet cõplecti ſubſtantiam cũ qualitate propria & cõmuni: ut ſi dicamus lapis eſt ſubſtantia corporea/ex genere mineralium/leſiua pedis offendẽtis ad eam• Quare gramatica diffinitio nominis Viterbi/hec eſt• Viterbum eſt ueteꝝ Lucumonum uerbum/& dictatura/tetrapoliſqꝫ Herbida / in ermibus delicioſa : Thermula: turritis crebriſqꝫ edibus extructa: quatuor Heroum populorum Volturreni: Vetuloni: Tuſci cognomine para ideſt Longholi & Arbani Tetrapolis uiuida: uiceqꝫ trium urbium ſolum a Deſiderio menibus cincta: & a curuli Terobo ampliatoris ſui nominata: & ultima Deſiderii adiecta in terpretaticem latina/per ſineraicam compoſitionem a uetus &uerbo dicta Viterbū ſicut antea Conſtantinopolitani prima interpretatiōe dixerunt Paleologum:quod ipſi Etruſci dicebant Lucumonium·

Annia queſtio·xvii·

QVEREBAS quo modo Volturna/Turrena & Etruria ſint eadē? Reſponſio· Primo probatur ex origine & deriuatione nominis/per eruditos grāmaticos ſpeculatiuos/p̄cipue auctorem modorū ſignificandi· Quecunqꝫ enim nomina ab eadem origine proficiſcunť ſunt eadem ſignificato licet differant in modo ſignificādi:ut flumen/fluentū/fluuius/a fluere deriuata·Porro ut auctor eſt Myrſilus cuius comentaria fecimus/Turrenam & Etruriam/Etruſci/ab eadem re deriuanť ſcilicet a Turſibus:& proferunt Turſenā & Eturſiam/Volturſenam·Quare ſignificato ſunt eadē licet forte differant in modo ſignificandi·Rurſus quecūqꝫ habent eandē diffinitionem:illa ſunt ſinonima & idem ſignificant:ut inter philoſophos & grāmaticos cōuenit:quale eſt Marcus/Tullius/Cicero· Ceterum Turſena:Eturſia:Volturſena: a Turſibus dicta eandē habent ſignificationē/ teſte Myrſilo dicente/ꝙ ſicut in Aſia Moſſinę dicunť edes turritę crebrę extructę:ita Turſes ab Etruſcis·Et ſicut Moſſineca ab Moſſinis deriuata/ſignificat urbē turritis crebris edibus extructā:& ciues eius dicunť Moſſineci:ita Eturſia:Turſena:Volturſena a Turſibus deriuata:ſignificant urbem crebris & turritis edibus extructā:& ciues eius dicunť Eturſi:Turſeni & Voltnrſeni·Et hoc ipſum cum Myrſilo docet Dioniſius Halicarnaſſeus in primo libro·

Annia queſtio·xviii·

QVERIS unde fit mutatio·s·in·r·ut dicatur Turſena & Turrena: quomodo ſupradicta differant in modo ſignificandi? Reſponſio· Teſte Quintiliano fit a proprietate linguę ſiue eiuſdem ſiue diuerſę : ut quę antiquitus proferebant Cameſes: Cameſena:Fuſii:Valeſii:Phaleſii:honos:decus:Turſis Turſena:Volturſena:Eturſia:Eturſi:eadem poſteri permutato·s·in·r·pronunciant Camers:Camerena:Furii: Valerii:Phalerii:honor:decor:Turris:Turrena:Volturrena:Eturria Eturſci· Differunt uero in modo ſignificandi propter appoſitionē·e·& Vol·etruſca additamenta· Turrena enim ut diximus ſignificat urbem/turritis extructam edibus· Si uero a Turſibus ſiue turribus deriuas cum·e·& dicas Eturria/principatum notat:& ſignificat eam urbem eſſe metropolim aliarum·Quod ſi addis ad Turrenam Vol·ſignificat eandem urbem eſſe priſcam & omniū antiquiſſimā·Et ideo ſignificant eādem rem/& deriuationem & urbem:ſed diuerſo modo ſignificandi·

Annia queſtio·xix·

QVERIS item quomodo Romani addant·c· dicentes Etruſco & non Eturros? Reſpondetur·Quia ob proprietatem linguę Romani tranſponunt unum·r·in uocabulo Eturria(nam dicunt Etruria) quod non faciunt in uocabulis Turrena & Volturrena/licet ſincopent Volturnam· Vnde tranſpoſito uno·r·dimiſerunt in deriuatione unum·s· & dixerunt Etruſi/& non Eturri· Nam Romani dicunt Etruſcos deriuatiue a loco primo ab eis habitato dicto Etruria : ut Myrſilus auctor eſt: & poſt eū Dioniſius Halicarnaſſeus in primo libro·Sed quare Romani non deriuent ab Etruria Etruſos/ſed addita·c·dicũt Etruſcos·Notandũ eſt ꝙ eſt proprietas lingue Romanę in nominibus localibus & gentilibus poſt litterā·s· in penultima ſyllaba/ſi ipſa·s·mediat inter duas uocales: poſtponere·c·gratia Euſoniæ: ut Ciliſſam/a cilicia/ciliſcam Propertius in Elegia dixit·Terqꝫ inquit lauet noſtras/ſpica ciliſca comas·Ita pheniſſam & Lybiſſam/Romana lingua profert Pheniſcam & Lybiſcam· Similiter ut auctor eſt Feſtus/ & item Seruius: Thuſia deriuatur a Thuſo/futuro Greco huius uerbi Thuo/quod eſt ſacrifico & aruſpicor·Et tamen Romani addito·c·dicunt Thuſciam:ideſt ſacrificolam & aruſpicatorem·Pari forma Beroſus in quinto antiquitatum ſcribit Herculem egyptium prefeciſſe Vetulonię regem filium ſuũ Tuſſum:a quo hec etas para Tuſſam profert/& Tuſſam Nanam: Et tamē Romani proferũt Tuſcam:Tuſcanellam: & Tuſcum· Vnde Feſtus/Tuſcia inquit dicta a Tuſco rege filio Herculis· Pari forma Etruſos/Etruſcos cum·c·pronũciant·

Annia queſtio·xx·

QVERIS item:ſi Etruria eſt urbs:ergo non prouincia· Reſponſio·Sicut Babillonia/Perſia:Samniũ: ſignificant principaliter urbem metropolitem: & ab ea cōmunicato nomine ſecundario totam prouinciam:ita Turrena:Etruria:ſecũdario & cōmunicaticio nomine ſignificant totam Thuſciā:ſed primaria ſignificatione urbem regiā atqꝫ metropolim Thuſcię·Vnde & primario ſignificato Veientes populi Ciſcyminii nō ſunt intra Etruriam:ſed finitimi:dicente Liuio in primo ab urbe condita·Erat Sabinis uicina Etruria:proximi Etrurię Veientes· Similiter primario ſignificato Vetulones ſunt in Etruria urbe/quia pars eius: & Piſa nō eſt in Etruria:ut per diſtinctionem Plinius loquitur·in·ii·naturalis hiſtoriæ dicens· Aquis calidis Piſę innaſcantur ranę:ad Vetulonos uero in Etruria nō procul mari piſces· Sed in ſecundario ſignificato Veiētes populi & urbs Veiens ſunt intra limites Etrurię: ut ait Plutarchus in uita Romuli: & Alpheę ab origine Piſę eſt urbs Etruſca ſolo: ut ait Virgilius in·x·Eneidos· Similiter·Q·Fabius conſul in pugna tranſcyminia/a Sutrio uſqꝫ lacum Vadymonnis ante Volſinienſes / egregie perdomuit Etruriam: ut in nono ab urbe condita ſcribit Liuius:ſi pro urbe finitima Veiētibus & primario ſignificato accipiatur· Falſum uero eſt ſi pro ſecundario & prouincia/ quia non perdomuit prouinciā/teſte eodem Liuio:quia anno ſequente Decius conſul proſecutus eſt bellum Etruſcũ/ubi dimiſit Fabius/a ſiniſtris Etrurię contra Tarquinienſes/& a fronte contra Volſiniēſes· Nā a tergo Cyminia uſqꝫ lacum Vadymōnis Fabius ceperat· Nec obuiat/quia dicit Liuius ꝙ eodē anno Fabius Peruſiam ſubegit Nam ꝑ opinionē alioꝝ refert dicens paulo ſuperius: quidam tradunt hanc pugnā trāſcyminiā pugnatam fuiſſe uſqꝫ Peruſiam·Nam per annales duorum conſulum quibus ſolis ſtatur: ſcribit anno ſuo Fabium triumphaſſe ob egregie ꝑdomitā Etruriam a iugis Cyminiis uſqꝫ lacũ Vadymōnis:ante orā Volſinienſem: & āno ſequēte Deciũ & alios ſibi mutuo annuos ſuccedētes cōſules: ſubactā prouinciā multiplicibus bellis/a Volſiniis uſqꝫ Apuanos lygures:ut idē Liuius proſequit᷑ uſqꝫ ad primũ bellũ punicũ· Qđ ſi queris ubi eſt iſta urbs Etruria/ſcđm Liuiũ iam habes ſi nō es ſurdus & negligens uidelicet inter iuga Cyminia & Volſinium:quoniā teſte Liuio illam Fabius egregie perdomuit: & ſuperius dixit ꝙ Veientes ſunt ꝓximi Etrurię:

quia ut auctor eſt Cato in fragmẽtis/ ꝓuincia Veientũ:dicit᷑ trãſcyminia regio· ab urbe Roma uſq; ad Cyminia iuga· Etſi iterato queris: quę urbiũ inter iuga Cyminia & Volſiniũ dicit᷑ Etruria? reſpondet᷑ tibi ꝙ eſt Volturna:ut uocabulo notiore a parte totũ exprimamꝰ· Cui argumẽto ſunt/ quia Etruria eſt regia metropolis:& inter iuga Cyminia & Volſiniũ:nulla regia niſi Volturna & eiꝰ fanũ reperit᷑:ut ſupra expoſuimꝰ· Et rurſus Plinius dicit in·iii·naturalis hiſtorię:ca·vi·ꝙ Volturreni cognomine ſunt Etruſci:in quoꝝ eadẽ parte ſunt Volſiniẽſes· Ab inexpugnabili ergo & ſemꝑ inuicto argum̃to/qđ Peripatetici/& Boetiꝰ atq; Cicero in Topicis uocãt a cõiugatis: res ꝓbat᷑· Sunt enĩ cõiugata iuſtus & iuſticia:item bonus & bonitas· Ab his ergo ſumit᷑ inexpugnabile argumentũ· Si iuſticia eſt bonitas:utiq; iuſti ſunt boni· Similiter ſi albũ eſt coloratũ:utiq; albedo eſt color· Pari forma in cognoĩbus:ſi ciues Florẽtini ſunt cognoĩe Fluẽtini:utiq; ciuitas Florẽtia/eſt cognoĩe Fluẽtia· Ergo qm̃ coniugata ſunt & a ſe mutuo deriuant᷑/Volturna & Volturreni/& Etruria atq; Etruſci:cõſequẽs neceſſario eſt:ut ſi ciues Volturreni iuxta Volſinios ſint ciues cognoĩe ꝓprio Etruſci:& ciuitas utiq; Volturna iuxta volſinas:ſit ciuitas ꝓprio cognoĩe Etruria· Patet idẽ qõne·xvi·

Annia queſtio·xxi·

QVERIS/unde ſit ꝙ in Plinii naturali hiſtoria quidã Codices habent Volaterrani/& nõ Volturreni· Reſpõdeo· Inde utiq; habent:unde & alias ſtomachoſas mendoſitates:tam in eodẽ Plinio q̃ in aliis auctoribus· Et in Plinio quidẽ ne totum percuramus in eodem capitulo/has corruptiões apertiſſime leges· Phregne:Populorũ Sanienſis colonia:Critona:Arentini:Iulienſes· Amitinenſes:Cartoniani:Herbanũ Subertani: Scatones:Vertulonienſes:Verentani: Eſetini:Volaterrani/ cognomine Etruſci· Volſiniẽſes in eadem parte· Vides ne quot mendoſitates dictas: pro Phregene:Populoniũ:Senenſis colonia:Cortona:Arentini Rullienſes· Anitinẽſes: Carboniani:Harbanũ· Suberetani:Statones:Vetulonienſes· Varẽtani· Vuſetini· Volturreni/& nõ Volaterrani:ut in comentariis ſuper hanc topographiã Plinii ꝓbauimus· Nũc quoq; repetere nõ pudebit q̃ aperta mendoſitate ſcripſit & impreſſit Volaterrani pro Volturrenis· Primo quidẽ:quia prius poſuit idem Plinius ſicut & Antoninus uada Volaterrana in maritimis:ora uero Volſinienſis eſt mediterranea· Secundo:quia Plinius utit᷑ in topographia duobus modis dicẽdi· Vno in parte:altero in eadẽ parte· Et in parte dicit/quę ſunt in diuerſis agris/ſed tñ ꝓxima ſunt cõmuni gentium limite: ut patet in·iii·naturalis hiſtorię:ca·vi·ubi ait· Saturnia eſt ubi nũc Roma· Antipolis uero ubi Ianiculũ in parte Romę· Ergo qm̃ Roma eſt in latio & Ianiculũ in Etruria:dixit eſſe nõ in eadẽ parte Romę:ſed in ꝑte:qa utraq; oppida ſunt ꝓximo cõi termino thyberi· Et ne putes Plinium ĩmemorem fuiſſe/ob diuerſitatẽ capituloꝝ:idcirco in eodem capitulo dicit Volturrenos & Volſinios eſſe in eadẽ parte: quia intra eundẽ limitẽ/ & eiſdem focis & agro· At Volaterrani nõ ſunt in eodem agro cũ Volſinienſibus:quos inter iacent tot populi/tot diſtincti agri/tot diſtantes limites· Aquaſenſes:Sentinates: Tumniates:Ruſellani:Cluſini:Populonii & eiuſcemodi:Quare Volaterrani nõ modo ſunt in eadem parte cũ Volſinienſibus:ſed ne quidẽ in ꝑte· Quare Volturreni ſcribendũ eſt:qm̃ Volturna & fanũ Volturnę ſunt in eiſdẽ limitibꝰ incluſi/a iugis Cyminiis:ad iuga Aquaſenſiũ ſupra lacũ

Volſinienſem ſiue ſupra ſanctũ Lanrentium·Qđ ſi ridere cupis mendoſitates in aliis autoribus:lege Pomponiũ Mellã:& inuenies in Topographia Etruſca:Pyrgus Alus:Grabus:Cecoſa:pro Alſiũ:Grauiſce: Coſa·Et in deſcriptione Betice:Dubal/ ꝓ Tubal·Similiter lege Dioniſiũ in·ii·li·& inuenies ita ſcriptũ·Venit ex Etruria Lucumo:ducens auxilia Etruſcoꝝ:ex urbe Solonio ꝓ Colonia· Eſt aũt urbis Colonie propriũ nomen Salpi·Hec enim eſt Etruſca:Pari modo in·iii·li·ſcriptum eſt·Que bellũ mouerant:fuerunt quinqꝫ urbes:Caluſini Ruſallini·Vetulontes·pro Cluſini Ruſellani/Vetuloniates·Et in·iiii·libro inqͭ·Seruius Tullus diuiſit urbẽ in quatuor ꝑtes·Exquilinã:Palatinã:Collatinã:Baboranã/ꝓCollinã/& Suburbanã·Et in Sillio Italico in·vii·li·Domus ſuꝑbi Tarcõtis:Cortona/ ꝓ Tarcona/que eſt prima ꝑs Tarquiniaꝝ·Et eiuſcemodi innumeras ineptias inuenies/tũ ridiculoſas/tũ in errores Topographicos deductiuas:quę ſummo ſtudio ſunt animaduertendę·

Annia queſtio·xii·

QVEREBAS: ſi Etruria eſt originis Etruſcę:quo modo ueꝝ eſt/quod Seruius dicit eſſe originis grecæ/ & debere ſcribi ortographia Greca Hetruria/ quaſi Heteroria:ideſt altero limite finita ſcilicet Thyberi & Macra? Reſponſio· Quia iuniores Romani & Latini ſcriptores/ dimiſſa lingua Etruſca quã ante ſolebãt addiſcere: ut Liuius autor eſt in nono ab urbe condita:cũ uocabuloꝝ Etruſcoꝝ origines ignorarent:falſo ad greculas origines ſe cõuertebant aut Latinas· Vnde luceꝝ nomen qđ Liuius & alii ſimplices latini ignorauerũt exponere:utiqꝫ Varro his doctior & antiquior ꝓbe a Lucumone & lingua Etruſca expoſuit/teſteſqꝫ antiquiſſimos utriuſqꝫ lingue/Latine ac Etruſce peritos produxit Iuniũ/& Tolumniũ tragediaꝝ Tuſcarũ ſcriptorem·Itaqꝫ non mirum ſi cunctis poſterior Seruius iam abolita lingua Etruſca falſo reduxit ad Grecam:quod non põt ſtare/quia ante omnem linguam latinã & grecam/nomen erat Etrurię quippe quia Romani uocabant Etruſcos a loco primum ab his habitato & dicto Etruria/ut Myrſilus & Dioniſius in primo libro docent·Hec autem Etruria erat urbs prima regia:de qua idem Myrſilus dicit· Tetrapolim ſuam uocãt Eturſiam:partes uero illius Bolturrenam:Betuloniam: Tuſſam & Arbanum cognomine Calumbum a luco·Et item/a prima inquit eorum Tetrapoli dicta Etruria/Romani Etruſcos uocant·Et Cato in fragmentis:Etruria inquit Olim Italię princeps:ab eoꝝ Metropoli ſic cognominata· Hec urbs Etruria cũ inſignis fuerit regio/priſco principatu Larthico & Lucumonio:tũ p̄cipuis Annię uere antiqſſime Tuſcoꝝ familię/auguſtis imꝑatoribꝰ/Antonino uero/& comodo enituit:ut Helius Spartianꝰ inſinuat in uita eoꝝ dicẽs·Pleraqꝫ hoꝝ origo fuit materna qdem ex Fauẽtia:pr̃na uero ex Etruria·Et itẽ·Antoninũ p̄fecit Etrurie:qa in hiſ regiõibus multas poſſeſſiões pr̃nas hẽbat·Huic Helii dicto ẽ argumẽto:ꝙ etas nr̃a p̄dia Annia & fora Annia uocat ĩ regiõe Horchię:quã deã Etrurie uocat Liuiꝰ ĩ·vii· ab urbe cõdita·Porro hii ceſares Annii fuere·Et ſi bñ aduertis dicta Helii inuenies Anniã familiã diuiſam in duas ꝑtes/tꝑe dictoꝝ imꝑatoꝝ·Nã alteros ueros: alteros Veriſſos dixerunt·Et caue mendoſitatem impreſſorum/qui poſuerunt Veriſſimos pro Veriſſos·Non enim intellexerũt originem uocabuloꝝ Etruſcoꝝ· Nam Veru/ Etruſca lingua eſt uirgularum inter ſeſe conſecatio ex colore nigro & citrino:a quo

Romani uirgã ferreã uocant Veru & Verrutũ origine Tuſca· Vulgus talẽ uirgarũ interſecationes/uocat ſcaccheriũ· Ab inſigni ergo Vęro/Annia Vęra familia dicta ẽ Veriſſa uero a colore ſcaccherii eoꝝ inſigni albo & rubeo· Verũ q̃a Romani utunt᷑ c·poſt·ſ· uti docuimus ſupra qõne·xviii·idcirco ſicut Tuſſam Tuſcam:ita Vęriſſam Veriſcam nũc proferũt· Item de urbe Etruria & Antonino Helius dicit· Omen imperii Antonino factum eſt:quia in Etruria dolia eius quę erant ſuffoſſa ſupra terrã reperta ſunt: & edes eius examen Apum cõpleuit in tota Etruria· Totum enim ad partes refert᷑:& Etruria tetrapolis erat· Quare edes habebat Antoninꝰ in tota urbe Etruria ſcilicet in Volturna:Vetulonia:Tuſſa ſiue para Tuſſa:& Arbano:& uillis/ac prediis Horchię/ubi ad hec tempora ſunt fora Annia·

Annia queſtio·xxiii·

QVERIS itẽ de tetrapoli:quid eſt tetrapolis? Reſponſio· Eſt quadriurbs ſiue quadrata urbs/continẽs quatuor magna oppida:ut Etruria quę cõtinet Volturnã:Vetuloniam:para Tuſſam:Arbanũ· Tripolis uero cõtinet tres magnas urbes:ut Aretium:& Peruſia quę cõtinet oppida Griphoniũ: Vibiũ Acheũ:& Meonẽ Turrhenũ:ut qõne·viii·expoſuimus· Dipolis uero cõtinet duas magnas urbes:ut Balneoregiũ qđ continet Ciuitã & Rodam· Similiter Tuſcanella continet Ciuitã ueterẽ & nouã· Pari forma Nuetũ nunc Cornuetũ/ latina uero interpretatiõe Grauiſce quę continet Caſtrũ nouũ & uetus· Qđ ſignificat Sillius in·viii·li·ubi dicit· Et ueteres miſere Grauiſcę· Porro monopolis quę cõtinet unũ oppidũ: ut Balnearia:Capyna:Blere:Veianũ & eiuſcemodi· Et de his Xenophon libro de Equiuocis ſic habet· Antiquitus:Monopolis ruſtica erat:Dipolis uero opulenta:Tripolis:quę ꝓuincię caput eſſet· Tetrapolis uero regia:quã toti regno ac·xii·coloniis priſcis principibꝰ regni ꝑfectam inſtituebãt: ut Samotratia: in qua eadẽ tetrapolis cõſtituta/ ex Samo:Neſſo:Tracia:& Saona·xii·primis/poſt Acticũ diluuiũ urbibus ꝑfuit· Sed copioſiſſime de Tetrapoli docuimus in comẽtariis ſupra eundẽ Xenophontem·

Annia queſtio·xxiiii·

QVERIS de Volturna & regionibus intra eã:atq; origine uocabuloꝝ eius:quę ſupra queſtione·xii·memoraui? Reſponſio· Siue ſine ſincopa Volturrena/ſiue ꝑ ſincopam Volturna:utiq; illi eſt origo Etruſca:a Vol & Turrena/ideſt priſca & antiquiſſima Turrena: ut ſupra ſepe explanauimꝰ· Hec una urbs ex tetrapoli urbe regia fuit utpote quia ad eius fanũ regium indicebant᷑·xii·populis concilia regni· Prima eiꝰ regio adhuc Etruſco uocabulo dicitur Parazol ſiue Parazolũ· Teſte noſtro linguarum interprete Talmudiſta Samuele: Par apud antiquos Arameos erat equiuocũ ad haſtã/coronã & principatũ/quẽ Hebrei Sara & Aramei Para dicũt· Verum non uidetur mihi multũ equiuocũ: quia ueteres haſta ꝓ ſceptro & corona principatus utebant᷑:ut Trogus aſſerit:& Iuſtinus cõmemorat ultimo Epithomatũ· Zi uero a cõſilio deriuationẽ habere/nõ ſolũ Samuel:ſed etiã diuus Hieronymꝰ cõſentit in libro de interp̄tatiõibꝰ· Vñ ubicũq; zi·za·zo·addit᷑ cõſulatũ ſignificat:ut Veiuzi:Paraz:Parazolũ:Parazim· Quos enĩ Greci & latini a Perſeo Perſas uocãt:eos Hebrei Paraz & Parazim noiant ideſt coronatos ſiue haſtatos cõſulares principes· Et Veiuzi a Veis ſunt curules cõſulares prĩcipes: Hinc Parazolũ:eſt Volturnę p̄s regioq;

extrema circa F·A·V·L· interp̄tata haſtata ſiue coronata cōſularis antiqua & priſca·Ol eni & Vol ut ſupradiximus priſcū & antiquiſſimū ſignificat· Duo ergo ſunt argumēta hanc Volturnā fuiſſe regiam:cū quia ad fanū eius regni conſilia·xii·populis indicebant᷑:tum quia principiū eius collis dicit᷑ Parazolū ideſt coronatū cōſulare priſcū·Secunda regio eſt Porticella quę & quadriera: quia ibi pomeriū quatuor æreis litteris F·A·V·L· ſacratū fuit: ut nomen ipſum arguit· Tertia regio dicit᷑ Seuaſtos pan:ideſt Auguſtus Siluanꝰ: q̄a Siluano Auguſto ſacer fuit F·A·V·L ideſt Lucus ingens:ut Virgilius in·viii·Eneidos inſinuat· Teſte autē Seruio ſuper Eneida idem eſt:Inuus:pan:& Siluanus· Quarta regio dicit᷑ Capitolium:quia in Etruria urbe clara tum uate Oleno Caleno/& eo loco deſcriptū primū fuit Capitolium q̄ Romę conſtructū:ut auctor eſt Plinius libro·xxviii·ca·ii·& Dioniſius Halicarnaſſeus in geſtis Tarquinii ſuperbi· Vltima eius regio eſt/quā ab eccleſia/planū ſancti Fauſtini dicimus:& a domicilio Itali/Stic/Kity/Arim uetuſtiſſima Etruſca lingua contractus nominā t:quos in Archiuis ſernant fratres noſtri heremitani· Nam Aramei Kity/Hebrei Kityn proferūt:& eſt propriū nomen Atlantis Itali ſoceri Coriti ex Electra filia:quē Moyſes & diuinę litterę atqꝫ Beroſus uocant Kityn Vnde ubicūqꝫ in diuinis litteris eſt Kityn: ſeptuaginta interp̄tes tranſtulerūt Italum & Italiā· Nam teſte Fabio pictore Italus condita Capena iuxta Auentinū & thyberim:& defuncto fratre Heſpero qui Etrurię metropoli p̄erat:ipſe ibi preſedit/ & totam Italiam a ſe nominauit· Arim igit᷑ & Arin ſublimitatē ſignificat· Stic uero domiciliū:ut Talmudiſtę exponunt· Vnde Stic kiti Arin:interpretant᷑ domicilium ſublimis Itali·Argumento ſunt etiam ibi Kitei tituli/litteris Etruſcis inſcripti/& nomen loco Volturnę olim Stic kiti Arin nūc planum ſancti Fauſtini/a porticella ad ſanctū Franciſcum:imo ab ipſa eccleſia ſanctę Trinitatis exorſum·Sed copioſiſſime hec explanauimus ſupra Beroſum & alios·

Annia queſtio·xxv·

QVERIS de ſecunda urbe ſiue parte quadriurbis Etrurię dicta Vetulonia:quę ſit illi & eius regionibus origo & ſignificatio? Reſponſio·A Veis & curris Vetulonia dicta eſt/& philarchatu ideſt principatu populorum & gentiū: ut in·v·antiquitatum Beroſus inſinuat·Eſt igitur Aramea & Barbara origo a Veis/ideſt curribus/ & Lomnimis ideſt philarchis:ut talmudiſte ac diuus Ieronimus interpretat᷑·A Lomnimis autem urbs Lonia deriuat᷑ ideſt philarcha:Hinc Babillonia ideſt Babel tribuum philarcha:& populonia/puppium philarcha:& Ituloniū ideſt Iuppiter philarcha·Itum enim Iouem & fiduciam Iouis Etruſci dicūt:ut Macrobius ſignificat in Saturnalibus· Eſt aūt Itulonium/ut ruinę oſtendūt maxime quātitatis templū cum domibus ſacerdotum in agro olim Populonienſi:& erat deus princeps Populonioꝝ/& Puppium/de quo Plinius in·xiiii·naturalis hiſtorię ca·ii·dicit/quaſi mirabundus:in urbe Populonio Iouis ſimulacrum / ex una uite tot ęuis conſpicimus incorruptū· Vnde & quia urbs metropolis erat maritima:dixit in·x·Eneidos Virgilius:Miſit Populonia mater ideſt puppium philarcha/quia Popum Etruſci:puppim dixere Romani·Hinc & ipſa metropolis Populonium: & princeps eius deus Itulonium:cui prepoſita cōſonans de more dicto in queſtione·vi· dicit᷑ Vituloniū

& non Vetulonium ut quidam falſo in Ptolomeo ſcripſerunt· Nam deriuatio alia eſt a Veis/alia ab itu:& item Vitulonium templum fuit/ut ueſtigia indicant:Vetulonia uero quadriurbs regia Etrurię: a Veis & Lomnimis Lucumonibus dicta:ut diximus· Fuit igitur non ſolum Volturrna : ſed etiam Vetulonia pars quadriurbis/regia curulis:ubi prime·xii·faſces date ſunt a Iano/ & qua decorati atq; donati fuerunt poſtea Lydi:ut Beroſus in fine quinti indicat: & Sillius in·viii· docet hiis uerbis· Męonięq; decus quondam Vetulonia gentis: Bis ſenas illa primas dedit precedere faſces· Et iunxit totidem tacito terrore ſecures· Hec altas eboris decorauit honore curules· Argumento etiā manet illius uni regioni/ Veia ſiue currus Aureus cum mitra Meonica:quia Lucumones uelati infulis erant:ut ſupra oſtendimus queſtione·xiii·Prima huius regio dicitᷣ Suſa:uulgo uero addita·m·Sumſa: ſicut & Capitolium uulgus profert Campitoliū·Eſt aūt Suſa nomen Arameum:a quo in Ptolomeo/& in uita Heſter ca·primo urbs regia magni Artaxerſis fuit Suſa Aſſyriorum·Eſt autem Suſa/& equeſtris eadem: qm̃ quos equeſtres Latini/ Suſas dicunt Aramei/ut Talmudiſtę aiunt·Ergo regio Vetulonię Suſa ideſt equeſtris erat/ubi Aſtures ideſt domini equeſtres & quadrigarum erant:uicus utiq; illuſtris domino quadrigarum Cecinna:cuius meminit Cato in fragmentis dicens·Grecas litteras & diſciplinas & ob id Latinas Etruſci horruerunt:neq; Latinas uoluerunt ſuſcipere uſq; ad Cecinnam Volturrenum/magiſtrum quadrigaꝝ & auguꝝ principis:patrem Menippi: & auum Menodori/ q̄uis ante eum pater eius Volturrenus auuſq; Titus/ac proauus/Turrenus/ſemꝑ Romanis principibꝰ cariſſimi/ad eas recipiendas urgerentur·Nam ipſe Turrenus/patre Elbio Volturreno/regum Etruſcoꝝ ultimo/ad lacum Vadymonnis ceſo:ad reddendam urbem Etruriam/anno ſecundo Olympiadis centeſimę quarte allici potuit:ad recipiendas uero latinas litteras:nunq̄ ꝑſuaderi potuit·Hec Cato· Qđ uero equeſtris regio hec dicta Suſa eſſet finitima Volturnæ/nō ſolum nominis interpretatio ꝓbat:ſed eius regio ſub podio dicta Seddię ideſt Sellę curules·Sedda enim ſicut & Sedia:ſella Romane dicitur: ut Feſtus indicat·Duces enim exercituū apud Turrenos donabantᷣ ſceptro:& ſella curuli/& toga purpurea/& litoribus/uti & Lucumōes:ut Diodorus Siculus ſcribit in·vi·li·Hec igitur prima regio Vetulonię Suſiana ſedes eſt·Sequitur hanc immediate Ciochola:ideſt matricia/ut inſinuat Beroſus a Cy· & Ocholam quod eſt materna habitatio·Forte quia omnium regionum & uicorum Vetulonie/caput ſecundarium ut mater erat·Nam ut pater erat hanc ſequēs regio/uſq; ad Sipalim & fontem eius:que dicta eſt Seddie carri/quia locus huius ſub ſancto Sixto Seddię ſimiliter ut Suſę nominantur:& illi inſigne/eſt Veia ſiue currus aureus cum infula Lucumonia/quia ut diximus Lucumones uelati erant infulis·Quare in annuo magiſtratu in hac regione cōſiſtebant lucumones cum ſuo Larthe:Et ideo ut pater omnium regionum erat·Ciochola/ut mater·Suſa/ut equites ac defenſores·Quinq; uero regiones Volturnę ſolum uates ſacerdoteſq; & augures ac gygnaſia litterarum continebant·Vnde in ea Pomerium:littere quatuor/ Seuaſtos Pan:& Ollenus Calenus princeps augurum/& illi ſoli utpote religioni principans dicatus eſt Lucus ingens·Non enim Arbani:aut Tuſcę:aut Vetulonię/ſed fanum Volturnę dicitur·

Quod ꝑfecto uir ingenio preditus Hermolaus deprehēdit:dum Faluceres Volturrenos expoſuit/quaſi fani luceres/& ꝑ lucumones·Itaq; poſt Cyocholā a porta ſancti Mathei ad fontem Sipalis regio eſt currulis lucumonia:& cognomine Lambyrintus·Cauſam nominis quidā exiſtimant ꝙ dn̄s Nicholaus Piſtorienſis Cardinalis Theanēſis in ea regione concidit formauitq; Xiſtum: & in eo Lambyrintū ſub Pio·ii·Pontifice cōtexuit:& ab ipſo Lambyrintus nomen accepit·Sed obſtat tempus· Nam longe ante Pium ſub Eugenio papa/me puero exiſtente: in nuptiis dn̄i princiuallis Gatti/pars iuuentutis Viterbēſis ueſte inſignita curru:pars uero Lambyrinto prodibat:ut nouerint hii iuniores/inſigne currus:& cognomen Lambyrintus antiquiſſima regioni eſſe· Eſt autē Lambyrintus teſte Plutarcho in uita Theſei omnis carcer:qui nihil aliud habet incōmodi q̄ ꝙ qui intrat exire nō poteſt:quē illi lambyrintum Latini uincula:& Florentini Stincos uocant·Ergo quia iuxta reſidentiam dominoꝝ ſunt carceres uinculaq;: & hec regio Larthis & Lucumonum erat:nō mirum eſt:ſi ea regio uincula & lambyrintum teneret·Et hic lambyrintus lucumonius inſignis eſt non modo gloria lucumonia/ſed & lambyrinto latrocinatoris Cacci:quem Tarcon rex Turrenus teſte Solino in uincula coniecit·Sed proditione Megalęs Lucumonis fruſtatus uincula:paulo poſt ab Alceo Hercule interemptus fuit:ut idem ſolin⁹ aſſerit· Sipalis quarta Vetulonie regio eſt/a magno fonte uſq; ad Vetuletum·Cauſam nominis ꝗdam dicunt eſſe a Sipunculis fontis·Sed tempus & inſcriptio obſtāt· Tempus quidem/ quia ante Sipalis regio/ dicta eſt ut fert fama:q̄ Fons nouellus fieret · Inſcriptio eſt ſub ſtatua Cybelis litteris Etruſcis hoc pacto· Veiuzo oppido hoſpita Iſis:hoſpita fuit conuiuatrix/in domo Tiles decoratę Iunonis/& ducis Sypi:anno etatis eius xv· Veiuzum autem oppidum pars Viterbenſis eſt/a qua ſempiterno cognomento Veiuzi dicimur & Iuzi: ut·xiiii·q· diximus·In hac parte Sypus dux habitabat ut inſcriptio habet· Et Sipus erat pater Cybelis quam locauit Iaſio/& cum qua recepit Iſidem hoſpitam ad conuiuandum:ut aſſerit Beroſus in·v·antiquitatū & in·ii·& inſcriptio aſſerit·Quare ubi Sipi ducis domus/ibi Sipalis regio & Veiuza·Eſt autem Veiuza:ut in ſuperiore queſtione diximus:currulis conſularis:quia ibi ciues habitabant Senatorii & conſulares·Et quoniam inportuna finitimoꝝ inſultatio de nomine Iuzo & Veiuzo/ ciues defatigauit:iam incipiūt noſtri ciues relinquere nomē Veiuzum· O ciues/O ciues potius ueſtras antiquitates reaſſumite:& finitimis potius inſultate/ꝙ inſaniant/ſuiſq; antiquitatibus detrahant·Qđ ſi qui habitant in quinq; regionibus Volturrnę pudet uocabula Parazolum & Stic kiti Arin edicere:ſaltem latino utantur uocabulo/& dicant:Ego talis Volturrenus haſtatus:uel Pomerinus: uel Siluanus:uel Capitolinus aut Italicus·A regione ſua quiſq; ſe cum cōmuni Volturreno urbis nomine notat·Similiter & de Vetulonia a cōmuni & proprio regionis nomine·Ego·N· Vetulonienſis Suſianus: uel Ciocholus: uel curulis aut Veiuzus : ſiue Vetuletus: uel Cercina:uel Spurinellus:aut Metallius ſiue Faulus· Nam quia a PontRemolo ad Faul inhabitāt/quoniā Py Attani & de ualle Piatta uocant᷑/quod eſt FAVL ut diximus queſtione·xii·idcirco antiquitus Faules dicti ſunt/& kata Faules ideſt deſcendentes a faulibus Greca ſimul & Aramea lingua adhuc uocamus·Hec regio illuſtris eſt Faula puella· Premium uirtutis greci Herculis: ut dicit Verrius·Metallii ſunt qui collem ſancti Simeonis & ſancti Nicolai incolunt uſq; Sipalim Veiuzum·Nam eum collem Metalliarum uulgo dictus/eſt a Paleologis/qui Gothos inde expulerūt duce Narſette Paleologo·Vnde nomen grecum eſt/a Metallo uerbo/ideſt ꝑſcrutor· Clara olim regio/gygnaſio publico Turreno· Etenim ut autor ē Diodorus in·vi·li·Turreni perſcrutatiõi rerum naturalium & theologię;plurimo tempore inpenſo:precipuę interpretatiõi fulgurum uerſati ſunt:adeo ut etate mea toti orbi admirabiles ſint·Hec Diodorus·Hic me collis genuit anno ſalutis· M·cccc·xxxvii·in uigilia epiphanie·antea ferme decem menſibus nato conſobrino meo motore harum queſtionum/in eodem Vetulonienſi Metallio colle/ac domo herente regioni Spurinellę/a quo Spurina cognomentū tenuit: de quo Valerius maximus li·iiii·ca·iiii·Quod inquit ſequit᷑ externis annectam :quia ante geſtum eſt/q̄ Etrurię ciuitas dederetur· Excellentis ea regione pulchritudinis adoleſcens nomine Spurina/ cū mira ſpecie compluriū feminaꝝ illuſtriū ſollicitaret oculos/ ideoq; uiris & parentibus earum ſe ſuſpectum ſentiret:oris decorem uulneribus confudit: deformitatemq;/ſanctitatis ſuę fidem/q̄ formam ſomētum alienę libidinis eſſe maluit·Sit ergo Vetulonienſis Suſa inſignis equitibus:Ciochola patriciis:lambyrintus Larthe ac Lucumonibus:Veiuzus Sipalis conſularibus uiris/& domo Sipi ac Cybelis:& Iſidis aduentu ac nuptiis Iaſii:Certe collis Metallius doctrina nitet:heretq; illi a tergo Spurinella Etrurię/regio pudica olim:& a dextris Cercinę regio in qua Atlas Italus Kitin/ex Pleyona Pleyades genuit·Nam Pleiades Barbari Cercinas uocant:& patriam quoq; earum teſte Diodoro Siculo in·iiii·li·Mauri Cercinę nuncupant·Quę etiam copioſe ꝓbauimus in comentariis;ſuper Fabium pictorem atq; Beroſum·Porro regio Vetuleta a loco ubi Vetuletū dicimus incipit/& ad portam ueterem clauſam iuxta Salicicchiam finit·Exiſtimo ibi Vetuloniam cepiſſe & ob id ei uico regioniq;:precipue;nomen remanſiſſe:& ob id principatu antiquitatis alias regiones Vetulonię precellere·

Annia queſtio·xxvi·

QVERIS;an Turrenam Grecus Hercules attigerit: quia dicis Faulam puellam fuiſſe premium uirtutis eius· Reſponſio· Lactantius in primo diuinarum inſtitutionum libro : de propria religione Romanorum dicit eam fuiſſe ſcortum Herculis/& ꝓducit Verriū·Tamen in fragmento Verrii/quod magiſter Guilielmus Mātuanus collegit:non utitur uerrius uocabulo ſcortum ſed premium·Sic enim iacēt eius uerba·Accam larentiam Fauſtuli Thuſci uxorem:ꝙ heredem inſtituerit Romulus:ſacris parentalibus donauerunt· Tuſcam item adoleſcentulā Faulam quia uirium Alcei premium ad lacum Cyminium Fanumq; Volturnę fuit: in deam retulerunt·Hec Verrius· Qđſi hoc eſt eſſe ſcortum & cōcubinam iddem:utiq; ſcortū Herculis fuit Faula:que illi non fuit uxor· Si item uis certius habere Argonautas Argeoſq; principes/a portu Thelamonis per fanum Volturnę/Cyminiumq; lacum profectos fuiſſe ad Euandrum/Romę degentem:hoc tibi pandet eorum iter·Nam a Thelamonis portu in Cyminia iuga/& inde Romam profectos autores prodūt· Nam Diodorus in·v·libro apertiſſime dicit Argonautas ueniſſe ex hiſpania in Li tus thuſcum:& portum tenuiſſe qui ab uno eoꝝ principe dicit᷑ adhuc Thelamonis portus:& ut ſequitur:hic portus eſt iuxta Turrenā·quo loci habes ꝙ Turrena hic pro Etruria urbe non prouincia accipit᷑·Et ita iſta eſt uera/portus Thelamonis eſt in Turrena & intra limites eius/pro prouincia:Et hec ſimiliter eſt uera/portus Thelamonis non eſt in Turrena neq; intra limites eius/ ſed iuxta Turrenam:ut ſupra dictum eſt:queſtione·xvi·& queſtione·ix· Huic portui proximus eſt portus Herculis:argumentū uidelicet/ubi primum applicuerunt Argonaute:a principe Thelamone nomen impoſitum:Et ubi a naui deſcenderūt in cōtinentem/ ut in regiam Tuſcam & inde ad Euandrum pergerent:ab Hercule nomen inditum·Diſtat aūt a Turrena portus Herculis / itinere diurno equeſtri : paulo uero amplius Thelamon·Et ideo Diodorus dixit Turrenam eſſe uicinam Thelamoni· Ab eo igit᷑ profecti in Cyminios populos uenerunt/ut autores ſcribunt: in quibus ut patet: regia regum Lucumonū erat Fanum Volturnę:Larthes uero erat Tarchon iunior: qui paulo ante/Caccum in uincula Lambyrintumq; Vetulonię cōiecit:ut in precedente queſtione poſuimus·Quod uere inde Faulam puellam/premiū uirium Herculi lucumones dederint:ut ait Verrius:hoc autores ſic exponunt / ſicut refert Seruius/ ſuper illud Eneidos/Et cymini cum monte lacum· Fabulant᷑ inquit/ dum Hercules ad Euandrum pergeret ueniſſe ad Cyminos populos:ſubaudi Lucumones·xii· populoꝝ Etrurię·Quibus petentibus ut uim ſuam oſtenderet/ infixit terre uectem ferreum quo exercebat᷑:Cumq; illi ſcilicet fortiſſimi Lucumones non poſſent extrahere:tandem rogatus Hercules ſubſtulit: & mox ſequuta ꝑtuſum immenſa aqua/ lacum Cyminium effecit·Nec eſt hoc fabuloſum/ſed naturale/ꝙ terra pertuſa emittat aquas ſublatentes:qualis eſt illa conca lacus Cyminii/& ius terrę/de qua Plinius in·ii·naturalis hiſtorię ca·xcviii·in ſilua inquit Cyminia loca ſunt in ꝗbus/terrę depacta non poſſunt extrahi·Et ideo non fuit miꝝ ſi lucumones ad temptandas uires Herculis illuc eū duxerint:Et aquę quibus habundant loca Cyminia ut cernimus:pertuſum uiolenter ſequutę eruperint:& ſenſim illam concam oppleuerint & lacum effecerint:quem a monte qui adhuc Ciminus prima ſyllaba producta dicitur/tam ſiluam/q̄ iuga/ & regionem / lacumq; Cyminium nuncupant:& ab elbio ultimo Larthe patre Turreni:uicus Elbii a Ptolomeo ſcribit᷑:& a uulgo lacus uiti nominat᷑· Deniq; quod Argonaute principes ſimul cōitati Herculem fuerint uſq; ad Euandrum/autor eſt Varro:qui Argeum nomen Romę/& in capitolina Saturnia eſſe dicit:quia Argei principes cum Hercule ad Euandrum uenerunt:& in Saturnia ſubſederunt/que ad capitolium fundata erat:ut ample expoſitum eſt in comentariis ſuper Fabium pictorem· Habes igit᷑ iter uerum atq; certiſſimum Argonautaꝝ per Thuſciam a portu Thelamonis & Herculis/uſq; in Volturrenam regiā quidem cōmune·At a Volturrena uſq; ad urbem Romā per iuga Cyminia/qđ nūc cōmune eſt/ tunc erat externis inuiū: ut ait Liuius in nono ab urbe condita· Verū Lucumones qui Herculem Faula puella/quam forte uiſam adamauit donauerūt: etiā ſecretum & inconceſſum externis iter prebuerunt·Et ita iter quod nunc eſt ab urbe Roma ꝑ iuga Cyminia in Volturnā/nunc Viterbum/& ipſum ſimul nūc Viterbum tunc Etruria & antiqua Turrena:illuſtra ſunt Herculis Greci & Argonautarum peregrinatione & uirium oſtentatione·

Annia queſtio ·xxvii·

QVERIS de Cecinna Suſiano/cur Plinius illum Volaterranum dicat li·x· naturalis hiſtorię ca·xxvi·dicens·Cecinna Volaterranus equeſtris ordinis/quadrigaꝝ dn̄s/cōprehenſas hyrundines in urbem ſecum afferens uictorię nūtias amicis mittebat/quę in eundem nidū remeabant illico uictorię colore· Reſponſio· Tria ſunt argumento ꝙ liber mēdoſus eſt·Primum/quia aſſuetus eſt impreſſor ſtomachoſas & ridiculoſas mendoſitates in nominibus urbiū Thuſcię ponere/& aperto mendacio Volaterranos/ꝓ Volturrenis ſcribere:ut ſupra ꝓbauimus:queſtione·xx·Secundo/ab interpretatione nominis quia ſi Thuſcus eſt equeſtris ordinis· Ergo Thuſcus Suſianus· Tertio:quod omnino cōuincit eſt genealogia eius:quia hic Cecinna Augur equeſtris ordinis/& quadrigaꝝ dn̄s:fuit Volturrenus/ꝓnepos Turreni/qui urbem Etruriam Romanis reddidit:ut clare in fragmentis Cato ſcribit· Ideo caue ab impreſſorum & ſcriptorum creberrima uicioſitate:ſi non uis cum cecis ducibus cecus in foueam cadere·

Annia queſtio·xxviii·

QVERIS de tertia urbe/quadriurbis Etruriæ : dicta uulgo Etruſco / Para Tuſſa deq; origine nominum & regionum eius· Reſponſio·Tuſſam/Romani Tuſcam proferūt ut diximus·Eam dictam a rege Tuſco filio Herculis egiptii/ qui eundem filium ſuum Vetulonię coronauit regem deletis Leſtrigonibus : autor eſt Beroſus in··v·antiquitatum:& Feſtus breuibus abſoluit dicēs:Tuſcia dicta eſt a Tuſco rege filio Herculis·Verum/quia ſub Iano quadriurbs Etruria condita eſt:ut Beroſus Cato:Fabius pictor/& alii Plures conſcribūt/ & Ianus lōge Herculem egiptium & filium eius Tuſcum preceſſerat:conſequens eſt/ut hec tertia Etrurię urbs nomen ſibi propriū tenuerit·Dicimus aūt illam uulgo para Tuſſam ideſt haſtatā ſiue principem & coronatam Tuſcam·Quare coniectura eſt/prius illi nomen Etruſcum fuiſſe Para·quod grece Longhola a longhe haſta:& Latine haſtata per interpretationem dicta eſt·Vnde ſicut Viterbum cōi cognomine dignitatis prius Etruſce lucumonium:inde greca interp̄tatione Paleologum/& ultimo Latine Viterbum dictum eſt:ita hec eius pars tertia prius ſub Iano Para:deinde ſub Pelaſgis / qui ſacrauerunt·F·A·V·L·per interpretationem dicta eſt Longhola/ & ob id uicus lōghus & Latine haſtatus dicitur· Tuſſa aūt ideſt Tuſca:a filio Herculis dicta eſt·Hanc portiōem fuiſſe regiam/ex multis patet·Primum:quia Para Tuſſa/eſt haſtata & coronata Tuſca:ergo regia·Secundo/quia quelibet pars quadriurbis regię:regia eſt: & hec eſt pars quadriurbis Etrurię regię:ut ſepe explanauimus· Tertio/quia deus regię urbis utiq; in parte urbis regia colitur·Ergo hec Tuſca iuxta Volſinos regia erat:quia in ea Vertūnus/qui eſt princeps deus Etrurię/teſte Varrone in primo de lingua latina:in hac Tuſca colebat᷑:ut Propertius in Elegia Vertunnia aſſerit:ubi inducit ip̄m Vertunnum dicentem/non ſe penitere/ ꝙ in bello Sabino Romam uenerit ab urbe Tuſca in focis Volſinienſibus· Hec enim ſunt eius mithica uerba·

Tuſcus ego:Tuſcis orior nec penitet inter/ Prelia:Volſinos deſeruiſſe focos·

Quando uero fuerint hec prelia:inſinuat paulo ante finem Elegiæ dicens·

Tp̄e quo ſociis:uenit Lucumonius armis: Atq; Sabina feri:contudit arma Taci•
Vidi ego labentes acies/& tela caduca/ Atq; hoſtes turpi terga dediſſe fugę•

Igit' huius regię partis Tuſcę/prima regio olim dicta eſt Craniſa ſiue Razena/a filio Iani qui ibi ei ſucceſſit:ut Beroſus I•v•antiquitatū aſſerit:a quo Etruſci ſiue Turreni ſeſe uti a duce Razenos uocant : uti Myrſilus & Dioniſus Halicarnaſſeus in primo libro ſcribētes:Romani inquit uocāt Etruſcos a prima metropoli ab his habitata dicta Etruria:ſe autē ipſi Razenus uocant a duce Razenua•Hec autē in commentariis Myrſilianis & Beroſianis uberius a nobis expoſita ſunt•Sunt quoq; argumento/ꝙ a porta Salicicchia ad principium Macelli maioris/prima Tuſſę regio:ſit cognomina Razena & Craniſa/a Crano filio Iani cui fuit cognomen Razenua:qa adhuc fonti proximo & herenti huic portioni/nomē a regione extat Craniſus:& in domo domini Michaelis archangeli Caprini/qui inicia Macelli maioris incolit/ſuperioribus annis erant ueſtigia turris dictę Razena•Et hoc conſonat ei/quod Beroſus ſcribit in•v•antiquitatū dicens•Aruns nepòs Iani/templum Iano Vertunno ſtatuit/& Craon patri ſuo lucum in Vetulonia ſacrauit/ & inter Iſos ideſt deos annumerauit:& ipſi deo Razenuo in Vetulonia templum condidit•Si autem bene cernimus/ubi nunc edes ſancti Ioannis in Petra:ibi finis Vetuleti/& principiū Tuſſe & ibi nomina fontis Craniſi & turris Razene•Quare argumentū eſt:circa ſanctū Ioannem in petra fuiſſe lucum Craniſi ubi ſunt a Salicibus & florentibus arboribus/Salicicchia/& Florita porta/& uicinus Craniſus fons luci:& ibidem Razenui templum/cui uſq; ad turrim deletam Razenam ſacra erat regio•Et ideo hec prima Tuſſe ſiue Para Tuſſę regio/Razena & Craniſa dicebatur/preclara luco & templo Crani dei Razeni regis:a quo ciues regię Etrurie ſeſe uocabant Razenos/nō Turrenos & Etruſcos:ut ſupradicti autores aſſerunt• Nec moueat te/ꝙ mutato•r• in•l• nō Razenam turrim/& Razenuam criptam ſed Lazenam & Lazenuam proferat uulgus:Primo/quia loca non illi ſacra retinent R•ut Razenus amnis quem corrupte quidam proferunt Razanum:& Razenenſis regio ubi predia habuit: ut nom̄ ipſum accuſat•Porro hec loca illi ſacra erāt uidelicet: prima regio Tuſſę/ ubi turris olim Razena:& delubrum eius ubi cripta Razenua• Ergo dici debent Lazena & Lazenua:quia in ſacris ſolet lr̄a•R•in•L•mutari•Cui argumēto eſt:ꝙ Auentinum montem ſua etate noluit Romulus ut coleret':ſed ipſum fratri ſuo Remo ſacrauit: ut Fabius pictor dicit:& ipſum a fratre Remo Remuriam nominauit:ut Plutarchus in uita Romuli ſimul cum Latinis ſcribit•& quia ſacer erat Remo/nō Remuriam ſed Lemuriam dixerunt•Quod certe Ouidius repetens: in•v•de Faſtis dicit• Romulus obſequitur:lucemq; Remuria dixit: Littera nanq; toto/nōie prima fuit Aſpera mutata eſt in lenem tp̄e lōgo: Mox etenī Lemures:animas dixere ſilentū• Et eodem modo aſpera•r•in lenem•l• mutata eſt/tempore longo/ ac religionis ritu/ Razenam/& Razenuam in lazenam & Lazenuam:conuerſa ſunt•Sequitur hanc Razenam regionem/Demi Atus:clara ciuibus regiis Meonię ac Turreno ampliatore Terbo:ut non modo Deſiderii decretum dicit:ſed nominis interpretatio infallibiliter conuincit•Eſt enim Demi Atus:populus Atus/patris Turreni regis Meonię•Deleta eſt etate mea Turris nomine regionis dicta Demia Atus: ubi decretum

Deſiderii/exciſum lr̄is Lōghobardicis in alabauſtro/effoſſum habemꝰ·Vicus Longhus grece:Para ideſt haſtatꝰ Etruſce:inclytus ē coronatiōe Larthū & haſtatiōe regum/& ducū exercitus:ut nomen ꝓbat· Hinc tota urbs para Tuſſa/ideſt haſtata & regia Tuſca dicit᷑·Gaiolę quarta regio in lōgitudine pontis para Tuſſi unde nomē habeat nōdum cōpertū habeo· Querendū eſſet in cōtractibꝰ uetuſtis:ſi ea regio aliquo priſco Arameo & Etruſco uocabulo tūc diceret᷑:ꝗa noīa antiꝗtatis priſca locoꝝ ſunt argumēta infallibilia originis ipſoꝝ: ut oēs hiſtorici aſſerunt/utunturqꝫ·Pons aūt para Tuſſus:cū nullus ſit pons:cōſtat ipſum nō latina/ ſed Etruſca olim lingua dictū pro fluento diſtinguente inter Tuſſam & Aſcreanū & Arbanū:ut declarauimus ſupra in queſtione·xii·

Annia queſtio·xxix·

QVERIS de quarto oppido Arbano & regionibꝰ eius:noīa & rōnes eoꝝ atqꝫ origines?Reſponſio· Vt in comentariis ſup Xenophontē oſtendimꝰ· Arba eſt nomē ꝑtinens ad linguā Arameā & Hebreā:& ſignificat quatuor: & loco impoſitum ſignificat urbem regiā·Si uero ab Arba dicat᷑ Arbanū:ſignificat partē quadriurbis regię & ideo cum Volturna:Vetulonia:Haſtata Tuſca:ſint tres partes quadriurbis Etrurię regię:ut iam oſtendimus:equidem reſtabat quarta pars regia quę exprimit᷑ Arbano priſco nomine:quod Plinii corruptores Herbanū pro Arbano ſcripſerūt:ſiue cū aſpiratiōe/ſiue abſqꝫ aſpiratione uelis ſcribere·Eū ut in comētariis uidebimus diuidūt auctores in duas regiōes/Calumbū & Muſarnū·Muſarnus collis eſt:ubi dicimus caſtrū Herculis· Vñ & a cognoīe Herculis collis dicit᷑: nō ꝗa illud Muſarnꝰ Hercules cōdiderit qđ ſub Iano añ Herculē fuit:ſed ꝗa ibi palatiū fundauit ꝓ coronatione Tuſci filii·Cōdidit tñ urbē iuxta Coriti Lyanū:quā adhuc Muſarnā appellāt:& cuiꝰ ruinę uiſunt᷑:& de qua cōtractꝰ nr̄i cōuentus aiūt Agellū noſtrū eſſe in ciuitate Muſarna·In Ptolomei geographia repies Muſarnos pp̄los/& Muſarnā urbē in Gedroſia & Carmania·Sane ut Beroſus ait/Lybio egyptio fuit nomē Lybiꝰ:cognoīa uero Hercoles:Arnꝰ:Muſarnꝰ·Hercol ideſt pellitꝰ totus dictus eſt:ꝗa toto corpore ferinis pellibus ante inuēta arma/ꝓ armis tegebat᷑ ad ꝓpulſandas iniurias:ut ī primo libro Diodorus aſſerit· Item ab inſigni & corꝑis robore cognoīatus eſt Arino/& ꝑ ſincopā Arno: ideſt leo famoſus:uti ait Beroſus/& Talmudiſtę interp̄tant᷑· Porro ab doctrina militari/ & initiatiōibꝰ militię dictꝰ eſt Muſarnꝰ ideſt doctor leo famoſus:& ciꝰ milites Muſarni·i·diſcipuli Herculei·Hic Hercules iniciamentis & incantamētis bellicis deditꝰ fuit/& nō filiꝰ Alcmenę:ut Greci cōfitent᷑:& Diodorus in·vi·li·aſſerit·Et iō Muſarnas colonias dixit:ideſt doctas leone famoſo· Vnde initiationē militarē Tuſcam ipſe(ut exiſtimo)docuit primus:ꝗa Muſarna eiꝰ ciuitas: haud ꝓcul Vadymōnis lacu eſt·Collis uero Muſarnꝰ Arbani dicit᷑ ꝙ ibi palatiū conſtruxerit & milites iniciatos filio ſuo Tuſco reliquerit: nō ꝗa illū primꝰ fundauerit Pars uero Calūba a Calubu egyptia lingua/aut meliꝰ a Calūbo Arameo uocabulo: qđ teſte Samuele nr̄o/uiride ſignificat:a quo nō abeſt interp̄tatio diui Hieronymi in libro de interpretationibꝰ·Dicit᷑ autē uiride a luco ꝓximo:ut auctor eſt Myrſilꝰ· Argumēto ſunt noīa circa FAVL·edes beatę uirginis de uiride:& e regiōe btē Marię in Calūba ī fine collis Muſarni & principio collis Aſcreani·Ergo Viterbēſes corrupte ꝓfrūt in Palumba cū in Calumba dicere debeāt· Aſcreanū nōdum comperi an ſit Arameę originis• Nõ enim exiſtimo a Gygnaſio aliquo greco dici:cum urbs Etruria horruerit lr̃as & diſciplinas Grecas: & ob id Latinas noluerint recipe uſq; ad Cecinnã:ut ex Catone ſupra diximus• Annia qõ•xxx•

QVERIS Quid diſtet inter tuſcam & thuſciã:cũ alterꝝ ſine aſpiratiõe:alterꝝ aſpirate proferimus• Reſponſio• Autores quos Feſtus collegit:triplicem illi aſſignationem faciũt• Primã Grecam:Secũdam Arameam: Tertiam:Babillonicã• Prima cũ aſpiratione thuſcia/deriuat᷑/ a thuſo futuro huius uerbi thuo: ideſt ſacrifico & aruſpicor• Hinc greci a ſacrifico ritu/thuſciam & thuſcos cognoninauerunt turrhenos ut Plinius in•iii•naturalis hiſtorię aſſerit/ca•vi• Et ita ſignificat totam ꝓuinciã• Si uero fiat ſine aſpiratiõe uocabulo Arameo Tuſcia & Tuſcus/ſignificat duas urbes dictas a Tuſco rege filio Herculis• & ſignificat ſolũ eas urbes/Para Tuſſam & Tuſſam Nanam/que diruta iacet inter Tuſcanellam & Caninum• Si uero babilonice dicat᷑ a Toſco/ſignificat loca ad que nõ facile poſſunt adire homines:ut Cicero expoſuit & Feſtus refert• Hinc & curias dñoꝝ quas non facile poſſunt ingredi hõies: & rupes difficilis aditus:uocant Toſcas Babillonici:ut patet in Targũ Babillonico apud Hebreos:ꝗa ubi nos habemus conuertit rupem in fontes aquaꝝ:ibi dicit᷑ Toſca in fontes aquaꝝ• Hoc pacto oĩs ager tetrapolis Etrurię ac ſolus/dicit᷑ Tuſcia & urbs Tuſca Etruria:ꝗa ad lucumones difficilis patebat externis aditus• Vnde nec ipſa nunc publica uia cyminia patuit/uſq; ad ꝑdomitam Etruriã:ut patet in Liuio in nono ab urbe condita• Sola & unica erat uia/pro itinerantibus atq; ea ſtudioſe cuſtodita• nec tñ ad urbẽ ipſam regiã ducens/ſed ſub ea plus uno miliari porrecta ꝑ minionem/& camillarios atq; Tudernos:quos Ptolomeus Sudernos uocat ut extimo corrupta prima littera : ſicut eadẽ corrupta nũc Mudernũ & muri Muderni/& corruptius Maderni dicũt᷑ a ꝗbuſdam• Eã uiã agreſſus/ uenit ad lucumones eorũq; larthem tarconẽ tertiũ celer ꝓ auxilio Eneas:teſte Virgilio in•viii•Eneidos• ubi ait/ ꝓpe ceritis amnẽ/ eſſe collẽ celſum/& amnẽ egelidũ• Et ĩ egelido ꝗdem fluuio/ipſe luſtratus eſt/ad colloqum Veneris• Et in celſo colle/uidit a longe ingentẽ lucum lucumonũ: & in ſubſidentia arua uidit legiones:ubi Tarcon & Turrena tuta tenebant caſtra locis• Tuta ergo dixit quia Toſca & difficilis erat ad illa aditus• Et hoc pacto ſignificat ſolum agrum Volturrenũ tetrapolis Etrurię: qui clauditur a tergo iugis cyminiis ut cernimus & a fronte iugis Volſinienſibus• Nam in eadem parte ſunt Etruria & Volſiniũ/ ſiue Volturreni cognomine Etruſci & Volſinienſes• Rurſus a ſiniſtris finitur Blerano amne/ qui nos a Tarquiniis diſterminat:& amne Larthę/quem corrupte Marthe dicimus:utpatet in Itinerario Antonini• Hic amnis diſcernit Tuſcos/a Tuſſa Nanis: nunc Tuſcanellis• Porro a dextris eſt portio Thyberina ſecernens nos a finitima Vmbriæ• de quo Liuius in nono ab urbe condita• Excurſum inquit conſulis Fabii per iuga Cyminia ſenſerat/ſub radicibus Cyminiis iacens ora/ moueratq; indignatione/ non modo/ Etruriæ populos: ſed & finitima Vmbriæ• In hac finitima Vmbria ſunt Veilumbri:ut Albulani:Pennenſes:Amerini:& eiuſcemodi• Et argumẽtum differentie ſumimus:quia pro tota prouincia/ Thuſciam & Thuſcos cum aſpiratione ſcribunt Veteres• Pro urbe uero Para ſiue Regia/ ſine aſpiratione ſcribunt: Tuſcam/& Tuſcos/ & Tuſcanienſes• At ꝓ toto agro & populis ei⁹ atq; oppidis olim Toſcis ideſt difficilis aditus populis:

& ſine aſpiratiōe ſcribūt/& cū in p̄poſitiōe utunt᷑ in Tuſcis• Vn̄ Pliniꝰ in•xiiii•naturalis hiſtorię:ca•iiii•In Tuſcis inquit peculiaris uua eſt Tudernis/eque ac eius noīs Florētia:Aretii uero Talpana•Hic in Tuſcis & Aretii ꝑ diſtinctionē dixit:qa Aretiū nō eſt ī Tuſcis• Tudernū uero qd̄ Mudernū & Sudernū corrupte proferunt:in Tuſcis Vuſſetinis thermis eſt:a quo Tudernis uua:& ſimiliter Florentinum a quo uua florētia eſt in Tuſcis/& in fine regiōis adhuc Vadymōnę dictę• Nō enim Pliniꝰ florentiā uuā a Florētia nūc opulenta potuit dicere:cuius tūc nomen nō erat: ſed illos Fluētinos a p̄terfluēte Arno appellauit• Rurſus ut ſupra in qōne•viii•dictū eſt•Plinius dixit Romanos ſe appellaſſe Troſſulos:quia ſine pedite ceperūt Troſulū oppidū in Tuſcis/ideſt regiōe difficilis aditus•Et ſi bene aduertes quecūqꝫ in Tuſcis aut in Tuſcos inuenies:in Etruſco Viterbēſi agro nūc ſunt• Hec apud Feſtū abręuiata: a nobis explanata:a Lōghobardis cōfuſa reperies•

Annia queſtio•xxxi•

QVERIS quo pacto diuidebat᷑ tota Thuſcia/& ꝗ gentiū eiꝰ limites: & quo pacto ordinabant᷑? Reſponſio• Cato in fragmētis quę ſumus poſt Myrſilū expoſituri:diuidit eā in tres gētes/dictas i•ii•&•iii•qōne/uidelicet in Maritimā: Ciſcyminiā:trāſcyminiā•Gens maritima ſunt ut ait Pheregene:Alſiū:Agilla cognoīe Cęre:Pyrgus Tarquinię Tarcona dicta:Grauiſce:Volce:Coſę:Thelamon:Vmbro:Caput Etrurię Phaliſcę:Populoniū:Volaterrę ac uada eius•Piſa:Luca:Lucus Feronię:Luna• Secūda eſt Ciſcyminia ab urbe Roma uſqꝫ ad cyminia iuga/ a Thuſcis dicta Lartheniana cognoīe Veiens/a metropoli• In ea populi:Sabū:Larthenianū cognomīe Veiens•Soracte:Pheſcēniū:Phallaris:Flauianū:Nepe: Phaliſcanū:Sutriū:Lacus Cyminiꝰ•Gens tertia tranſcyminia eſt a iugis Cyminiis uſqꝫ Piſtoriū•In ea populi Volturrena ſub cyminiis radicibꝰ iacēs cognoīe Etruria: Aruntes ueteres cognomine Camillarii:Olena: Tuſſa Nana:Volſinę:Cluſiū:Peruſia:Aretiū:Pheſulę:Piſtoriū•Ordo aūt militaris erat:ut maritimi p̄cederēt Larthē:& Veiētes ſiue ciſcyminii ſequerent᷑ Larthē/& tranſcyminii eſſent cū Larthe•Quem ordinē poetę qn̄qꝫ exprimūt:p̄cipue in•viii•li•Sillius Italicꝰ:ꝗ legionis Thuſcoꝝ ordinē dictū deſcribēs:ſimul & ex qbus legio ipſa urbibꝰ collecta ſit a Romanis cōtra Hanibalem:a maritimis cepit dicens•Iāqꝫ ꝑ Etruſcos legio cōpleta maniplis:Rectorē magno ſpectabat nōie Galbā: Huic genus ordit᷑ Minos/inuiſoqꝫ tauro/Paſiphę:clariqꝫ dehinc ſtant ordine patres• Itaqꝫ ordo legionariꝰ circa ducē Etruſcū Galbā fuit ex ordine patrū triū gentiū•Prima fuit gens maritima antecedēs ducē Galbā: uti olim Larthē:fuerūtqꝫ milites ex urbibus maritimis:Phregenis:Alſio:Cęre:Tarquinię:Grauiſcis & Luna quę fuit his pater: ſicut fuit tꝑe Porſenę Cluſini/ꝗ fuit Romanis menibꝰ terror:quando uoluit reducere Tarquinos ſuperbos•Sic enim de his ait•

Stabāt dehinc ex ordine p̄res militū:& ſubdit•Lectos cęre uiros/lectos Tarcona ſuꝑbi Tarcōtis domꝰ:& ueteres miſere Grauiſce:Necnō Argolico/dilectū litus Aleſo Alſiū:& obeſſe/cāpo ſqualente Phregenę•Lege totū: ubi inuenies de gente tranſcyminia/fuiſſe ſolas duas urbes cū duce Galba: ſcilicet Pheſulas:& Vetuloniā:quam fuiſſe regiā curulē/togatā/armatā:principē & datricē primaꝝ faſciū laudat•Et ſubdit ꝙ ducē & hos Vetulonos ſequebāt᷑ ꝓximi Etrurię Veiētes:ut ait Liuiꝰ/ideſt tertia ciſcyminia gēs ꝓxīa Vetulonię•Vn̄ Vetulonos demr̄ans ait•Nos Vetulōos iuxta erāt Nepeſina cohors:Sutriū:Lacus cyminiꝰ/Phaliſci•& reliq̄•Vn̄ pulchro ordine

Sillius ꝑagrauit tres gẽtes/eundo ꝑ maritimã a Phregene prima uſq; ad ultimã Lunã metropolim· Deinde a luna uenit in trãſcyminiã/ubi prio occurrit Pheſula uſq; ad cyminia iuga/qbꝰ eſt vetulonia·Aqua ĩ ciſcyminiã gentẽ ꝑ lacũ cyminiũ/Sutriũ Nepe & alios populos/narrationẽ cõpleuit·Itaq; iuxta Catonẽ & alios: Etrurię gẽs triplex erat·Prima maritima:in q̃ primũ oppidũ erat circa thyberim Phregene oppidũ:poſtremo uero urbs Luna ꝓxima Macrę· Secũda gens erat trãſcyminia:cuiꝰ prima oppida erãt Pheſulę ac Piſtoriũ circa tranſitũ huiꝰ gentis in Galliã nũc Lõbardiã:ultimũ erat Etruria ꝓxima lacui cyminio quę erat tetrapolis ſcilicet Volturna Vetulonia:Arbanũ & haſtata Tuſca· Tertia gens erat ciſcyminia: cuiꝰ limes & oppidũ ꝓximũ Etrurię erat uicus Elbii ꝗ & lacus cyminiꝰ:poſtremũ Larthenianũ ſiue Veiẽs·Hec in auctoribꝰ clara cõpertaq; ſunt:ſi eos ꝑlegas·

Annia qō·xxxii·

DVBITAS & queris/cur Pliniꝰ diſcreuit inter Arbanũ:& alias tres regias ꝑtes·nã ſimul ponit Tuſcaniẽſes:Vetuloniẽſes & Volturrenos· Scđo:cur inter eas diſcernit ſi erãt una ciuitas Etruria· Tertio:ſi cõueniũt cõfines ꝑtibus his q̃tuor & toti apud auctores·Reſponſio·Pliniꝰ in·iii·naturalis hiſtorię ca·vi·ꝑcurrens gentes Thuſcię primo excurrit maritimã ordine ſuo a Luna ad Phregenas· Trãſcyminiã aũt & ciſcyminiã/nõ ordine quo fuerũt antiꝗtus:ſed quo erãt tp̄e ſuo diuiſit ĩ colonias & liberas urbes: uti ibi patet· Et ut ibidẽ apparet/liberas urbes diuiſit ꝑ lr̃as Alphabetales· Et ꝗa ꝑ aſpirationẽ ipſe ſcribit Harbanũ: hinc eſt ꝙ ſeꝑatim & q̃ longiſſime Arbanũ ſcripſit a Tuſca:Vetulonia & Volturrena:quantũ ſcilicet diſtãt inter ſe lr̃ę H·T·V·a quibꝰ illa incipiũt·Q đ uero cũ Etruria eſſet urbs una:tñ ut diſtĩctas urbes noiauit: hoc eſt quia erãt q̃tuor oppida quę tũc ꝓ q̃tuor urbibꝰ habebanť·Erat eñi Etruria tetrapolis:ut inter auctores cõuenit/eratq; regia & abſq; menibꝰ:& ſingula urbs ꝓ ſingulo & diſtincto ppl̃o habebať uſq; ad tꝑa Deſiderii regis:qđ priuilegiũ in aliis urbibꝰ nõ hẽbať etiã ſi dipoles & tripoles eſſent:ꝗa nõ erãt regię·Et ob id unico noĩe & ſub uno ppl̃o cõputabať· Etruria uero unico ꝗdẽ cõi nõie Etruria & turrena dicebať a Turſibꝰ:ſed ſingulę ꝑtes ut ſinguli diſtincti in urbe ppl̃i nominabanť·Et id fecit Pliniꝰ· Tertio ex dictis ſatis cõueniũt cõfines·Nã Cato a tergo limites poſuit:qñ dixit Volturrenã cognõie Etruriã eſſe in ſubcyminiis radicibꝰ iacente ora·Siĺiter Liuiꝰ in primo ab urbe cõdita cũ dixit: Erat Sabinis uicina Etruria:ꝓximi Etrurię Veiẽtes· Eoſdẽ limites aſſignauit Silliꝰ Italicꝰ ipſi ꝑti Vetulonię: cũ ſignificauit iuxta Vetulonios eſſe cyminiũ lacũ & ciſcyminios ppl̃os·Porro Volturnę Pliniꝰ aſſignauit a frõte Volſiniẽſes:cũ dixit Volturreni cognõie Etruſci: ĩ eadem ꝑte Volſiniẽſes·Eoſdẽ Volſiniẽſes a fronte para Tuſſę ſiue coronatę Tuſcę/ꝓ limite aſſignauit ꝓpertius/cũ inductꝰ ab eo Vertũnus dicit: Tuſcus ego: Tuſcis orior nec penitet inter ꝓlia: Volſinos deſeruiſſe focos·Siĺiter a ſiniſtris Arbani & Vetulonię aſſignanť quatuor limites: Thermę: amnis Ecalidꝰ piſcuoſus:amnis Egelidꝰ:& Minio· Thermas quidẽ & thermales amnes piſcuoſos aſſignãt· Plinius in·ii·naturalis hiſtorię:ca·vi·& marmora exciſa Cybelaria·Pliniꝰ eñi ꝑ diſtinctionẽ a Piſa dicit·Aqs calidis Piſę innaſcunť ranę·ad Vetulonos uero in Etruria/piſces·Marmora itẽ ſcribũt·Hercules egyptiꝰ turritã edẽ fundauit ſupra Thermas iuxta Vetulonos· Virgiliꝰ uero ĩ·viii·Eneid·dũ ad Lucumões Eneã mittit:eũ ueniſſe ad Minionẽ aſſerit ĩ collẽ:vñ ꝓpe fanũ volturnę ac legiões uidit:& ĩ Egelido fluuio luſtratꝰ/Veneris oraculū ꝓmeruit· Egelido & Ecalido amnibus noīa adhuc uernacula lingua Tuſca ꝑmanēt· Nam Egelidū Fredanū dicimus: quia a puragelida fontiū ſcaturigine naſcit᷑:& Ecalidū Caldanū uocamus:ꝗa ex Thermis & mineris calidiſſimis ut plurimū effluit: generans ad hanc etatē piſces copioſos & ſalubres·Itaqꝫ oēs cōfines & limites p̄ſcriptos ab auctoribus/de tetrapoli Etruria & partibus eiꝰ/itemqꝫ noīa atqꝫ cognoīa uetuſta ſimul ſumpta:ſolū habet Lucumoniū/paleologū Viterbū· Solum Viterbū igit᷑ eſt Etruria regia tetrapolis: prima ſub Iano cōdita· Que cūcta etiam ꝑ auctores & comentaria atqꝫ hiſtoriā Etruſcā:planiora habebunt᷑·Et ideo hoc ultimū entimena memoriter tenendū eſt a noſtra iuuētute Viterbenſi:ante omnē lectionē harū queſtionū & alioꝝ operū noſtroꝝ:quia cuncta irreuincibiliter atqꝫ neceſſario ſi ſimul colligant᷑ ipſum cōprobāt:& irreuulſibiliter fundāt firmātqꝫ:ut eruditiſſimis uiris patens eſt·Et idcirco non blacterone & futili uiro: ſed litteratiſſimo iudice atqꝫ cenſore noſtra opuſcula egent· Annia queſtio· xxxiii·

CVM apud Tuſcanellam eſſem:intuitus ſum apud quandam portam hoc carmen uetuſtiſſimis litteris & lapide exciſum·

Ingreditur quiſquis huius ꝑ limina portę: Aſcaniū norit/hanc urbem edificaſſe
Cōſilio Martis:in ſomnis admonuit qui/ Troium Eneā:ut ubi Catulā repperiret/
Vna cū catulis bis binis/conderet urbē: Turres quadrant᷑:tollunt᷑ menia ſurſum·
Sic fundata fuit hec urbs & ciuita dicta A Cane Tuſcana dicta eſt·
Quā quoqꝫ rex Tuſcus ꝓceſſu tꝑis auxit·

Quid exiſtimas de hoc carmine? Reſponſio·Exiſtimo ueriſſima eſſe:quippe ꝗa negare ueteres titulos & inſcriptiōes quę auctoribꝰ congruūt:uiri eſt pauci ſenſus & blacteronis·Nā teſte Lactātio libro primo diuinaꝝ inſtitutionū ca·xi· antiquus auctor Euemerus Meſſanus res geſtas Iouis collegit & cōtexuit hiſtoriā ex titulis & inſcriptiōibus ſacris/ quā hiſtoriā interp̄tatus eſt Ennius & ſequutus·Eā tanto feruore animi ſuſcepit Grecia ut ſacrā appellauerit·Ergo plusq̄ ſacra eſt Etruſca hiſtoria/& comētaria nr̄a: quę nō ſolū titularibꝰ argumētis:ſed p̄ter eos etiā p̄cipuis auctoribꝰ:p̄ſcriptis limitibꝰ:noibꝰ & locis adhuc ꝑſeuerantibꝰ/& hiſtoricis eiuſcemōi innmeris argum̄tis cōſtāt·Itaqꝫ nō ſūt negāda hec carmina/quę cū antiqua/tū etiā Virgilio cōgruūt·Ait eni in·viii·Eneidos/Eneā Troiū tranſmiſſo Minione/curaſſe equos & corꝑa nō ꝓcul luco/& caſtris Tarconis exiſtentis in aruis latis·Curato uero corꝑe/ait lotū fuiſſe Egelido amne/uulgo uero Fredano/ubi in ſomnis admonitus fuit a Venere· Qui dicit a Venere:nō negat etiā a Marte:ut īſcriptio ſupplet·Hec in·viii·li·Deinde in·x·repetit:ꝙ cū Eneas diſceſſit ab Euādro ſupple habito etiā noctu oraculo:mane caſtris ingreſſus Etruſcis regē Tarconē ſalutauit:& datis dextris ab eo claſſem accepit:cui p̄ſidebant q̄tuor duces:uidelicet Maſſicus/ex Maſſa urbe maritima/nūc Senenſiū:itē Toruus Abantis ppl̄i maritimi princeps/ ubi nūc caput Abiū uel Albiū uulgo ꝓ Abantiū latine dicimꝰ· Tertiꝰ fuit Oſinius rex ideſt Lucumo Cluſinꝰ· Quartꝰ uero fuit Aſilas augur piſanus: ut clare enumerat ibi Virgiliꝰ·Ergo inuenit ibi catulā ꝓpe Egelidū amnē cū bis binis catulis·Sed ꝗa bello impeditꝰ Eneas oraculū de edificādo oppido iplere nō potuit:filiꝰ eiꝰ Aſcanius ſuppleuit:edificauitqꝫ monopolim Ciuitā/a cane inuēto dictā Tuſcanā ꝑ ſincopā(nā tu Eſcana a catula cane dicit᷑)& ꝓceſſu tꝑis Tuſcus iunior fecit eā dipolim·Eſt igit᷑ ueriſſimū carmē· Annia qō·xxxiiii·

QVEREBAS ſi Tuſcanella & Tuſca regia ſint eadẽ: cū qͣ quidā dicūt Tuſcanellos eſſe Tuſcanieẽſes: tū p̄cipue quedā uetuſta inſcriptio etiā Tuſcanienſes apud eos noiat᷑· Reſponſio· Qui dicūt Tuſcanellos & Tuſcanieẽſes eſſe eoſdẽ: hoc docēt quod neſciūt· Nō enim Tuſſa/& Tuſſa Nana eſt eadẽ: nec ualet a diminutiuo Nana/eſt Tuſca Nana ergo eſt Tuſca· Nec ualet ꝙ ibi lapis quidā Tuſcanienſem noiet: quia nō ciuẽ ſuū ſed para Tuſſę inſinuat: ſicut Romę inſcriptiones ſunt Hiſpanoꝝ: Galloꝝ: nō tñ Roma eſt Hiſpania uel Gallia: ſed in ea fuerūt illi uiri p̄clari· Sed ut erudite oſtendat᷑ Tuſcam/& Tuſcanellā nō eſſe eadem: differentiaꝝ inuincibilibns argumētis utamur· Primo a tp̄e· Tuſcanella enim poſt Troianum excidiū cepit ſub Aſcanio: ut ſupradictū carmen docet: At Tuſca/ante Herculem egiptiū ſub Iano cepta eſt: qͣ eſt ꝑs para ideſt haſtata & coronata/ ante Tuſcum filiū Herculis dicta· Secūdo a deriuatiōe nominis/qͣ a cane Tuſcanella nomẽ accepit· At Tuſca/a tuſſo rege filio Herculis egiptii/ut Beroſus docet & Feſtus inſinuat· Amplius a deo regio Nā Vertūnus deus Tuſce Tetrapolis fuit/& regie intra limites Volſinieẽſes· At tuſcanella nunq̄ tetrapolis & regia fuit: ſed primū ſub Aſcanio monopolis ciuita dicta/ruſtica fuit: inde ſub iuniore Tuſco adaucta ſolū Dipolis opulēta eſt/uſqꝫ ad hec tp̄a: que ſolū cōſtat ciuita ꝑte ueteri/& parte noua· Item ipſa eſt intra limites Tuſſę Nanę/& extra limites Volſinios: ut inter quos larthes fluuius diuidit· At Tuſca uertunni Volſinos Focos & limites colit: ut oſtendit Propertius· Itẽ Fani Luciqꝫ ingētis monumēta eſſe decet/ubi regia Tuſca· At nō Tuſſe Nane/aut Tuſcanellę/ſed para Tuſſę/ſunt FAVLIS monum̃ta· ſunt & alia/ cōplura argum̃ta differentiaꝝ/que qſqꝫ regionis exꝑtus cōperiet· Veꝝ qm̄ lingue origo plurimū ad arguendū in hiſtoria ualet: cōſequens eſt/ut ante fuerit Tuſſa Nana/ꝗ ei uicina Tuſcanella: quia tuſcanella eſt nomen latinū: & Tuſſa Nana eſt Barbaꝝ & etruſcū qđ anteceſſit grecā & latinā linguā· Eſt aūt Tuſſa Nana id qđ Tuſcanella: & Tuſcanella id qđ Tuſca iunior & parua· Porro iunior & parua ad priſcā & regiam refert᷑· Ergo Tuſcanella ad Tuſſam Nanā ſe priorẽ refert᷑/que ex ruinis eius adaucta ꝑ interpretatōem tuſcanella dicta eſt latina lingua poſteriore: & Tuſſa Nana ad Para Tuſſam refert᷑: quia regia & coronata cognominat᷑: Et antiqua priſca regia Tuſca eſt: quā adhuc priſco uocabulo Para Tuſſam uocamus· Huius oppidi ager a Vetralla in Lyanū Coriti Muſarnāqꝫ tendebat᷑· Argum̃to ſunt limites quoꝝ/qui circa Corti Lyanum eſt/dicit᷑ uulgo Vadus Tuſcanienſis ferme quarto miliario/aut paulo amplius diſtans a para Tuſſa in agro eius: & alter iuxta Vetrallam adhuc Para Tuſſus dicit᷑ Itaqꝫ Vetralla oppidū qđ & foꝝ Caſſii dicit᷑: ad ius uetus Viterbenſiū ſpectat· Qđ ſi uis aliam differētiam: utiqꝫ ubi Tuſca regia/ubi alie partes Volturna: Vetulonia: Arbanū & Faul· At Tuſcanella non eſt ubi ſunt iſta: nec ex hiis uel minimū ueſtigium habet· Item Tuſca eſt pars Etrurię regię ut ex ſuperiobus patet: Ergo eſt cognomine Etruſca quia Etruſcum ab Etruria dicit᷑· At nō Tuſcanella eſt cognomine Etruria: ſed Volturrena ut ſepius ꝓbatum eſt· Quare Tuſca non eſt pars Tuſcnellę/neqꝫ ubi eſt tuſcanella/ſed ubi Volturna·

Annnia queſtio·xxxv·

QVERIS quō Galba Etruſcus/ortum habuit ex Minoe atqꝫ Paſiphe: ut ſupra in qōe·xxx·inſinuauit Sillus Italicus· Reſponſio· Repetēdum eſt ꝙ in hiſtoria Etruſca poſuimus uidelicet ꝙ ſacrato luco ingenti Pelaſgi in fano Volturnę/ut Virgilius inſinuat & hoc ſub Tarcone ſecundo/ꝓ ſocietate inter turrenos & Pelaſgos: Tarco cōtinuit Pelaſgos in officio: Et ut Manethon dicit & tempus cōcordat: Tarconi ſucceſſit Thyberinus pater Ocni cōditoris Mātuę: Quidā autores Latini/ut Seruius refert ſup·viii·Eneidos: putāt hunc Thyberinū fuiſſe regē Tuſcoꝝ/alii Aboriginū quem Glaucus filius Minois circa thyberim occidit: & illi nomen dedit: qui prius Albula dicebat᷑· Et hoc totum ueꝝ eſt· Nā Larthes Etrurię nō ſolum Thuſcoꝝ ſed & Aboriginū/& totius Italię/rex erat: ut Fabius pictor ſcribit de origine urbis Romę· Hic ergo Thyberinus cepit Pelaſgos ab etruria excludere· Nam teſte Dioniſio halicarnaſſeo in·i·li· duabus ferme etatibus ideſt quinquaginta annis ceptū eſt affligi & pelli a Turrenis & Aboriginibus genus Peleſgum/ante Troianum excidium· Hoc aūt tp̄e Larthes erat Thyberinus: ut Manethon indicat: & tempus ſic cōprobat· Manto Fatidica filia Tyreſię uatis Thebani: primū ſeruiuit ſub Cleonte: inde ſub Theſeo: que paulo ante finem eius/fugā in litora Aſię iniit: moxq; in Thuſciam ad Thyberinū nauigio uecta: ab eo grauida effecta peperit Ocnum: ut omēs Greci & Latini conſentiūt· Porro Theſeus fuit pulſus regno/ante Troianū excidium annis·xxiii·ut Euſebius notat· Quare tunc regnabat Thyberinus: quia ad eū uenit Manto· Itaq; Thyberim cognominabāt Pelaſgi Thybrim/ ut refert Seruius ſup·viii·Eneidos ideſt iniuriatorē: quia latrocinabat᷑ contra eos circa ripas Thyberis/& iniurias irrogabat· Nā Hybris Grece/iniuria eſt Latine· Et ut ait ibi Seruius prepoſuerūt cōſonantem·T·& dixerūt Thybrim de more: Qđ & nos poſuimus ſupra qōe·vi· Cauſa uero huius diſcordie primus fuit Minos/qui accepto ꝙ Tuſci recipiſſent in ſocietatē Pelaſgos: temptauit & ipſe imperio ſociari· Vnde miſit primū illis Aboriginibus qui erāt in Latio ſub rege Fauno patre Latini/donū zonę: iunctaq; cū illis amicitia: miſit ad eos Glaucū filiū/qui ab eis imperiū peteret/& nō accipiens/ab Agellinis aſcitus/cauſam diſcordie prebuit ꝙ quaſi iure participati imperii Ceriti amni patris Minois nomen indidit: quem permutata ultima lr̄a·i·Minio poſteri dixerūt· Et hoc eſt qđ autores dicūt/ & Seruius abſoluit breuibus ſuper vii·Eneidos ibi/Picta ſcuta Labici·cum inquit Glaucus filius Minois a Labicāis Latii Italię imperiū poſceret nec accip̄et/quia nihil preſtabat ſicut pater ſuus ante preſtiterat zonam eis mittendo cū antea diſtincti eſſent: mox eis oſtendit ſcuta picta a quibus & ipſe Labicus/& populi Labicani & Rome uia Labicana· Sed q̄a de his ſatis in hiſtoria Etruſca diximus: hoc ſatis ſit/ꝙ Glaucus ip̄e filius Minois interfecto apud thyberim Thyberino/ab eius ſucceſſore Mezentio apud Agillam obſeſſus/& captus/& in Etruria captiuus filios genuerit· hoc argumentū ualidiſſimū eſt ꝙ Etruſcus Galba fuit genere Minoico & Paſiphes: ut clare aſſerit Sillius· Ex quo patet ꝙ Etruſcus Mezentius/dictus eſt Agillinus a uictoria & triumpho: uti & Scipio Affricanus & Cęſar Germanicus & huiuſmodi· Et hoc tp̄e bellātibus turrenis contra Agillam: eadem ſubmutauit nomen & dicta eſt Chęre: ut Strabo narrat in quinto libro Geographię·

Annia queſtio·xxxvi·

QVERIS que & quot ſint illa nōia que in octauis paſce ferme qnqꝫ iam annis ſuperioribus/cū rabi Samuele & duobus aliis Talmudiſtis conferebam· Reſpoſio Quę & quot ſimul difficile eſſent memoratu:niſi forte ſucceſſiue cōferendo & ſcribendo in memoriā redirēt·Quoꝝ uero memini ſunt/in primis que de oppidis Coriti regis turrenę ſedis/nūc ut ſupra oſtendimus Viterbi ſpectabāt:ut Corit Nyenta:Corti lianū:Cort enebra:Cort Noſſa:& eiuſcemodi/que adhuc apud nos manēt memorię Coriti·Item ꝗd ſibi uolūt iſta·Ry Gomerius: Ry Oſiris:Ry Atlaus:Ry Ianus:Et in inſcriptiōe ſub ſtatua Cybelis Ry Sipib·Item Mon & Mont ut Mont Arune:Mont erano:Mon Dyrimano:Mon Taliano·& eiuſcemodi multa· Nā cū Coritus ante Dardaniā conditā fuerit/qn̄ nō erat Latina uel greca lingua:patet ad linguā Arameā & egiptiā/qua inuenit᷑ uſa etruria recurrēdū eſſe· Itaqꝫ ſic interpretati ſunt omnia hec uocabula·Kat/Enakim/eſt congregatio gygantiū/etiā ut aiunt apud Hebreos·Sunt Kat Enaci/a nobis amnes dicti·Item Lurkii ſunt lingua egiptia uetuſta/gigātes comeſtores hominū·Apud nos domiciliū Leſtrigonū iam deletū/dicit᷑ domus Lurkii·Rurſus apud egiptios Min eſt urbs:Mon uero municipiū paruū:mont uero uicus & colonia·Vn̄ & chem min: panos urbem Diodorus interpretat᷑ in·i·li·Ergo mon talianū:municipiū Italianū dicimus·Nā·i·primā ſyllabā trūcamus: ut·q·xiiii·diximus·Sunt apud nos duo mon taliani·Item mont Arune uicus uel colonie camillarię ſunt/quas Aruntes ueteres uocant autores· Ry ſignificat apud Arameos ducē & regē:ubicūq; ponit᷑·Noſſa apud Arameos ſignificat locū ad auguria capienda aptū:Beatus uero Ieronimus interpretat᷑ forte auguriū: libro de interpretatōibus·Hinc ꝑ ſincopā de more tuſco Cort Noſſa eſt Coriti locus auguſtus/in agro etruſco iuxta Volſiniēſem lacū· Illud deleuerūt Romani/ cū ſibi uicino oppido cort Enebradū excurrētes agrū eis iunctū tarquiniēſem:etiā ex imꝓuiſo hec duo oppida diruerūt:ut Liuius meminit·vi·li·ab urbe cōdita· Nō tamē ſunt tarquinienſium/ſed Etruſcoꝝ ut ibidem dicit· En eſt munitiuncula parua uel oppidulū ut aiūt:Enta uero fortes & ualidani·Eber tranſitū ſignificare dicūt·Ergo cort enebra eſt coriti munitiuncula parua in trāſitu·Et ꝗdem Etruſci Cort Noſſam nunq̄ reedificauerūt/ ſed cort enebrā/ que adhuc munitiunculā fuiſſe apparet:& a formicis deleta caſtrū formicaꝝ uulgo dicit᷑·Sepe enim etiā magnę urbes a minutis animātibus deletę ſunt:ut autor eſt Plinius in·viii· naturalis hiſtorię·ca·xxvii· Eſt aūt nō procul Cort Noſſa: ut etiā ſignificat Liuius loco ſupradicto·Porro Lyanū ut aiūt:rupē ſciſſam ſignificat·Cui etiā cōgruit interp̄tatio Papię:& Rabani ꝗ uocabula barbara nō indocte exponūt·Eſt igit᷑ Corti Lyanū rupes abſciſa Coriti: quę adhuc cū noīe ꝑſeuerat & paucis ueſtigiis:iuxta uadū Tuſcanienſem & Muſarnā urbē· Item dicebāt apud ueteres Arameos diſtare inter Ny & No:quia Ny montē:& No fama p̄clarū ſignificat· Hinc Arno/eſt leo fama inclitus Hercules:& Corit Nyenta eſt Coriti mons & munitū oppidum/ olim caput Lydoꝝ Agreſtiū· Hinc i Lyguria Entella arx munita erat & forte oppidū·Hic Coriti mons & oppidum:ſepe ab auctorib⁹ celebrat᷑·Vnde ſuꝑ Eneida Seruius ſepe ait Coritum fuiſſe regem Tuſcię:Et item Coritū eſſe montē & oppidū in Tuſcia·Eſt enim in iugo Cyminio alto/inter Capinā & ipſum montē cyminiū:& ſunt ueſtigia arcis cū nomine uetuſtiſſimo Etruſco Corit Ny enta:ideſt latine quod Seruius ait/coritus mõs arce munitus & oppido.

Annia queſtio.xxxvii.

QVERIS quid ſibi uelint quidam iuniores qui extremas coriti urbes dicunt eſſe Cortonam/quã putant dictã a Corito coritonã/& per ſincopã corthonam:& rurſus coritum montem eſſe cornuetum maritimũ. Reſpoſio. Vtiq; id ſibi uolunt iſti:qđ & greci Samotraces: qui dicunt Dardanũ conditorẽ Dardanię fuiſſe Samotracem Ac ꝓpterea/quia ſine certo autore & ratione atq; argumento hiſtorico/ per opinionem quandam Barbaram loquunť:utiq; eadem facilitate contemnunť qua proferunt / iuxta regulam beati Ieronimi. Quin etiam & falſiloqui comprobanť.Nam ante ceſares Romanos non a uetuſto Corito Cortona/ſed Crotona mediterranea dicta erat:& tempore cęſarum poſitis coloniis Romanis dicta eſt Cortona:ut ex preſſe aſſerit Dioniſius halicarnaſſeus in primo libro:qui eo tẽpore Romæ fuerat. Nõ igitur a Corito Cortona dicta eſt:que id nomen ſortita eſt a Romanis poſt obitum Coriti annis mille trecentis & amplius.Itaq; cum Virgilius dixit:Extremas Coriti penetrauit ad urbes:Lydorumq; manum collectos armat Agreſtes:non intellexit corthonam que hoc nomen nondum tenebat:ſed Turrenam ſedem Coriti/ de qua ſupra dixit:hinc illũ coriti Turrena ſede profectum:ubi adhuc extant ueſtigia Lydoꝝ agreſtium/& artium munitionũq; cum nominibus Coriti.Qui uero Cornuetum exiſtimant montem Coritum:etiam erronei probanť. Nam ibi latina lingua eſt mons Coritus & oppidum:ubi etruſca Corit Ny enta/ ut locus ab interpretatione conuincit.Porro Corit Ny enta eſt in iugo cyminio/& Volturreno regio:ut cernimus.Quare ibi eſt querendũ oppidum & mons Coritus/& non ad mare. Similiter ab interpretatione Cor Nueti/ quod uulgo Etruſco Cornetũ ꝓfertur.Eſt enim Nuetum etruſco & Arameo uocabulo teſte Samuele noſtro: id quod Grauis aeris ſiue grauiſcũ apud latinos.Quod etiam ꝓbatur inſcriptione apud eos Etruſca/que ait eos dictos Nuetinos a uicino fluento Grauiſco/ & aquis grauiſcis.Porro mons Coritus/a Grauiſcis urbe diſtinguiť.Preterea in deſcriptõne eoꝝ diciť ꝙ Nuetum dictum eſt/non cor Nuetum.Quare non a Corito/Cor appoſitum eſt: ſed a latinis qui nouum caſtrum addicientes ueteribus Grauiſcis/ab inſigni corno arbore Nuetum Cor Nuetum dixerũt/quia Etruſci ab inſigni ſepe urbes appellauerũt: ut Sutrium/a Suto & tribus/ideſt frumento triplicato Sutrium dixerũt. Eſt enim illorũ inſigne:ſpica triplex.Similiter pheſcen/armatũ equitem Aramee ſignificat:ut rabi Samuel expoſuit.Ergo Pheſcennium nũc Ciuita caſtellana:pheſcenniũ antea dictum fuit ab inſigni armato equite que habet: cui uideť alludere Virgilius in.viii. Eneidos.ibi.Hii Pheſceninas acies equoſq; phaliſcos:Hii ſoractis habent arces/flauiniaq; arua:Et cymini cum monte lacum lucoſq; capenos.Hoc enim loco Virgilius Veientanę Ciſciminię gentem populoſq; cõmemorat:quibus prefuit Meſapus equũ domitor ſimul/& maritimus claſſis Tuſcę princeps/& ob id dictus Neptumnia proles. Quod ſi quoſdã expoſitores leges:iuenies equiuocatiõe captos:nihil de chorographia precipue Thuſcię cognouiſſe. Nam quidam lucos capenos putant dictos/qui circa capenam Auentini Romę eſſent: cũ capenates in Veientana CiſCyminia ſint.Alii flauiana arua in campania eſſe putauerunt:cũ ad etatem nr̃am/

Italia a Pelaſgis añ res Troianas ſeptuaginta quinqꝫ ānis/& Herculē diſceſſiſſe ab Euādro quinquaginta quinqꝫ ānis q̄ Eneas ī Italiā ueniſſet. Alii ꝑ etates ferme eūdem numerū attingūt: ut patet ex his quę ait Dioniſiꝰ Halicarnaſſeus in prīo li. dicens. Siculū inquit genꝰ reliquit Italiā tribus etatibꝰ ante res Troianas/ut Hellanicꝰ Leſbius dicit:ut autem Philiſcus Siracuſanꝰ/annis octoginta. Et in eodē libro/ſecūda inquit etate poſt Herculis ꝓfectionē: anno ferme quinq̄geſimo quito:ut ipſi Romani dicūt: rex erat Aboriginibꝰ Latinꝰ Fauni filiꝰ/quintū & trigeſimū iā annū imperii agēs. Hec de Equiuocatiōe etatis. Sed de anno maior cōfuſio naſciť p̄cipue apud egyptios qui ut patet hoc loci in xenophonte/atqꝫ aliis auctoribꝰ/tam mixte ꝑmiſcueqꝫ atqꝫ cōfuſe ānū in eadē narratiōe accipiūt/ut cōpulerint etiā ſapientes Grecos errare:ꝙ ab eis lr̄as habuerūt. Miror ꝗ dicat ſapientes Grecos ab Egyptiis lr̄as habuiſſe:cū ꝑ conſtante teneāt illas a Cadmo Grecis illatas. Sed exiſtimo lr̄as hoc loco xenophontē appellare/non ipſos caracteres/ſed diſciplinas Egyptioꝝ/quas añ Cadmū/Linꝰ Orpheus/Muſeus/& alii in egypto habitas uernaculo carmine/in Greciā retulerūt & tandē Homerus in eā formā quę nūc ſunt redegit: ut inſinuat Archilocus/ſuper quē comentaria cōfecta cū ſequentibus edemus. Oēs enim Greci ſapientes & hiſtorici:ut auctor eſt Diodorꝰ in pluribꝰ locis/in Egyptū ꝓfecti ſunt. Ex quo patet diſſolutio illiꝰ queſiti quo queriť. Vñ eſt ꝗ Greca hiſtoria de tꝑibꝰ/a Nyno uſqꝫ ad primā Olympiadem eſt incerta/ut ait Euſebiꝰ de tꝑibꝰ:imo & ſepe falſa/ut ſcribit Ioſephus cōtra Appionē grāmaticū dicens. Scimꝰ inq̄t in quot locis de Genealogiis & tꝑibus Hellanicꝰ diſcrepat ab Agiſilao:& ī quātis Herodotū corrigit Agiſilaus:nec ignoramus quo pacto Ephorus in pluribus oſtẽdit Hellanicũ eſſe mendacẽ:Ephorum uero Thymeus:Thymeũ poſteri:Herodotũ cuncti· Et ideo nõ iniuria dixit noſter Iuuenalis Aquinas:Et ꝗdquid Grecia mẽdax/audet in hiſtoria· Vnde ergo tot in tp̄ibus/inter eos diſſcidia/& caligines ante primã Olympiadẽ·Et reſpõdẽt tã Euſebius q̄ Ioſephus:ꝗa inquiũt annos & tp̄a non p̄ certitudinẽ/ſed ut cuiq; uiſum eſt per opionem ſcripſit·Qđ ſi queres unde origo ꝙ tã diuerſimode opinati ſunt:in promptu:eſt reſpõſio ex Xenophõte:ꝗa cũ annos abEgiptiis didicerint/qui multis modis accipi poſſunt:unuſqſq; accepit ꝓ ut ſibi melius uiſum ẽ poſſe accipi·Quin etiam & ipſe Manethon Egiptius nõ potuit ſubtergere/ꝗn ꝓmiſcue Dinaſtiaꝝ acciperet annos:ut patet in ſupplemẽto Beroſi:in quo multa inuolucra ſunt in tp̄ib⁹ eius·Itaq; ab hiſtoricis ſolent uitari anni Egiptii·Ceteꝝ Xenophon de annis Ibericis & Hiſpanicis ait:eos in uſu habere annũ quadrimeſtrẽ:rariſſime aũt ſolarẽ·Cui argumẽto eſt/quod Strabo ait in Geographia Hiſpaniaꝝ:ab Hiſpanis ꝗ circa Beticam doctiſſimi incolũt tradi/ſex milibus annis ante/ ſeſe habuiſſe lr̄as/leges/& carmina·Duo aũt milia ſolares:efficiũt ſex milia quadrimeſtres:quos ſi a principio octauiani quo Strabo floruit retro ſupputes:p̄uenies ad iniciũ Nyni hoc modo/p̄ certiſſimos annales quatuor Monarchiaꝝ: quas ſuo loco digerem⁹· A Nyno enim ad Sardanapallũ/Beroſus ſupputat annos Aſſyrioꝝ quatuor & triginta/ſupra ducentos & mille·Monarchię uero ſequentis Medoꝝ atq; Perſaꝝ uſq; ad Alexandrũ/ ex eoꝝ annalib⁹Metaſthenes Perſa colligit annos qnq; atq; nonaginta ſupra quatrincentos·Porro ab Alexandro p̄ reges Aſię atq; Syrię Euſebius uſq; ad ultimũ Philippũ:ſupputat annos ducẽtos trigintaſex·Inde ad Monarchiã Octauiani/enumerat annos·xlviiii·Hos omnes ſi ſimul colligas:efficiẽt annos quatuordecim & duo milia:qui numeranť a Nyno ad Strabonẽ·Ergo iure Xenophõ ait/ Iberis in uſu eſſe annũ quatrimeſtrẽ·Qđ aũt circa iniciũ Nyni fuerint littere atq; leges nõ ſolũ Hiſpanis ueꝝ etiã Gallis & Germanis:autor eſt Beroſus quẽ comentaturi in hoc uolumine ſumus·Is in·v·antiquitatum ſic dicit·Anno quarto Nyni:lr̄is & legibus Germanos format Tuyſcon gygas:Celtas uero Samotes:& Celtiberos Tubal·Cui argumẽto eſt in Betica urbs uetuſtiſſima a duce dicta Tubal/ & a poſteris Dubal:ut proferť in Pomponio Mella:in deſcriptiõe Beticę·Ergo Iberi: Samothei:& Tuyſcones patres litteraꝝ & Philoſophiæ inueniunť ante Grecos plusq̄ mille annis/ut Ariſtoteles in Magico/& Senon uere aſſerũt:& nõ greci/ut Ephorus mendax/& Diogenes Laertius fabulator ſomniãt & nõ ꝓbant·Sed de his ſermo erit in comentariis Beroſianis·Igiť quo pacto apud Egiptios & Iberos in uſu annus fuerit :dictũ eſt·Quo uero modo apud Caldeos & Aſſyrios accipiať: Xenophon dicit:ꝙ in una re tm̄/anno mẽſtruo utunť/cũ de antiq̄tate diſciplinaꝝ ſuaꝝ loquunť: quod ſupra expoſuimus in fine primi principii comentarioꝝ ſup̄ Phylonem·De columnis uero/& ſtatuis/Beli Iouis/& Rheę & Iunonis & templo/& exciſis imagine Semiramidis & Nyni:copioſiſſime in tertio libro Diodorus exequiť:ſuppreſſa ſolũ mentiõe nouem & quadraginta annoꝝ ſupra ducentos: ab Ogyge ad Nynum·

De quatuor aliis equiuocis·

o Lymp⁹ plura ſignificat. Nā oīs mons regiōis altior: olymp⁹ a grecis dicit̃. Vñ et plures Olympi: dicti q̃ſi toti lympidi. A Barbaris uero oē ſpatiū circulare ultimū: lymp⁹ dictus eſt: ⁊ cuꝫ interiori areas olymp⁹: a quo aſtrolabiū olympus: ⁊ ſacruꝫ pomeriū olymp⁹ eſt. Homeri plures fuere quorum qui eximius poetarū extitit: ultimus omniū: poſtqꝫ Talem Mileſium inuenit̃. Nyni plures fuere. Primus omniuꝫ Aſſyrius: quem ab ampliato oppido patris uocauerunt Nynū ideſt Iouē lingua aſſyrica. Huius filius Zameis etiaꝫ Nynus paterno cognoīe appellat⁹ fuit

Ogyges plures fuere. Primus ſupradictus attauus Nyni: quem Babillonii Gallū cognominãt ꝙ in inundatiōe etiaꝫ ſuꝑſtes alios eripuerit ⁊ genuerit. Hinc Sage apud quos nauigio ſaluat⁹ eſt ⁊ erept⁹: ratem uocant Gallerim ꝙ undis ſaluet. Verum greca lingua Gallus candidū et lacteum ſignificat: Phryga exſertum teſtiba: Latina galline maritum ⁊ Celtas: qui ſunt Galathe ueteres:

ſ Equitur Xenophon de quatuor aliis Equiuocis dicens Nō uidetur Olympus plura ſignificare/ ut equiuocum/ eo modo quo hic tractat Xenophon: quia equiuocū ſpectat ad eandem linguā. Hic uero tractat de Olympo ut ſpectat ad diuerſas līguas. Et ideo nō poteſt dici equiuocū. Nam ut eſt Grecę originis deriuatur ab olos quod eſt totum: & lympos quod eſt lympidus/ quaſi totus lympidus/ quę ratio uniuoce & nō equiuoce cōuenit Celo & altiſſimo montiū regionis. Quod utiqꝫ ſignificauit Lactantius in.xi.capitulo primi libri inſtitutionū ubi ait. Olympus ambiguū nomen eſt/ & montis & celi. Ambiguum uero ideſt indifferens ad utrūqꝫ dicitur etiam uniuocum. Verum quo ad originē Barbaram proprie Arameā/ deriuatur ab ol quod eſt priſcum uel eternum aut perpetuum/ ut aiūt Talmudiſtę/ & lympū/ ſiue lymbum quod eſt circulus extremus Vnde lymbum appellāt ultimū circulum Aſtrolabii. Aſtrolabiū dicitur in uſu dum cum eo accipiuntur aſtra & horæ: Olympus autē dicitur a forma circulari cōtinua & perpetua cum interiori prima area. Ideo foſſa Pomerii/ qa eſt ſpatiū rotūdum/ ab Etruſcis dicebatur Olympus/ & a Romanis Pomeriū quaſi pone meniū: quia ibi incipiebant ducere aratrum & menia condere. Dicebant autem foſſam mundū/ quia ad ſimilitudinē mundi ſpericam foſſam faciebant. Vnde Plutar-

a rege Galăthe filio Herculis a quib⁹ Galathe in Aſia:⁊ Gallogreci in Europa. Fuit autem priſcus Ogyges in prima inundatione terrarũ. Alter uero Acticus in tertia.

chus in uita Romuli ſcribit aſciuiſſe Romulũ ex Etruria uates/ qui litteris & miſteriis quibuſdã foſſam ſacrandȩ urbi de more facerent:quam illi mundũ/& Greci Olympum uocant ſcilicet ueteri uocabulo Barbaro: quia Greciam prius Barbari incoluerunt: & multa his uocabula Barbara remanſerunt/ut patet ex Strabone in.vi.&.vii.Geographiȩ. Argumẽto quoq; ſunt Omberi/quos Greci per ſincopam Ombros uocãt/Latini Vmbros:& ſimiliter eſta/ quam ueſtam dicimus. Sunt enim nomina Aramea/ quoniam eſtam Aramei ignẽ & flammam uocant/ut etiam Ouidius in Faſtis exponit dicens/nec tu aliud Veſtã q̃ uiuam intellige flammam:& Ombros populum Imbrium intelligunt. Similiter Olympus/ut foſſam Pomerii ſignificat/aut Fani/uel templi ſacrandi licet Greci uocent Olympum:non tamen origine Greca. Quo autem pacto ſacraretur locus cum Olympo:Ouidius in.iiii.de Faſtis ſic indicat.

Apta dies eligit᷑/qua menia ſignet aratro. Sacra palis ſuberãt:inde mouet᷑ opus.
Foſſa fit ad ſolidum/fruges iaciunt᷑ in ima. Et de uicino:terra petita ſolo eſt.
Foſſa replet᷑ humo pleneq; imponit᷑ Ara: Et nouus accenſo:fundit᷑ igne focus.
Inde premens ſtiuam:deſignat menia ſulco: Alba iugũ niueo cũ boue uacca tulit

Et hec Plutarchus in uita Romuli ſub oſcurius/ſed clarius Varro inde lingua Latina exprimens:Oppida inquit in Latio:cõdebant ritu Etruſco/iunctis bobus tauro & uacca:interiore aratro circumagentes ſulcum. Hoc autem faciebant relligiõis cauſa/die auſpicato:ut foſſa & muro eſſent munita. Terram unde excluſerant:uocabant foſſam. Et introrſum factum murũ/quodq; poſtea fiebat orbis & urbis principium/quod erat poſt murũ:Pomerium dicebatur. Cippi Pomerii & aræ: circum fiebant. Hec Varro. Itaq; Olympus orbem/Pomerium/ foſſamq; ſacram ſignificat/ ut eſt illud Tibulli de Vertunno deo principe urbis Etruriæ/in ſuo Olympo:dicentis. Talis ineterno felix Vertunnns Olympo/ Mille formas habet:mille decenter habet. Porro de Homeris :in comentariis ſup Archilocũ uidebitur. De utroq; uero Nyno:Diodorus in tertio libro conſentit. Verum que de bino Ogyge dicit notandum eſt:ꝙ apud Hebreos & Arameos Gallym undam & inundatõnem ſignificat ut noſter Talmudiſta Samuele hunc mihi locum exponens dicebat. Aſſerit enim Gallos dici eos qui inundationem ymbriumq; exceſſum paſſi eſſent: Ombros uero populum ex his ortum. Vnde Ombri:populi imbrium paterno Epitheto dicuntur. Quare Cato in prohemio de originibus & alii/ non iniuria dicunt / ex Scythia ueniſſe Ianum cum Gallis progenitoribus Vmbrorum. Quos ſequutus in collectaneis Solinus:ueterum inquit Gallorum prolem/ Vmbros eſſe. M. Antonius aſſeuerat. Inde Thuſci Geleas/& Galleras Babillonii & Sagȩ Scythe/que ſaluant ab inundationibus rates uocant. Cetera in littera Xenophontis clara ſunt/ exceptis inundationibus prima & tertia:de quibus ſic ſubdit.

i Nundatiões plures fuere. Pꝛima nouimeſtris ĩundatio terraꝝ:ſub pꝛiſco Ogyge. Secũda Nyliaca menſtrua ſub egyptiis:Hercule ac Pꝛometheo. Bimeſtris autem ſub Ogyge Actico in Achaia. Trimeſtris:Teſſalica ſub Deucalione. Par phaꝛonica: ſub Pꝛotheo egyptio in raptu Helene. Ab inundatiõe terraꝝ ad oꝛtuʒ Deucaliõis ſecũdo ãno Spheri:ſeptincenti ſupputanť anni. ſeptincenti:qui natus ãnos duos ⁊ octoginta Theſſaliam ubi pꝛimũ ĩ Hellina regnauit Phoroneus:uidit inundatam.

g Recis ut ſupra expoſuimus non fuit compertũ/qui primi fuerint in orbe reges / & eorũ tp̄a/& geſta/niſi ex barbaris / qui ſe primos rerum utiliũ indigetes & ſcriptores aſſerunt/ & multoꝝ temporꝝ memoriã a ſe conſeruatam affirmãt:ut autor eſt Diodorus in.i.li. Vnde & de priſca terraꝝ inundatõe/que preceſſit Nynum annis ducentis quadragintanouem : ex inſcripta columna Semiramidis Xenophon notitiã habuit:& quantum tp̄is fuerit/ a priſca inundatione ad ortũ Deucalionis:p̄ annaleſ Aſſyrioꝝ & reges eoꝝ/Ogygem priſcũ/& Spherum qui decimuſnonus ab eo fuit/ut in emẽdata chronographia uidebiť:ſeptincentos annos ſupputat. Quare hunc Xenophontem Solinus uideť ſequutus:dũ in collectaneis ſcribens:meminiſſe inqt hoc loco par eſt / a primo diluuio notato ſub Ogyge/ quando diem inumbrauit continua nox menſibus nouem & amplius/uſqꝫ ad Deucalionem:ſeptincentis annis medium euum dari. Qđ enim primum diluuium fuerit/& perſeuerarit nouem menſibus & amplius/& tempus inter eam & Deucalionem:equidem a Grecis uľ Latinis collegit:qui id reſcire non potuerũt:niſi uel/a Maſea Phenice/uel a Beroſo caldeo/uel a Ieronimo & Manethone Egiptiis uel a Moyſe Hebreo/qui de illiuſcemodi primo diluuio tractauerunt:& quod inundationem terrarum abſolute antonomaſice nominant/quia/ ut aiunt omnes terras ſubruit. Nam alia quia particulari loco geſta ſunt: a particulari illo loco denominantur:Nyliacum/Acticum:Theſſalicum:Pharonicum:ut etiam Xenophon hoc loci ſignificat. Hinc Roma dicta eſt caput terrarũ/ a Plinio & aliis:quia omnes terras & nõ ſolum Latium incluſit. In hoc primo diluuio cum aquę ſenſim in ſuas origines recurrerent:Primum Olympi ſiue montes Caſpii in Armenia ceperunt apparere/ut ſcribit Moyſes:& in mari inſula Delos ut tradit Solinus. Secundum uero diluuium durauit uno menſe ſub Egiptiis Hercule atqꝫ Prometheo:Vbi hec notanda occurrunt. Primo ut autor eſt Seruius ſuper Eneida:tres fuerunt Atlantes:quoꝝ antiquiſſimus fuit qui a loco ubi nõ comparuit/Maurus cognomẽ accepit:Poſtremus uero fuit Grecus Archas. Medius Italus ſocer Coriti principis Thuſcie. Hiis pares fuere/ Vxores/Filie/ & Fratres. & eiſdem nominibus dic tę·Et ideo ſepe equiuocatur de his ſicut ait Seruius·Cuius malum ortum eſt a Grecis/qui omniū geſta ſuis tribuunt/quos eiſdem nominibus nuncuparunt: quorum leuitas inſtructa dicendi facultate ac copia: incredibile eſt quantas mendaciorum nebulas excitauerit: ut Lactantius in primo inſtitutionū diuinarum ſcribit· Itaq; hic Prometheꝰ egyptius fuit frater Atlantis Mauri/ qui teſte Diodoro Siculo in primo libro/fuit tempore quo Oſiris profectus eſt per uniuerſum orbem:ideſt·xxviii· anno Armatritis regis Aſſyriorum qui unus regnauit poſt Nynū:ut in quinto antiquitatum Beroſus indicat· Tunc enim Nilus inundauit(teſte Diodoro)per totā prouinciam quam regebat Prometheus: in qua quia adeo incluſerat & leſerat ſubditos inundatio:ut fere omnes in interitum irēt: ob id Prometheus uoluit ſeipſum occidere:niſi Hercules prudenti conſilio & uiribus uſus:exundationem Nyli auertiſſet·Ea res/ut ibi Diodorus exponit: mentiendi atq; plura fingēdi Grecis occaſionem prebuit· Porro ab Ogyge uſq; ad uigeſimum octauū annum Armatricis:colliguntur anni nouem ſupra quincentos:ut in Beroſo enumeratur:& in noſtra chronographia uidebitur· Quare hec ſecunda inundatio fuit poſt primam/anno nono & quincenteſimo: & particularis/ quia Nyliaca & in prouincia ſolum Promethei: & duratione modica/ quia menſtrua· Porro tertia fuit in Actica prouincia Grecię ubi ſunt Athenę regnante ibi Ogyge Actico· Fuit poſt Nyliacam inundationem/ teſte Beroſo anno quadrageſimo quarto:ſcilicet anno trigeſimo quarto Belochi/qui ſequutus eſt Armatritem:ut notant Beroſus & Euſebius de temporibus· Hec inundatio fuit particularis loco/quia Actica:& parua duratione quia bimeſtris: & magna regione/quia inundauit etiam omnes inſulas Helleſponti/& litora uicina Aſię: ut Diodorus Siculus in ſexto libro ſcribit·Porro quarta fuit Acticā ſequens Theſſalica/ſub Deucalione anno eius octogeſimo ſecundo·Quare a prima inundatione ad iſtam/ſunt anni ſeptincenti octoginta duo·Quare iſta fuit duratione trimeſtris in hyeme & loco particulari Hellinico:ut ſupra oſtendimus ex Ariſtotile:& hoc loco Xenophon tradit: quanq̄ leuitas Greca apud quoſdam primam & uniuerſalem uelint/nulla tamen ratione uel auctore perſuadere·De hac etiam latini/Grecorum fabulas ſequuti meminerint:uti eſt illud Iuuenalis in Satyra·

Exquo Deucaliō Nymbis tollentibꝰ equor Nauigio aſcēdit mōtē/ſorteſq; popoſcit·
Paulatimq; anima caluerūt mollia ſaxa: Et maribus nudas oſtēdit pyrra puellas·

Fuit autem ante Romam conditam/ anno paulominus octogeſimo ſupra ſeptincentos:q̄uis Iuſtinus decimum ſupra octincentos: ſed nullo certo auctore uſus ſupputet· Vltima uero quę notatur ab auctoribus fuit Pharonica/ ideſt Alexandrina Egypti· Vbi enim nunc Alexandria a magno Alexandro condita: olim erat inſula Pharon/ habitata coloniis Pharaonicis/ ubi inundatio fuit tempore uatis Prothei ſacerdotis/ ad quem Paris rapta Helena primum adnauigauit: ut hic notat xenophon/& Herodotꝰ ſcribit in·ii·hiſtoriaꝝ·Quare fuit circa excidiū Troię·De hoc ait Lucanus ultimo libro·Tūc clauſtrū pelagi cepit pharon inſula quondā:In medio ſtetit illa mari ſub tp̄e natis ꝓtheos:At nūc eſt pelleis ꝓxima muris·Hę ſunt qnq; inundationes/quas ab autoribus inuenio celebratas:quarum que prima terrarum fuit/ alię uero particulares: & a prima ad ultimam/octincenti anni & amplius/ per certiſſimos annales Aſſyriorum colliguntur· Sequit᷑ de Equoco Protheos·

p Rothei fuerunt plures· Pꝛimus ſaga in Caſpiis· Alter egyptius: ſub quo diluuium Pharonicuꝫ· Erat enim ſacerdos Pꝛothei magni Phenicis: cui cõſenſu totius oꝛbis: tẽpla: ſtatue ⁊ are dicate ſũt in Europa Aſia ⁊ Egypto·

h Ec tria nõina uidelicet Vadymon: Ptotheus: & Vertũnus ſunt eadem : ut ait Samuel Talmudiſta · Nam ut dicebat : quod apud Arameos Vado: iddẽ eſt apud ueteres Egiptios Protho: & apud Latinos uerto · Quare eadem ſunt Vadymon/Pratheus: Vertũnus· Idem autem & Ianus: a Iain ideſt uino/ dictus uinifer: quia primus omnium inuenit uinum: ut in aliis comẽtariis Beroſi explanabimus· Iano autem ut ait Xenophon teſte Macrobio in primo Saturnalium/omnium rerum principia & introitus itemq; exitus & fines ſacri dicatiq; erant· Vt autem principium rei uertendę feliciter aſpiraret/ut Ianua Ianus inuocabatur/& ob id in foro Boario & inicio uici Thuſci/Poſteri ſub nomine Iani poſuerunt· Vt autem rei uertende finem bene uerteret: ut rei uerſor Vertunnus orabatur· Rationem uero ꝙ ſolus Ianus Vertunnus eſſet/ reddebant Etruſci/ut in quinto antiquitatum aſſignat Beroſus: quia exiſtimabant ipſum cõuerſum in animam celi motricẽ/ & ob id in eius manu eſſe omnes res in diuerſas formas & ſtatus uertibiles/ut Elementa/Lapides: Vegetabilia/Animalia/Homineſq; & illorum uita/actiones/& opera: ſolumq; illum eſſe / Monarcham mundi penes quem ſolum ſit ius uertendi celeſtium & terreſtrium cardines: ut omnes Latini cum Beroſo conſentiunt· Quod etiam in ꝓſopeia Iani/Ouidius in primo de Faſtis: lepidiſſime atq; eruditiſſime expreſſit: ubi inducit ipſum Ianum de ſuis Epithetis atq; titulis gloriantem: inter quos apud ſe ſolum omnium uertibilium rerum imperium ſummũ eſſe conteſtatur his uerbis· Quidquid ubiq; uides/celum /mare/nubila/terras/ Omnia ſunt noſtra clauſa patẽtq; manu· Me penes eſt unũ uaſti cuſtodia mũdi: Et ius uertendi cardines omne meũ eſt· Et ob id ius uertendi ſe in omnes formas habere finxerunt poetę· Quod eius uati Egiptio Protheo etiam tribuunt qui Mithice ſcribunt: ut Oratius in primo epiſtolarum libro· Quo teneam uultum mutantem Prothea modo· Fuiſſe autem ibi ſimulacrum Iani pro tota Affrica/nõ modo Beroſo & Xenophonte autoribus creditur: ſed etiam argumẽtum efficax eſt/qđ Plinius in·xxxvi·li·naturalis hiſtorię ca·v·ſcribens: Ianus inquit pater in ſuo templo dicatus ab Auguſto: ex Egipto aduectus: utrius manu ſit Scopæ an Praxitelis· Ita in Europa & Affrica Ianum Vertunnũ inuenimus/& in Aſia· Item quia in Saga Scythia ut ait Beroſus: & hoc loco dicit᷑ hic primus magnus Protheus: ideſt Vertunnus multiformis· Sacerdos quoq; eius ſummus in Egipto fuit alter/ ſub quo ut uidimus Pharonica inundatio obtigit: cui inundationi comparuit Thyberinam Oratius in Oda dicens· Terruit gentes/graue ne rediret ſeculum Pyrrę/noua monſtra queſtę: omne cum Protheus pecus egit altos uiſere montes·

c Admi fuere plures. Primus frater phenicis paulo poſt conditionem Troie: qui ambo apud Sydona regnauerunt. A Phenice quidē tota regio nomē accepit que eſt a Sydone ad Iamineū portū. Aſcalonis urbis Semiramidis: uicinū monti tetrapolis atqꝫ gygnaſii ueteris phenicū: cum oīs ante Aſſyria diceretur. Paulo poſt fuit alius Cadm⁹ Argiuus qui poſt exiliuꝫ a Phenicia reuerſus in Boetias: Thebas cōdidit. Tertiū qui in eadē urbe tyrannideꝫ aſſumpſerat: ꝓpulſauerūt Linus ⁊ Zetus. Quartus cū Sparthis belluꝫ geſſit.

Quint⁹ paulo an̄ ruinas Troie Armonia Samotraca inclytus: ꝗ a priſca uxore ob Armoniam certamē paſſus: rediēs a phenicia detulit in Greciā primus ſexdecim numero lr̄as rudes nō phenicas: ſꝫ Galathaꝝ ⁊ Meonū ꝑſimiles caracterib⁹. Reſiduas retulerūt paulo poſt Palamides ⁊ Simonides medic⁹. Fuit ⁊ ultim⁹: qui ſcribere docuit or̄one ſoluta: cuꝫ an̄ lr̄as aduectas atqꝫ poſt uernaculo ſolum carmine uterent.

ſ Equitur de pluralitate Cadmoꝝ qui floruerūt a primo ad ultimū ſpatio ferme ducentorū annoꝝ: quoꝝ tēpora notat Euſebius de tꝑibus. Quę uero ſunt obſcura in hoc capitulo ꝓſequemur. Ante inquit Phenicē regio dicebatur Aſſyria. Hoc oēs cōcedunt/ꝙ Nynus cui ꝓpriū nomē Aſſyrius erat: ſublata pace atqꝫ priſco aureo ſeculo: prim⁹ omniū rudibus adhuc ad reſiſtendū populis bella intulit: & totā Aſiam uſqꝫ in Affricam & Lybię terminos armis ſubegit: ut non Barbari modo: ſed etiam Trogus & Iuſtinus & Fabius pictor & alii cōſentiūt. Et quia teſte Seruio ſuꝑ Eneida: a uictoribus uicti denominabantur antiquitus: idcirco Aſſyrii omnes uocabantur: & ob id eedem ſunt antiquę litterę Aſſyrię atqꝫ Phenices. Poſtmodum uero duce Syro deuicti ꝗ ab anguſtiis Cilicinis uſqꝫ Aſcalonem & Gazam incolunt. Syria nomē retinet hec inferior regio/& ſuperior Aſſyria nūcupatur. Deinde hec Syria diuiſa eſt in Syriā Comagenam/Damaſcenā/Coeleſyriam/curuamqꝫ & Phenicam: ut hic xenophon dicit a priſco Phenice Egiptio dictam. Vnde Ioppe Ieroſolimæ portus Phenicus dicitur: dicente Plinio in quinto naturalis hiſtorię capitulo. xiiii. Ioppe Phenicum oppidum: antiquius ut ferunt inundatione terrarum. Solinus uero in Collectaneis in Paleſtina ponit dicens. Ioppe oppidum/ toto orbe terrarum antiquiſſimū: ut pote ante diluuium conditum/ſcilicet primum/quod ſub Ogyge notatum fuiſſe annis ſeptingentis ante Deucalionem dixerat. Itaq; pars Pheniciæ eſt Paleſtina/ in qua ait eſſe Aſcalonem urbem Semiramidis: portum Ianineũ: & tetrapolim Gygnaſiumq; uetus Phenicum: quę etiam omnia in ſacris litteris nominant᷑. Et idcirco paululũ his ĩmorabimur. Aſcalon dicitur urbs Semiramidis/non quia illam Semiramis condiderit: ſed quia ibi nata eſt ſtupro ueneris Aſcalonitę/ quam illi Dyrcem uocant: ut aſſerit Diodorus in quarto libro: & Hebrei Dagon: ut patet primi Regum.v.capitulo: & Iudicum.xvi.& primi Machabeorũ.x.Porro ut Diodorus ſequitur: nutrita fuit ab auibus: & uxor Nyni effecta condidit Babilloniã. Nam ſolam turrim & fundamenta ſignauerat auus Nyni/quem Moyſes Nymbrotum uocat. Cumq; Semiramis expiraſſet: ut ait Diodorus in columbã uerſam ferunt. Et ideo abſtinent Syri ab his auibus/& columba uexillum Babillonię inſignitur: ut inſinuat Ieremias ꝓpheta.xxv.capitulo/hortans Ieroſolimitanos/ ut fugerent a facie irę columbę: ideſt Babilloniorum/quos columba Semiramis armorũ ferocia/ magiſq̃ Nynus inſtruxerat/ſi Diodorum ſequi uolumus: aut quibus in uexillo columba erat: ut noſter Aquinas Thomas expoſuit. Nam utrũq; uerum. Ianineus portus a Geographis ponitur: & in diuinis litteris Hebraica prolatione Iãnia nominat᷑ in ſecũdo libro Machabeorum: ubi Iudas Machabeus narratur cremaſſe Ioppitas & Iannitas a regiõe & urbe proxima Iano nominatas: cuius memoria agitur a Ioſue duce Hebreorum/capitulo.xv. ubi in prefectura Gazę maritimę uerſus montes enumerat urbes/ Ianum & Chyriat Arba ideſt ciuitatem tetrapolim: & uerſus meridiẽ iuxta terminos Edom annumerat urbem Noam. Argumentũ uidelicet eius quod Beroſus ait: Noam fuiſſe Ogygium & Ianum: cui in ſua patria primum urbes integrę dicatę fuerunt. Sed de tetrapoli Phenicum uetuſtiſſima: inepta quedam & falſa ab Hebreis exiſtimant᷑: quę ut certius deprehendant᷑: premittenda ſunt: quę nobis concedunt Primo quidem de illius antiquitate & conditione. Secũdo de Phenicum uetuſtiſſima Achademia. Tertio de antiquiſſimo tetrapolis nomine. Poſtea in quib⁹ aduerſant᷑. Tandem contra eos inuincibili argumento a tempore uſi: partes Xenophontis tutabimus. Primo cõueniũt nobiſcũ in eo ꝙ Moyſes antiquiſſimus ſcriptor aſſerit in libro Numeri tertiodecimo capitulo ꝙ antiquiores fuerunt gygantes tetrapolis Phenicũ: q̃ Titanes gygantes Egypti. Nam ut ibi ſcribit/Hebron ſeptem annis ante Tanym urbem Egypti cõdita eſt. Septuaginta interpretes qui Egypti urbem nouerant/traduxerunt Titanim: a qua ut omnes exponunt Titanes dicti fuerunt gygantes. Nec te moueat ut ait Hieronymus/ꝙ Moyſes truncata prima ſyllaba Tanim ꝓtulerit: ꝗa id in uſu eſt uernaculæ linguę Hebreę & gentiũ in nõibus localib⁹ & ꝓpriis. Exemplũ poſſum⁹ accipere ĩ uernacula nr̃a lingua ꝗa ubi grãmatice ſcribit᷑ Phylippus: Nicholaus: Ry Alaus: Ogygianũ: Ry Oſiris: Oſiricella: Veiuzus: & eiuſcemõi: uulgo trũcata prima ſyllaba ꝓnũciam⁹ Lyppus: Chola⁹: Gygianũ: Ry Siris: Ry Tlaus: Syricella Iuzus. Ididem Titani & Tanim. Perqram⁹ ergo Titanũ egyptiũ: a quo urbs Titanim & filii Titanes dicti ſũt. Greci ꝗ nullos celos uľ Saturnos diſtinguũt: utiq; dicent Titanẽ fuiſſe fratrẽ Saturni natu maiorẽ: filiũ

Celi & Veſtę•Queramus igit᷑ Saturnū Egyptiū/is fuit inter deos iunior: pater Oſiridis Iouis iuſti egyptioꝝ/teſte Diodoro in primo libro: qui eū & Herculē egyptiū fuiſſe in primo ortu generis humani/ideſt recente hoie poſt diluuiū ex hoc potiſſimū ꝓbat/ꝙ tam Egyptii q̃ Greci cōfitent᷑ gygantes & monſtra fuiſſe recente hūano genere/ & fuiſſe ꝑdomita ab Oſiride & Hercule Egyptio• Et ob id neceſſario ſequit᷑/patruū Iouis Oſiridis Titanē egyptiū/& Saturnū egyptiū fuiſſe mox poſt diluuiū•Cui etiā argumento ſunt noſter Aquinas Thomas & Beroſus•Ait enim in ſupradicto Numeri•xiii•ca•btūs Thomas & eū ſequutus frater de lira/ꝙ Moyſes dū loquit᷑ de gygantibus qui fuerunt mox poſt diluuiū/idcirco ſubiecit/ ꝙ Hebron ciuitas Phenicum ſeptem annis ante Tanim urbem Egipti condita fuerit: quia fuit quaſi poſt diluuiū a Phenicibus condita & ipſis gygātibus•Beroſus quoqꝫ in•v•antiquitatū ait/Oſiridem Iouem iuſtū Egiptiū/natum ex Saturno & Rhea Egiptios anno ferme•xxiii•Nyni•Ante Nynū uero fuiſſe primū Egiptioꝝ Saturnum ferme centum annis ꝓbat: ideſt tempore Saturni Babillonioꝝ qui & Nymbrotus At Titan maior natu/in Egipto urbem edificauerat•Eſto igit᷑ eque antiqua ſint Babillonia & Hebron Phenica: & Titan Egiptia ſeptennio poſt fuerit cōdita•Igitur adminus circa principia Beli Patris Nyni ſaltem condita eſt egiptia Tanes• Et in hoc aut parum diſſentiūt/aut ad integrum cōueniunt docti Hebrei nobiſcū: urbē Phenicam Hebron antiquiſſimā & longe ante Nynū/& mox poſt diluuiū a Gygantibus conditam•Secundo conueniunt de Achademia uetuſtiſſima huic urbi proxima•Nam Ioſuę•xv•ca•ſcribitur ſic•Caleph uero/ Ioſua dedit partem in tribu Iuda Chyriat Arba/ipſa eſt Hebron/& Dabir item que prius uocabatur Chyriat Sepher ideſt ciuitas litteraꝝ•Vbi btūs Ieronimus & eū ſequutus noſter Aquinas aiunt/ꝙ ꝓpria interpretatio Sepher eſt ſcriptura & liber/ſicqꝫ illa urbs antiquitus id nomē accepit: ꝙ ibi primū littere ac memorię Aſſyrioꝝ & Phenicū libris mandatę fuerūt & priſcoꝝ fuit Achademia antiqua•Frater aūt de Lyra iddem ſub exemplo poſuit ꝙ ibi fuerunt inuentę litterę Cananeę uel ibi uiguit ſtudiū• Nam/quā terram Cananeorum & Canaam uocant diuinę litterę: eandem gentiles uocāt Pheniciam: in plures partes diuiſam/ut ſuꝑ diuinas litteras explanauimus•Hoc eſt igit᷑ ſecundū in quo cum doctis Hebreis conuenimus• Tertio de antiquitate & pluralitate nōis quia antiquitus primum conditę nomen fuit Arba: nouello uero cognomine Hebron: ut patet Ioſue•xiiii•ca•Nomen inquit Hebron antea uocabatur Cariat Arba ideſt ciuitas quatuor•Et•i•ca•libri Iudicum/perrexit inquit tribus Iuda contra Cananeū qui habitabat in Hebron/cui nomen fuit antiquitus Chyriat Arba•atqꝫ inde ꝓfectus abiit ad habitatores Dabir cui nomen uetus erat/Chyriat Sepher/ideſt ciuitas lr̃aꝝ•Veꝝ ꝗdam Hebrei diſſentiūt/quos frater de Lyra ſeꝗtur: Vn̄ ab inicio poſt diluuiū dcā ſit chyriat arba ideſt grece tetrapolis/Latine uero urbs quadrata ſiue uno ut greci uocabulo/q̃driurbs/ſiue ut uulgares poſtillatores urbs q̃tuor•querit᷑ a qbꝰ dicat᷑ q̃tuor•Rn̄dent qdā uulgares: a q̃tuor pr̃iarchis ibi ſepultis Adā: Habraā: Iſaach: & Iacob•Hoc reprobāt btūs Thomas & Ieronimꝰ aſſerētes hoc māifeſte falſū eē: qm̄ anteq̃ Habraā: Iſaac: & Iacob: orti eēnt/antiqtꝰ atqꝫ a cōditiōe ſui q̃driurbs ſiue chyriat Arba dicebat᷑/ut ꝓbatū ē•Et idcirco acutiores hebrei aiūt dictā fuiſſe a q̄tuor gygantibꝰ in ea dñantibꝰ/ſcilicet Enach cũ tribus filiis: ꝓbantq; iſtud ſupradictis duobꝰ capitulis· Nã Iudicũ prĩo ca·ſcribitᷣ his uerbis· Perrexit tribꝰ Iuda cõtra Hebron cuius nomẽ fuit antiꝗtus Chyriat Arba: & ꝑcuſſit Seſay: & Hayman/& Ptolmay· Et itẽ Ioſuę ca·xv· Et cepit Caleph in tribu Iuda Chyriat Arba patris Enach: ipſa ẽ Hebron: & deleuit ex ea tres filios Enach/Seſay: Hayman & Ptolmay de ſtirpe gygantea· Quare Arba fuit pater Enach/ꝗ cũ tribꝰ filiis ibi regnabat Sed & hoc patet eẽ falſiſſimũ· Nã hii q̄tuor gygãtes erãt tꝑe Ioſuę: quos deleuit Caleph: ut lr̃a clare ſonat· Sed añ Ioſue ſeptincẽtis annis & ampliꝰ/imo & ante Nynũ a ſui principio dicta eſt Chyriat Arba: qñ iſti nõ erãt in rerũ natura: ut ex ſuꝑioribꝰ patet· Quare nõ a q̄tuor nouellis gyganteis regibus dicta ẽ uetuſtiſſimo noĩe quadriurbs· Nec ualet: hec eſt Kyriat Arba patris Enach: ideſt iſta ẽ ciuitas q̄tuor/p̃ris Enach: Ergo q̄tuor ſiue Arba fuit pater Enach: ut quidã Iudei arguũt: ſicut nec iſta cõſequentia currit dicẽdo· Iſta capa eſt p̃ris Ioãnis: ergo iſta capa fuit pater Ioãnis· Et iõ Xenophon in quodã fragmento: antiꝗtus inquit urbs monopolis ruſtica erat Dipolis uero opulẽta: Tripolis quę ꝓuincię caput eſſet: Tetrapolis uero regia/quã toti regno &·xii·principibus regni coloniis priſcis p̃fectã inſtituebat: ut Samotracia/in qua eadem tetrapolis cõſtituta ex Samo: Neſſo: Tracia: & Saona·xii·primis poſt Acticũ diluuiũ urbibus p̃fuit· Idipſum inſinuat Strabo ĩ Geographia ubi ait Samotracia cũ tetrapolis eſſet/habuit ex his unã quę Same & Samos dicta fuit· Et argumento eſt etiã Moyſes ꝗ ut ſupra in Equocis Saturni & Nyni ꝓduximꝰ/aſſerit ꝙ antiquiſſimꝰ Nymbrotus tetrapolim Babilloniã: & Nynus tetrapolim Nyniuẽ cõſtruxerũt: licet·xii·colonias ibi Moyſes nõ noĩet: ſed Deuteronomii ca·xxxii·exprimit dicẽs· Qñ diuidebat altiſſimus gẽtes ſcilicet linguas apud turrẽ Babel ut exponit Hieronymꝰ & alii: & qñ ſeꝑabat filios Adã ꝑ colonias/poſt cõfuſionẽ linguaꝝ ut oẽs interp̃tanᷣ: tũc cõſtituit terminos ppłoꝝ: ad inſtar ſcđmq; numerũ filioꝝ iſrł in quo pars & colonia dñi fuit populus eiꝰ: & Iacob funiculꝰ ideſt mẽſurator & dux caput hereditatis eiꝰ· In hoc dicto Moyſi queritᷣ: qũo in diſperſiõe coloniaꝝ fuit ſimilitudo pplĩ iſrael & ducis eius Iacob: ſcđm numerũ· Et reſpondẽt quidã quos ſequitᷣ frater de lira/dicẽtes: quia Iacob quo ad numerũ ingreſſus eſt in Egyptũ cum ſeptuaginta poſteris: & ita ſe habuit ĩ diuiſiõe coloniaꝝ & linguaꝝ/quia diuiſi ſunt in ſeptuaginta duces & linguas/ꝗ diſperſi ſunt i loca & termĩos ſuos ſeptuaginta colonias primas: ut ipſe Moyſes enumerat Geneſis ca·x·xiq;· Sed hoc ipſa prima frõte eſt falſum: qa ibidẽ enumerat ſeptuaginta duas linguas/& ſeptuaginta duos primos duces coloniaꝝ/ſumpto primo initio a primo omniũ duce Noa· Quare in ip̃o numero in quo Moyſes ſimilitudinẽ fundat/ip̃i palã aberrãt/ nec illud niſi ꝑ ignotius aut figmenta ꝓbare p̃nt quę funditus neganᷣ· Vnde Moyſes prepoſuit: ut de hac re antiquos ante Moyſen ſcriptores interrogarent dicẽs· Interroga patres tuos/& annũciabunt tibi: maiores tuos & dicent tibi· Deſcenderũt autem a Caldeis ipſi Iudei/qm̃ Nachor: Thare & Habraã fuerũt Caldei ex Aram quę eſt in Meſopotamia ubi & Babillonia: ex caſtro Vr Caldeoꝝ: ut docent paſſim diuinę litterę· Vnde & ipſe Moyſes primus interrogator etiã eruditus ĩ eorũ ſciẽtia atq; hiſtoriis/aſſerit numerũ filioꝝ iſrael fuiſſe duodenariũ/& ipſum ducem eoꝝ fuiſſe quatriuxorium·

Et ita ſingulos populoꝝ Duces fuiſſe quadriurbios regios:ut dux Kyriat Arba: & Nymbrotus dux Caldeoꝝ fuit quatriurbius:ꝗa ut ip̄e teſtat᷑/ſedes regia fuit Babel Arat Acat/Calanne•Regia item Nyni quatriurbs fuit:Nyniue:Fora:Cale:Reſem Quatriurbs fuit regia Ieroſolima•Sion:Moria:Iebus:& Salẽ• Melchiſedech enim duo fundauit oppidula Sacerdocia/ꝓ hoſtiis pacificis:& idcirco uocauit ea Salem & ipſe dictus eſt rex Salem Geneſis•xiiii•ca• Et prima Monopolis ſacerdotia Salẽ erat iuxta Iordanẽ ꝑtinens ad Siccimitas in tribu Effraim: de qua Ioannis•iii• ca• dicit᷑•Erat Ioannes Baptizans in Ennon/ iuxta Salim: Vbi frater de Lyra dicit : ꝙ hec nõ eſt urbs ꝑtinẽs ad Melchiſedech:& adducit Iſidori Ethimologias/quaſi Iſidori auctoritas p̄emineat diuinis litteris/quę Salem urbẽ Siccimoꝝ affirmat eẽ geneſis ca•xxxiiii•ubi ait:uenit Iacob in Salẽ/urbẽ Siccimoꝝ•Nuſq̄ aũt rep̄it᷑ alia in diuinis litteris/niſi ex traditiõe Hebreoꝝ/ꝗbus in hac credit᷑ ꝑte• Et ideo ridiculoſitatibus fratris de Lyre õmiſſis dicimus:ꝙ duo oppida ad ſacramẽtalia Melchiſedech cõficiẽda inſtituit•Primũ iuxta Ennõ ideſt aquas/ad lauandũ & baptizandũ ꝗa baptiſmus & expiatio ꝑ aquas/erat de iure gentiũ ſacramẽtale ꝗd/uſqꝫ ad Xp̄m/ſub quo ſacramentũ ueꝝ eſt/& uera expiatio atqꝫ luſtratio/ ut ꝓbauimus in comentariis noſtris ſup diuinas lr̄as•Secundũ uero oppidũ Salẽ ſacerdotale erat/ubi nũc Ieruſalẽ/in ea ꝑte/que ſequit᷑ Moria/iuxta uallẽ Ioſaphat/ubi porta Effraim:Iebus uero erat in ſupiore ꝑte quaſi arx/ubi piſcina ſuperior:in qua ſupanda/magnas uires adhibuit Dauid:ut patet in•ii•li•regũ ca•v•/ubi dicit᷑• Abiit Dauid cũ exercitu in Ieruſalẽ cõtra Iebuſeũ & reliqua•Et hec dicebat᷑ ſecũda urbs:de qua in•iiii•li•regũ dicit᷑ ca•xxii•ꝙ Olda ꝓphetiſſa:habitabat in Ieruſalem in ſecũda:ubi frater de Lira fingit triplicẽ ſomniatũ muꝝ•Tertia uero urbs fuit arx Iebuſei que uocabat᷑ Sion:cuius planicies habet menſurã boni ac magni oppidi uſqꝫ ad uoraginem/inter ſe atqꝫ mõtem ſiue collem Moria:que uorago dicit᷑ mello•Hãc tertiã Dauid partem edificauit:ut in eodẽ ſecũdo regũ li•& ca•ſcribit᷑•Cepit inꝗt Dauid Arcem Sion/& edificauit ꝑ Giꝝ a Mello & intrinſecus & habitauit ibi:& uocauit eã ciuitatẽ Dauid•Quartã ꝑtem in colle Moria uoluit addicere cũ templo/ut eã tetrapolim faceret/& regiã cũ Fano & templo ſacraret•Sed ꝓhibuit eũ deus ꝑ Nathã ꝓphetã dicẽs/ꝙ ea ꝑs urbis cũ templo reſeruabat᷑ Salomoni filio•Vñ ut ſcribit᷑ tertii regũ capitulo•iii•& deinceps atqꝫ aſſerit᷑ ibi/ꝙ edificauit ibi domũ ſuã & templũ/& muros Ieruſalem•Itaqꝫ ſicut Metropoles alię quadriurbes erãt Babilõ:Harba:& Nyniue: ita regia•xii•tribuũ Ieroſolima tetrapolis conſtabat Salẽ:Iebus:Sion:Moria:Quo etiam pacto Cicero cõtra Verrem/in•vi•Verrinarum dicit/ Metropolim Sicilię Syracuſas/tetrapolim/conſtare quatuor magnis urbibus Tyke:Archedina:Neapoli: Inſula•Romulus•item oppidum Romam in urbem conuertens/totum collem Palatinum cinxit/& Tetrapolim reddidit/conſtantem: Roma:Vellia:Germallia: & Foro:ut exprimit Fabius Pictor de origine urbis Romæ:& Varro in primo de lingua latina per origines horũ uocabuloꝝ ſignificat•Deniqꝫ & ipſa Iani/ & Etruſcoꝝ regia Etruria Metropolis/erat tetrapolis•Harbanum:Volturrna:Vetulonia:Para Tuſſa ſiue Sara Tuſſa:ideſt princeps Tuſca • Harba enim quattuor/ Harbanum quartam tetrapolis ſignificare/nomen accuſat in qua loca ſunt/Calumba/& Muſar nus ideſt Herculeus collis/ad hec tꝑa: quē ſequit᷑ hac etiā etate dicta Para Tuſſa/ a qua pons para tuſſus· Nā para/ apud Arameos haſta & princeps dicit᷑:ut noſter Samuel dicit· Eam Tuſcam/a qua Tuſcanienſes & in cuius agro ad huc uadus dicit᷑ uulgo Tuſcanienſis/fuiſſe regiā/duo ſunt argumēto/unū ſcilicet Para ſiue Sara cognomentū· Quod enim Hebrei Sara/id Aramei Para:ideſt principē ut Vironiſſam intelligūt· Hinc Para Tuſſa princeps & Vironiſſa Tuſca urbs eſt· Nā que diruta eſt inter Caminū atq; Tuſcanellā: Tuſſam Nanā uocāt incole:ideſt Tuſcam paruā ignobilem/ex cuius ruinis & uiris ſuffectā Tuſcanellā/ nominis interp̄tatio & locoꝝ uicinitas cōuincit· Nam quā Aramei uocāt Tuſſam Nanam: hāc Latina lingua profert Tuſcanellā:ut erudite noſter Samuel Talmudiſta interpretabatur Quare a cognomine Para Tuſſa regia erat· Deus quoq; Vertūnus id probat· eſt enim Vertunnus ſiue Vadymon princeps deus Etrurię atq; regius:ut in aliis comētariis uidebit᷑:& Varro in primo de lingua Latina inſinuat· Regius uero deus/regię urbis erat numen· Ceteꝝ urbis Tuſcę ipſe deus erat que eſt in parte Volſinienſi:ut ſignificat Propertius in Proſopeia Vertunni:in qua inducit Vertunnū/a Tuſca/Romā/a Lucumone Galerito traductū/ꝓ Romulo:cōtra Sabinos:ita dicētem Tuſcus ego: Tuſcis orior:nec penitet inter· Prelia: Volſinos deſeruiſſe focos· Ex hac urbe fuit unus ex Turrenis Delphinis exul Lybacas:de quo in·iii· Metamorphoſeos Ouidius ſcribens:furit inquit audaciſſimus omni/De numero Lybacas:q Tuſca pulſus ab urbe/Exiliū/dira ꝓ cede pena luebat· Et ab hac ꝑte nō iniuria ſcribit Fatius de Vbertinis Florentinus noſter in ſua geographia uernaculo metro edita:Olim Viterbū dictū Veiuzā/& a ture Tuſcā· Emēdatius dixiſſet a Tuſſa parte Tuſcā· Sequit᷑ hāc ſecundā ꝑtem/collis ad hec tꝑa tenēs nomē Vetuletū/a quo tota portio Vetulonia deriuatiue dicta fuit· Eā fuiſſe regiā/ & nōis interpretatio/& dignitas ꝓbat· Et enim Veitulonia ꝑ ſincopā dicta eſt Vetulonia/deriuata a nōinibus Arameis/Veia/quod eſt currus/& Lomni qđ eſt tribubus principari· Vñ btūs Ieronimus in libro interpretatōm dicit Lomnimos eſſe philarcas ideſt principes tribuum & populorum· Hinc Babillonia eſt Babel philarca:& populonia puppium philarcha:& Vetulonia currulium philarcha/ideſt princeps currulium·xii· Lucumonum & populorum·xii· Etruriæ· Quare erat princeps ideſt regia·xii·regum· Probatur etiam a dignitate & officio/quia penes illam ius erat dandi faſces & imperia & decorare & admittere aduenas ad ciuilitatem Volturrenā:dicente Sillio in·viii libro· Meonieq; decus quōdam Vetulonia gentis:Bis ſenas hec primas dedit precedere faſces· Et iunxit totidem tacito terrore ſecures· Hec altas Eboris decorauit honore curules:& reliqua· Quarta hanc ſequit᷑ Volturna:quam omnes cōcedunt fuiſſe regiam/ad cuius fanum indicebant᷑ concilia publica imperii· Quod etiam Liuius ſignificat:in pluribus locis ab urbe condita· Hanc tetrapolim fuiſſe abſq; menibus uti Ieroſolima/& multe alię tetrapoles conſtat:cū ꝗa Deſiderius ultimus Lōgobardoꝝ rex illam menibus muniuit : tum precipue/quia licet uno cōi nōie uocarentur:diſtincte tamen ſingulę enumerabantur:ut Babillonia: Babel:Alcat:Arat: Calanne· Similiter Nynus dicitur Nyniuem Fora:Cale:Reſen: Rurſus Ieruſalem enumerat᷑ Salē:Iebus:Sion:Moria:Itē Samotracia diſtinguit᷑ in Samēſes:Neſſos

Tracienſes/Samnenſes·Id idẽ Siracuſę/in Tykẽſenſes·Archedinos:Inſulanos:Neapolites·Itẽ Troia:in Phrygios:Dardanios:Troes & Ilienſes·Pari forma priſca urbs Roma ante Sabinos & Luceres/ſub. Romulo diſtinguebat᷑ in Romanos:Forenſes:Vellienſes atq; Germallienſes·Similiter urbs Etruria diſtinguit᷑ in tertio naturalis hiſtorię:cap̃·vi·a Plinio in lr̃is Alphabeti Harbanũ:Tuſcanienſes:Vetulonienſes:Volturreni cognoĩe Etruſci:in eadẽ parte Volſiniẽſes· Ex his argumentũ inuincibile unũ eſt a cõiugatis hoc modo·Vbi Volturreni ſunt cognomine Etruſci: utiq; neceſſario ſequit᷑/ibi eſſe urbẽ Volturrenã ſiue ꝑ ſincopã Volturrnã cognomine Etruriam·At Volturreni cognomine Etruſci ſunt in eadẽ parte qua & Volſiniẽſes· Ergo neceſſario ſequit᷑ ꝙ Volturna cognoĩe ſit urbs Etruria:a qua cõicato nomine omnis Thuſcia Etruria dicta eſt:ut copioſius ſuꝑ Myrſilum ſcripſimus·Sequit᷑ neceſſario etiã qm̃ Etruria urbs eſt tetrapolis:ut ubi eſt una eius pars/ſit & reliqua·Quare neceſſaria & ueraciſſima reſponſiõe reddit᷑ ad queſitũ ubi ſit Volturrna? ubi inquã & Vetulonia·Et ſi querit᷑ ubi Vetulonia? reſpondet᷑/ubi & Tuſca & Volturna in eadẽ parte qua & Volſiniẽſes/& urbs Etruria/& Thermaꝝ aquę piſcuoſę iuxta lacum Cyminiũ·Vnde hoc ſignificat᷑ quo ad lacum Cyminiũ a Sillio in·viii·libro:qui iuxta Vetuloniẽſes ponit Veiẽtanos ciſcyminios pp̃los/Nepe: Sutriũ: & lacũ Cyminiũ: ut ſuꝑ fragmẽta Catonis explanabimus·Quo ad Etruriã uero & Thermales aquas piſcuoſas/ſignificat Plini⁹ ĩ·ii·naturalis hiſtorię de miraculis fontiũ & aquaꝝ: quo ꝑ diſtinctionẽ a Piſa de Etruria & Vetulonia ſic habet·Aquis calidis Piſę ĩnaſcunt᷑ ranę·ad Vetulonos uero in Etruria piſces·In Etruria inquit/quę ſcilicet eſt urbs inter Volſinas & Veientanos dictos populos ut clare limites ei⁹ deſcribit Liui⁹ in prio ab urbe cõdita dicẽs· Erat Sabinis uicina Etruria:ꝓximi Etrurię Veientes· Nã populi Veiẽtes finiũt ad lacũ Cyminiũ:ut Catonis fragmẽta indicãt· Porro Volturna ut diximus in parte Volſiniẽſi ipſa eſt cognoĩe Etruria:qa Volturreni ipſi ſunt cognomine originali Etruſci·Sed de his hactenus·Nã plura in aliis comẽtariis adducemus· Nũc de ultimis Cadmis aliqua dicamus· Cadmus inquit Samotraca Armonia inclytus paulo ante ruinas Troianas· Ergo mendax Grecia audet in hiſtoria Samotracũ/aperto mẽdacio mẽtiri fingẽs fuiſſe cognatũ Dardani & Iaſii Cadmũ ex ſorore Armonia:qui poſt nuptias has & mortẽ Iaſii Dardaniã cõdiderint:ut ſcribit Diodorus in·vi·libro: & Dioniſius in primo· Quo enim pacto poſt nuptias & mortẽ Iaſii Dardanus Samotrax Dardaniã condere potuit: qui eo tempore quo iam multis regib⁹ Troianis extinctis/Troia cõdita fuerat/& ad finẽ Laumedontis & principia Priami uenerat: ut Xenophõ indicat:Teſtes ſunt etiã Spinga & Palefatus Greci/qui ãnis ſexaginta duob⁹ ante ruinas Troię/fuiſſe certamẽ priſcę uxoris cõtra Cadmũ/ob Armonię zelotipiam/regnãte Laumedõte & Euãdro nauigãte in Italiã aſſerũt:quanq̃ Euſebius de tẽporibus antiqtatis Grecanicę fautor/ferme annos decẽ ante/ideſt ſeptuaginta duos ante ruinas Dardanię notet·Sed de his mẽdaciis Grecanicis hactenus·De ultimo Cadmo Plini⁹ in·v·naturalis hiſtorię:ca·xxx·ita ſcribit·In Aſia inquit Miletus Ionię caput:antea Lelegeis/& Phybyuſa/& Anactoria noĩata: octoginta urbiũ ꝑ cuncta maria genitrix:nec fraudãda ciue Cadmo qui primus orationẽ proſaicam dicere inſtituit·

Finit Xenophon de Equiuocis·

Eiuſdem fratris Iohannis Annii comentaria ſuꝑ Sempronium de diuiſione & chorographia Italię·incipiunt·Initium ꝓlogusqꝫ·

c AIVS Sempronius uir inter Romanos illuſtris: cuius meminit Dioniſius Halicarnaſſeus in primo libro: ubi cum & Catonem Porcium reprehendit de prima claſſe Grecoꝝ que uenit in Italiam: ubiue dicit Sempronium de expoſitione geminoꝝ Remi & Romuli: eum eſſe cum Calphurnio & Catone/ qui ſequuti ſint Quintum Fabium pictorem· Hic Sempronius Italię deſcriptõem fecit: quam Greci Chorographiam uocãt· Et primo diuidit eam in tres partes· uidelicet in mõtes Apeninos ſecantes Italiam in duas partes: & in ꝑtem Ciſapeninam ad inferum mare/ Et tranſapeninam ad ſuperum dicens his uerbis·

u Diuerſa Italia a iugis Alpiũ oꝛitur: ⁊ in Leucopetram: fretũqꝫ Siculũ terminat᷑. Lingit᷑ ſupero ⁊ infero mari: ⁊ ſecat᷑ Apenino: qui a iugis Alpiũ oꝛtus ꝑ mediã Italiã a Lyguribus ad Anconã poꝛrectus inde paulatim uſqꝫ Venuſiam reflexus: ibi ex tranſuerſo diuidit Italiã: ex altera parte Bꝛunduſiũ: altera Veliam attingens circũ ſinũ Tarentinũ: quo Auſones pꝛimuz inde Aboꝛigines greci poſt Enotriũ Archadem tenuere: a quibꝰ magna grecia nũcupatur in qua ſunt Enotrii Calabꝛes: Salẽtini: magna grecia atqꝫ Bꝛutii. Poꝛꝛo antiquitus Italia in mediũ apeninũ: ⁊ in ciſapeninũ ad inferuz mare: ⁊ in tranſapeninũ ad ſuperum pelagus: ⁊ in alpes a Retiis ad Lygures diuidebatur·

Huic libro titulus ſcriptus his uerbis premittit᷑·C· Sempronii/ de diuiſione Italię/ & origine urbis Romę· Nam cõplura ſcribit de origine urbis Romę: in ꝗbus ut plurimum Pictorem aſſequit᷑ Si quis autem plene/ quo ad diuiſionem & ꝑtitionem Italię hũc autorem habere cupit: habeat ante ſe pictam imaginem Italiæ precipue quã Ptolomeus deſcribit· Alioꝗn (uti olim ego) minus intelligẽs autorem cum libro reiiciet/ & ad terram collidet· Nam abſqꝫ alia expoſitõne intuebit᷑ in Ptolomeo/ qũo tota Italia/ a iugiſ alpium oriatur & inter duo maria diffundatur ad fretum Siculum: & quo pacto/ in duas partes ab Apenino ſecetur Italia/ & ubi ſunt urbes/ limites/ & populi/ qui hic aſſignantur· Quare ea Chorographia Italica Ptolomei preſuppoſita: ſolum quedam percurremus. Alpes Italię nomen ſuum retinent: ſed Apeninus pro locorum diuerſitate ac populorũ diuerſa ſortitur nomina· De eo uero Ptolomeus ſic dicit in tabula ſexta Europæ: capitulo primo: deſcribẽs etiam eius limites· Italia inquit limites habet ab occidente/alpium iuga iuxta lineam que extendit᷑ ab Adula mõte:uſqꝫ ad Vari fluuii oſtia:& a ſeptentrione finit᷑ alpium iugis Rhetię A ſeptentrione quoqꝫ uerſus ortum ſolis habet Hadriaticũ pelagus & a meridie Turrenum·De Apenino uero ſic habet·Apenini iuga/fere Ligurię iminent/& ab alpibus incipiunt·Deinde uſqꝫ Anconam ꝓtendunt:hincqꝫ uerſa dum ad Adriaticũ inclinant᷑:uſqꝫ ad montem Garganũ ducunt᷑·Poſt ad meridiem inclinata:in Leuco Petra fines habent·Leucopetram Greci/ſed Latini Albam petram dicũt:eſtqꝫ circa regium & dicit᷑ finis Italię/& trãſitus in Siciliam/in quo inueniunt᷑ uertigines Scyllę atqꝫ Caribdis·Diuiſio uero Italię prĩa eſt in principia & origines Italię ab occidẽte:& retinent nomen alpes / per quas tranſimus ab Italia in Franciam/ & iſta iuga iminent liguribus:Que uero iminent Comenſibus & Veronenſibus uſqꝫ Paduam & Venetias:prebent tranſitũ in magnã Germaniam·A Venetiis uero ad Hiſtriam & Rhetos:tranſitus ſunt in Hiſtrios ſiue Danubinos inter Germanos & Pannonios olim Bannonios nunc Vngaros·Ciſapẽnina uero Italia eſt ad inferũ mare/olim Tuſcũ & turrenũ/a dñis principibuſqꝫ maris Turrenis:nũc mare Leoninũ ꝓ maiori parte:Superũ uero mare Gulfum Venetiaꝝ a principibus dicit᷑ Venetis/ſicut prius a principibus Turrenis & Colonia Thuſcoꝝ dicebat᷑ Turrenũ & Atriaticũ Quam diuiſionem Italię Liuius in·v·ab urbe cõdita: breuibus abſoluit:ubi de priſco Turrenoꝝ imperio ſcribẽs:Thuſcoꝝ inquit ante Romanoꝝ imperiũ opes:mari terraqꝫ longe patuere·Supero & infero mari quibus Italia inſulę modo cingitur/ nomina ſunt argumento:ꝙ alteꝝ thuſcũ cõi uocabulo gentis:alteꝝ Atriaticum ab Atria thuſcoꝝ colonia uocauere Italicę gẽtes/ Greci Thuſcũ atqꝫ Turrenũ eadem uocant·Hii thuſci in utrũqꝫ mare uergentes/ prius Ciſapenninũ ad inferum mare duodenis urbibus incoluerunt terras·Poſtea trans Apenninũ totidem quot originum capita coloniis miſſis tenuerũt omnia loca que trans Padũ ſunt/excepto Venetoꝝ angulo qui ſinum circũ incolũt maris·Alpinis quoqꝫ haud dubie ea gentis origo eſt/& maxime Rhetiis:quos loca ipſa efferarũt/ne quid ex antiquo preter ſonum lingue neqꝫ eum incorruptũ retinerent·Hec Liuius· Verum de amplitudine imperii Thuſcoꝝ:abſoluimus ſeptem & ſexaginta Epithomatũ libros· Nunc ſatis dictũ ſit/quo ad nomina ꝑtitionis Italię:in qua etiam orthographia hoꝝ uocabulorum Atria & Turrenũ uti ego/ita ſcriptores conſcribant locis ſuis/quando Turrenũ uel Turrhenũ/& Volturrena ſiue per ſincopã Volturna/ & Volturrhna ſcribit᷑ quoꝝ ratiõem reddidimus in comentariis ſuꝑ Mirſilũ·Atriaticum quoqꝫ ab Atria Thuſca familia Hadriaticũ uero ab Hadrião dicit᷑·Nũc de ꝑtitiõe Apenini ſeqt᷑·

Diuiſio Alpium·

p Oſtq̃ Sẽpronius diuiſit Italiã in Alpes:in Apeninũ:in Ciſapenninã ad infeꝝ mare:& in trãs Apenninũ ad ſuꝑm pelagus:nũc diuidit primã ꝑtem que ſunt
(Alpes dicens·

a Lpes ipſi trib⁹ partitionib⁹ ſecant᷑. Prima Lygurũ ꝙ ab eis oriant᷑. A Nycea

Prima ꝑs alpiũ incipit a mari infero : ubi ad huc ueteres limites Italiæ inter ſe/& Galliã Bracatã que a Narbonenſis ꝓuincia poſt ad poeninum: ſequēs ab eo ad Ocrā monteʒ. Poeninꝰ dictꝰ a trāſitu Hanibaliſ. Tertia Tauriſana uſqʒ ī Hiſtriā. Omnibꝰ alpinis exceptis Lyguribꝰ notiſſima oꝛigo Etruſca eſt:pꝛecipue Rhetiis.

dicta eſt:Autore Plinio in·iii·naturalis hiſtorię ca·v·nomina retinent Nicia & Antipolis· Ab his ꝑ alpes aſcendēdo uſq; fontes Atriani fluminis/qui a poenino orſus labit᷑ inter Veronā & Vincētiam in mare mergitur ut Ptolomeus deſcribit: eſt tota prima ꝑs alpiū· Et notat hoc loco Sempronius:ꝙ hec prima portio alpium dicit᷑ Lygurum/non/quia lygures principio Italię incoluerint:ſed ꝗa ab eoꝝ limite maritimo oriunt᷑/ & ꝑ mediterranea diffundunt᷑ ca iuga· Quo enī ad primas in ortu gentiū Italię colonias:haud dubię omnibus alpinis Thuſcę gētis origo eſt/ ut hic Sempronius & clarius expreſſit Liuius in ſuꝑiore comētario· Neq; obſtat ꝙ in fine huius ꝑtis Sempronius dicat exceptis Lyguribus:quia ſupra expoſuit quo ad ortū Alpiū/ꝗa ubi oriunt᷑ iuxta mare incolūt Lygures: mox ueteꝝ Thuſcoꝝ ꝓles· Vnde & Suſianos in his Ptolomeus ponit:& in fine Atriatē fluuiū· Nā Suſa ꝑs eſt uetulonię/quā corrupte Sūſam uocamus:& Atrianus fluuius ab Atria thuſcoꝝ familia/ſicut & apud oſtia padi Atria oppidū thuſcoꝝ:ut ſignificat Plinius in·iii·naturalis hiſtorię·ca·xvii·de oſtiis padi·Omnia inꝗt ea foſſas fluminaq;/ Sagi fecere thuſci/egeſto amnis impetu ꝑ trāſuerſum in Atrianoꝝ paludes/que ſeptē maria appellant᷑ nobiles portu oppidi thuſcoꝝ Atrię:a quo ante Atriaticū mare appellatū: qđ nūc Hadriaticū·Hec Plinius·Hec clarius dicent᷑ in aliis comētariis/que de prima ꝑte alpiū ſunt: a liguſtico mari ad poeninū montē : ubi Atrianus fluuius teſte Ptolomeo fontes ꝓximos habet· Secūda uero ꝑs alpiū: a poenino ad Tauriſinum portendit᷑·Et ut ait/poeninus dictus eſt a trāſitu poenoꝝ ducis Hanibalis/ de quo Iuuenalis in Satyra:Et mōtem fregit aceto·Fallunt᷑ igit᷑/ꝗ putāt poeninū & apeninū eſſe eadē/ut ſuꝑ Beroſum & in aliis exponet᷑ comentariis· Extendunt᷑ hii alpes a fontibus Atrianis fere uſq; ad Ocram montē· Mōs Ocra iminet Venetiaꝝ oræ a Tridēto ad fluuiū Tylauentū·Veꝝ ꝗ ſequunt᷑ alpes a Tilauēto ad finē hiſtrię Italicę/Tauriſini dicunt᷑ Quidā eos/a foro Iulii/unde ceſar Iulius ab Italia in tranſalpinos trāſcendebat inchoare cōtennunt· Foro Iuliū nomen retinet/& uulgo corrupto Fri Iuli dicit᷑:& oēs alpes ꝑ quos uerſus Aquilegiā trāſibat lingua & ꝓlatiōe thuſca adhuc Zulię/uulgo uero corrupto Zelię dicunt᷑· Nā lrām·ž·i·cōi ꝓlatiōe ꝓferebāt/ut zaſius·Iaſius:zulius & Iulius:ut in inſcriptōibus Etruſcis inuenimꝰ·Quidā uero circa urbē Tauriſiū/quā corrupte Triuiſium dicūt:exordiri alpes Tauriſinoꝝ uolunt:de ꝗbus Plinius in·iii·naturalis hiſtorię:ca·xix·Venetia inꝗt fluuius Silis/ex montibus Tauriſanis·Ab hoc igit᷑ Venetia Silis fluuio:omnis forte circū ſinū maris regio Venetia dicit᷑:aut uerius iuxta Beroſum/ a phetōtis poſtero Vēto ꝑ ſincopā/& abſq; ſincopa Veneto/tā regio q̄ fluuius nomē accepit· Vnde & Tyla ut ait/ex poſteris phetontis fuit/ſicut & Vētus:a quo nō dubiū ē dici ꝑ ſincopā Tyla uētus·i·tyla Venetus· Tā ergo ingentē uaſtāq; alpiū lōgitudinē thuſci/coloniis miſſis/ferme in prio Italię ortu/cũ egena eẽt habitatoꝝ:primi alpinoꝝ genitores tenuerũt•

De Apenino•

ſ Equit᷑ Sempronius poſt Alpes/de diuiſione coꝝ/qui ꝑ totã longitudinẽ Italiæ ab Alpibus dictis ad fretũ Siculũ Apeninũ incolunt:his uerbis dicens•

a ·Peninus diuidit᷑ in Lygures montanos: Apuanos: Vmbros: Sabinos: Sabellos Etruſcos. Lygures dicti ſunt a Lygure Phetõtis filio qui omniũ prim⁹: multis ſeculis ante Grecos ex Actica colonias in Italiaʒ transportauit: adiecitqʒ atqʒ miſcuit antiquiſſimis Italie populis: ab Oſtiis thyberinis uſqʒ Niceaʒ. Hinc ueteres omnẽ maritimã dixerũt Lyguriã. Itaqʒ ꝑs Apenini a Nicea ad fontes Macre Lygures montanos alit:quib⁹ origo eſt a Genio et Lygure. A fontib⁹ uero Macre ad fontes thyberis Apeninũ colũt Lygures Apuani: Etruſcis orti:cognomine ueterib⁹ gallis: ut. M. Antoni⁹ prodit. Portioneʒ uero Apenini a fontib⁹ thyberis ad Nar:inhabitant Vmbri: prima ueterum Galloꝝ proles: ut Auguſtus ſcribit. Ab amne uero Nare uſqʒ ad fõtes Silaris: mõtes tenẽt Sabini:quib⁹ Saga eſt origo. Nã Sangni gẽtilis

Ergo in ſeptẽ ꝑtes diuidit Apenini longitudinẽ• Prima eſt Lygurũ montanoꝝ a Nicia maritima ſupradicta/uſqꝫ ad Macrã:quoꝝ metropolis eſt Genua/a Iano Genio priſco Italiæ uel condita uel dicta Ianua & Genua:ut hic Sẽpronius ſignificat : & fama eius ciuiũ eſt• Cui argumẽto eſt promontoriũ eius /adhuc uocabulo Arameo dictũ Carym Ianũ/ideſt Vinea Iani/ & Latino uocabulo nõ ꝓcul ſancta Maria uinearũ• Quod uero quidam imꝑiti originũ dicũt/caryn Ianum dici calignanũ ꝙ ibi calabãt ligna: ſimile eſt ꝙ mei ruſtici Viterbenſes dicũt•F•A•VL•ſacrũ idcirco dictũ ꝙ ibi Fabe ſerebant᷑• Argumẽto quoqꝫ eſt regio / & amnis Pheriton quã uulgo uocãt Pheritianã ideſt Phetonteã:ut in comẽtariis aliis explanabit᷑ Amnẽ uero nũc bis amnẽ uocãt : de quo Plinius in•iii•naturalis hiſtorię c•vi•Flumen inquit porcifera: oppidum Genua fluuius Pheriton:Portus Delfini/ & reliqua• Lygurẽ uero fuiſſe filiũ Phetõtis & in occidẽtalẽ ꝑtem Italię aduectos cõſediſſe ſub Larthe Italię Tagete aruſpice T. huſco/& nouiſſimis anniſ Aralii regis Aſſyrioꝝ/q fuit quintus a Nyno:autor ẽ Beroſus•Q đ & Cato de originibus/ & hoc loco Sempronius ſignificãt/uetuſtiſſimã gentẽ Lyguꝝ aſſerentes: & ante oẽm claſſem Grecoꝝ ue

Sabi fuit. Hii paulo añ ruinaſ Troie diſciplinas Etruſcas didicere: ⁊ ius diuinũ ⁊ humanũ a Megale Turreno ꝑceperũt.

Rurſum a fontib⁹ Silaris ad fõtes Volturreni ⁊ Sarni Sabelli proles Sabinoꝝ incolunt: quos Romani Samnites: Greci uero Saunites uocant. Portionẽ uero Apenini a fontibus Sarni uſqꝫ ad magnã Greciã Thuſci tenuerũt: ⁊ reſiduã greci. Hactenus de diuiſiõe Apennini ⁊ Alpiũ: et origine habitantium in eo.

niſſe in Italiam. Hos Barbatus Grecus Dioniſius Halicarnaſſeus emendare pergit in primo libro: dicens Catonem & Semproniũ ſimillima fabulis dicere de antiquitate Lygurũ ante aduentum Grecoꝝ: quia nõ dicũt quo tꝑe/aut q̃ de cauſa uenerint. Sed ut ait Plinius in.iii. naturalis hiſtorię ca.xvii. pudet ratõnem Italię mutuari a Grecis. Qui eni de domeſtica ſua origĩe ſibi mutuo contradicũt: male de aliena & remota diiudicare poſſunt. Neq; opus eſt de originibus urbiũ/tẽpora & fortunas aſſignare: quia hec ad hiſtoriam ꝑtinent/ quam illi precognitã a lectoribus preſuponunt. Dicunt̃ aũt montani lygures: quia montibus herent: & colunt: uſq; ad fontes Macre amnis: ubi urbs Apua eſt/a qua Apuani. Amnis Macra retinet nomen/ſed urbs nunc Pontremulus dicitur olim Apua. Sunt ergo Apuani montani Lygures Carrarii: a Cariara ideſt urbe Luna dicti. Item Caſeroniani a luco Feronię nunc Petra Sancta & corrupte Carſeniani uſq; Peſciam. Inde Stellatini a fluuio Stella ꝑ montana Piſtorie uſq; Pheſulas: Ab inde uſq; fontes Thyberis ſunt montani Cluſentini/quos corrupte Caſentinos uocant. Hec eſt igitur ſecunda pars Apenini ad inferum mare: quam inhabitant Lygures Apuani originis Etruſce mõtani/quibus Pheton Lygures cõmiſcuit/ut ait Sempronius. Eoſdem Liuius etiã Apuanos Lygures nominat/precipue a quibus eſt tranſitus in Galliã Ciſalpinam/nunc Longhobardiam. Qđ uero ait/Lygures Phetontem cõmiſcuiſſe antiquiſſimis Etruſcis maritimis/ & ob id ab oſtiis Thyberinis ad Nyceam uſq; Lygures maritimos a ueterib⁹ dictos fuiſſe: duo ſunt pro Sempronio argumẽta in Etruſco litore. Primum eſt portus Lygurnus/Lyguris eximiũ monumentũ. Neq; Lydurnus ſcribendũ eſt/ut quidam libroꝝ corruptores magiſq̃ emendatores impreſſerũt: quia Lyburnus portus eſt Lyburnoꝝ inter Hiſtriam Italicam/& Illiricũ. Alterum argumentũ eſt lapides ingẽteſq; moles complutę de celo in pugna Herculis Egiptii/in eius auxiliũ/contra Gygantes Italię: quos ad hec tempora uocamus Lamonem a Lamone/qui eius Herculis erat filius: ut Diodorus Siculus autor eſt in.v.li. Sunt autem hi complutę ingẽtium ſaxorum moles inter Grauiſcas & Coſas nunc Aſidonias. Omnes aũt hiſtorici tam Greci q̃ Latini/aſſerunt eam pugnã geſtam fuiſſe in Lyguria: & nuſq̃ alibi reperimus complutũ Lamone/ut ſimul cũ fama/& hiſtoria/nomẽ cõprobat/q̃ circa dictam regionem Etrurie maritimam·Quare ueꝝ eſt quod Sempronius ait a Veteribus Oram maritimã ab oſtiis Thyberis uſq; Nyceam/totam fuiſſe appellatam Lyguriã:Plinium aũt falſo poſuiſſe hos lapides in ꝓuincia Narbonenſi: quãdo in iii·li·naturalis hiſtorię·ca·v· dicit in Maſſilienſi campi lapidei/ Herculis preliorũ memoria· Nullus enim unq̃ hiſtoricoꝝ ponit eam memoriam in Gallia Bracata/ ſed in Lyguria Italię·Quod uero dicit montanos/Etrurię/Apuanos/ab Etruſcis ortos Gallis cognomine:ut M·Antonius aſſerit:etiam Vmbros ab eiſdem Gallis ueteribus genitos aſſerit:ut Solinus refert & Beroſus indicat/ & nos in equiuocis Xenophontis/utcunq; tetigimus·Hec de ſecunda parte Apenini Etruriam attingens atq; illi iminente·De tertia parte/quã Vmbri inhabitant a fontibus Thyberis uſq; Nar amnem patet littera·Quod uero ait Auguſtus/his Vmbris eſſe originem primam a ueteribus Gallis/eo pacto intelligendus eſt Auguſtus/ quo & M·Antonius de Gallis Ianigenis·Vnde & partem Vmbrię ꝓximam Etrurię/ Ptolomeus & Geographi uocant Veilombriam ideſt a Veis ueteribus ortam Vmbriã:quia Vei Etruſci ſunt/ut ait Plutarchus in uita Romuli:a quibus & Veientes Eniani ſiue Enetani/& prima proles Vmbrię/Veilumbri ſunt:ut in aliis comentariis ſuper fragmenta Catonis & Antonini Pii uidebimus·Porro quartam partem Apenini colunt Sabini/a Nare Nequino amne/qui circa Hortem Etruſcum oppidum in Thyberim mergitur:uſq; ad fontes Silaris:quibus/ ut ait Saga origo eſt·Grecia uero mendax in hiſtoria/audet Sabinis dare Grecam originem/ & a uerbo greco Seuome nominatus:ut in·iii·libro naturalis hiſtorię ca·xiii·ſignificat Plinius·Audet quoq; apto mendacio dicere ius diuinum & humanũ didiciſſe a Pictagora/ puero adhuc Numa Pompilio/qui poſt Romulum fuit rex Romanorum· Sed quia tempora cõtra dicunt/ut in·ii·lib·Dioniſius etiam in primo ab urbe condita Liuius mendacium detegentes coarguunt:idcirco ab Etruſcis habuere/uti tetram illam & ſeueram uitę inſtitutionem:ita & ius diuinũ & humanũ atq; alias diſciplinas:ut hic Sempronius/inſigni uiro Thuſco Magale autore utitur:& alii conſentiunt: quos Solinus in principio collectaneoꝝ colligẽs: ut inquit Celius tradit:cum Caccus a Tarcone Turreno rege ad quem legatus uenerat miſſus/ Marſię campanię regis:ſocio Megale Phrygię cuſtodie foret datus:fruſtratus uincula/ unde uenerat rediit:atq; amplioribus preſidiis occupato circa Vulturnum & campaniam regno: dum tractat etiam/ea quæ conceſſerãt in Archadũ Iura:duce Hercule qui tunc forte aderat oppreſſus eſt·Megalem Sabini receperunt:diſciplinam augurandi ante ab eo docti· In quibus Solini uerbis:multa archana uetuſtatis pendent·Primo imperii Thuſcorum auctoritas:que tanta erat:ut etiam legatos regum Italię/ utpote Marſię reguli Samnitum/ quibus Vulturnus eſt fluuius & ager in remota campania/ legatum Caccum in uincla coniicere non timuerit·Secundum eſt antiquitas temporis quo patet ſub Euandro/Cacco/& Alceo Hercule diu ante excidium Troie floruiſſe Thuſcorum opes Vnde & Seruius in·ii·Georgicorum·ibi Sic fortis Etruria creuit cõſtat inqt Thuſcos impaſſe toti Italiæ uſq; ad fretũ ſiculũ·Tertiũ eſt/ꝙ hic Tarcon Larthes Etrurię fuit ſecũdus/& p̄deceſſor Larthis Thyberini pr̃is Ocni cõditoris Mãtuę:ut in ſupplemẽto Beroſi Manethon indicat·Quartũ:ꝙ Hercules cũ Ar gonautis uenit in litus Etruſcũ iuxta Turrenã/a cuiꝰ duce Thelamone/Thelamon portus nomẽ retinet: ut auctor eſt Diodorꝰ in·v·libro· Ergo & uicinus huic portus Herculis ab Alceo cognoĩat᷑·Quintũ ꝙ Argonautę uiſitaturi Euandrũ/iter tenuere/per Volturrenã a portu Herculis uel Thelamonis·Multa ſunt argumẽto·Primũ ꝗa mos Argonautarũ erat:uiſere urbes regias ad iactantiã uirtutis ſuæ: ut auctores ꝓdũt· Secũdo:ꝗa in Cyminia ꝓxima Volturrenę ſilua:lacum Cyminiũ in oſtentatoinẽ uirtutis effecerũt/& ex fano Volturnę adoleſcentulã Faulã pro premio uirtutis obtinuerũt ut ait Verrius· Nam circũ fanũ qđ ſacris litteris dicimus F·A·V·L· oẽs habitantes Faules erant cognomine: a quibꝰ kata Faules Paleologi cũ Beliſario & Narſete reuerſi ſunt contra Gothos·Neqꝫ fabula eſt de lacu cyminio:ut Seruius putat ſuꝑ illud Eneidos/ & cymini cũ monte lacum· Nam ibi immenſitas aquarũ ſubterranea eſt:& infixa terrę nõ poterant extrahi: ut Plinius notat in ſecũdo naturalis hiſtorię:capitulo·xcviii·Sed de his hactenꝰ· Similiter ipſis Sabinis Caſpia & Saga eſt origo nõ Greca: ut in·v·antiquitatũ Beroſus aſſerit dicens/ Sabatiũ Sagã patrem Sabi/& Saturnum Caſpium/fugatũ armis Iouis Beli ĩmo Nyni:qui & Iuppiter fuit Aſſyriis ut Xenophon docuit: ueniſſe ad Ianum:& Comi hoſpitio receptum & in ſocietatem regni admiſſum/docuiſſe Aborigines:inde filiũ Sabum prefeciſſe populis tranſtyberim Thuſcię:ipſum uero impaſſe in Latio & ĩ parte Thuſcię quę ab eo Sabatia dicit᷑:ut uocat Strabo in·v·libro/& a cognomine Saga ut Etruſci/& Sagninaia/ut Sabini ꝓferunt·Vnde Sagi Thuſci egeſſerunt ſeptem maria:ut Plinius memorat capi·xvii·in·iii·naturalis hiſtoriæ·Et item adhuc eſt ibi Sabatia circa Cęre/amnis Sagninaia·Et oppidum Sabi quẽ nunc ſanctum Sabum a patre & filio uocitant: Quẽ enim Aramei & Etruſci Sagam dicũt:eundem Sabini uocãt Sagni/ & Romani Sanctum ideſt ſacerdotem expiatorem & purum· Tribus autẽ cognominibus dictus eſt pater Sabi·Primo a patria & ſacerdotio Saga/ſiue ſangni ſiue Sanctus· A participato regno cum Iano ſemipater: & a Iani cognomine Cana Fides/Fidius/aut a religione/ut aliis placet·Quę tria Ouidius in Faſtis ita collegit· Querebã nonas/ſancto Fidio ne referrẽ: An tibi Semipater:tum mihi ſanctus ait· Cuicũqꝫ ex his dederis:ego munus habebo: Nomina terna fero:ſic uoluere cures· Curis oppidum eſt in Sabinis Nũma ciue & Romanorum rege inclytum: a dicto Saturno extructum aut a Sabo eius filio·Duo enim oppida ĩ ſabinis antiqua ſunt: Curis quidem a paterno genere:quia ſangni ſiue ſanctus fuit filius Curis Sagę: ut Beroſus in ſecũdo antiquitũ aſſerit/ Caſperulam uero oppidũ a Bactrianis Caſpiis/ quibus rex erat & pontifex: teſte Beroſo:nomen habere uoluit· Cui ueraciſſimę aſſertioni latina hiſtoria congruit: quã ſequutus Sillius Italicus in octauo libro his uerbis explanat· Hinc Amiterna cohors/ & Bactris nomina ducens Caſperula: Et ſubdit/Et leti pars ſanctũ uoce canebãt/ Auctorem gentis:pars laudes ore ferebant Sabe tuas:qui de patruo cognomine primus/Dixiſti populos/magna ditione ſabinos·Quid clarius? Sabus inquit denominauit ſabinos a ſe quidem:ſed patrio cognomine: quia a Sabatio ideſt Saturno patre Sabus dicitur: qui Sabatius fuit auctor gentis / cognominatus Saga · Bactria & Caſpia lingua / a qua Caſperula: &

Sangni a Sabinis/& Sanctus a Romanis• Ergo ut obſcurator antiquitatum ſcribit Greculus exuriens:nō fuit origo Sabinis Grecia gente uel diſciplina• Hec de quarta parte montis Apenini• Sequitur hanc/quinta pars a fontibus Silaris ad fontes Vulturni & Sarni quam habitant Sabelli• Qđ uero hii ſint prima proles Sabinoꝝ deriuatio nominis indicat• Cognominati uero ſunt a Samnio metropoli nunc deleta/Samnites ſicut Etruſci ab Etruria metropoli eorum/quę & fanum Volturnæ:de qua Plinius in•iii•naturalis hiſtorię dicit/ꝙ Volturreni qui ſunt cognomine Etruſci ſunt in eadē parte qua & Volſinienſes• Nunc prouincia dicit᷑ ducatus Beneuentanus a Lōgobardis/ ſicut quę nūc prouincia patrimonii tunc a Lōgobardis ducatus Etrurię:& Veilumbria Ducatus Spoletanus: ut patet a Paulo Diacono in hiſtoria Longbarda• Sabelli ergo dicuntur ab origine gentis Sabinę• Samnites uero a priſca metropoli:& Saunitę Greca prolatione:ut ſignificat Plinius in•iii•naturalis hiſtorię:ca•xiii• Vulturnus eſt fluuius• Aduerte ſcd̄m Varronē in primo de lingua latina de uocabulo Thyberis/ꝙ Volturnus deus thyberis eſt quem Etruria dicit ēſſe ſuum:& Roma ſuū:& Volturnus eſt fluuius:oppidum & urbs• Et dicit Volturnus ut eſt fluuius ortus in Samnio/nō ſpectat ad linguam latinā/ſed Sabellā/quia Volturnus intelligitur lingua Aramea quę eſt Saga/amnis diuiſor:ut ait Samuel Talmudiſta• Nam hic amnis diuidit montanos ſimul & campeſtres Sabellos ab Etruſcis/ut patet tam in Ptolomeo q̄ hic in Sempronio & Plinio• Nam quo ad montem ſequit᷑ portio montis ſexta a fontibus Volturni & Sarni quā inhabitauerunt Thuſci uſqꝫ ad magnam Greciam• Septimam enim partem tenuerūt Greci mixti Italis Auſonibus: ut in aliis comentariis uidebimus• Ceterum Volturnus ut pertinet ad linguam Romanam ſignificat coloniam Romanorum/& oppidum Romanorum ſecus mare non procul thyberi:& ita Roma dicit Volturnum thyberinū deum• Vt uero pertinet ad linguam Etruſcam/ſignificat uentum aut campeſtrē:ut idem Talmudiſta expoſuit• Et ita Liuius in quarto ab urbe condita dicit Capuam oppidum Etruſcorum dictum Volturnum: ideſt campeſtrem• Vt uero eſt caput extra Latiū/iam nō ſpectat ad linguam latinam/ ſed Etruſcam cuius eſt caput Volturnus deus thyberinus• Nō enim Vulturnus ſed Volturnus ſcribitur: neqꝫ eſt nomen primitiuum & ſimplex ut Vulturnus:ſed compoſitum a Vol quod eſt priſcum uel eternum ut Talmudiſtę dicunt:& Turrena ſiue per ſincopam Turna• Hinc Volturrena ſine ſincopa uel per ſincopam Volturna/ ut eſt caput imperii extra Latium: eſt originis Etruſcę/& ſignificat priſcam & antiquiſſimam Turrenam ideſt turritam metropolim:ut ſuper Myrſilum uidimus• Et ita Volturnus eſt deus thyberinus Etrurię:dictus a capite imperii extra Latium urbe Volturna:ſicut & ip̄e thyberis/dicit᷑ amnis Thuſcus a Thuſcia extra Latiū/& non latinus:licet de nomine thyberis ſit anceps hiſtoria:dicat᷑ne a latino Tiberino rege:an a Thyberino Thuſco: ut ſignificat Varro in eodem primo libro de lingua latina• Sequitur Sempronius•

De Diuiſione planę Italię•

p Oſtq̄ Sempronius deſcripſit Alpes Italiæ/ & Apeninum montem: & ea ſecuit in duodecim partes:Alpes quidem in tres/& Apenninum in ſeptem:nunc ad ſubiacentem alpibus & Apenino campeſtrem Italiam ſtilum uertit dicens·

c Iſapeninā Italiā flumina diuidūt: ⁊ īdidez tranſapeninā. Padus amnis: Galliā Ciſalpinaz primo diſcreuit. Ciſapadanam omnē: miſſis coloniis tenuere Thuſci. Doria Thuſcorum prima familia incoluit prīcipio ab Aſca colonia uſqz Parmam: a qua ⁊ fluuius Doria: et regio priꝰ Doria nūc Emilia. A Parma item ad Bononiam Bianora a duce: nunc Aurelia. Flaminia itez a Bononia ad Rubiconem amnem: antea Felſina a principe Etrurie: miſſis coloniis Lamonibꝰ a Rubicone ad Anconam: Senonuz Gallia Togata dicitur: ab his qui duce Arunte primi in Italiam tranſcenderunt Alpes: a quibus ſenſim pulſi Etruſci: a Ciſpadana ⁊ trāſpadana regione: que nunc Gallia nomen habet. Et quidem omnez tranſpadanam regionem Thuſcorum prolem fuiſſe inter omnes auctores conuenit: manentqz ueſtigia urbs Mantua: Lacus Etruſca origine dictus Larius ꝙ a patricibꝰ Volturrenis omnia

Igitur Semproniꝰ nō diuidit Italiā per regiones ut·M·Antoniꝰ: & Auguſtus & Plinius: ſed ut ueteres atqꝫ Ptolomeus: ꝑ origines fluuiorū diuidit Alpes atqꝫ Apeninū ut patuit: & per flumina eadem a fontibus fluentia per campeſtria uſqꝫ mare/ diuidit Ciſapeninam & tranſapeninā Italiam· Et incipit a tranſapenina quę incipit ab Alpibus/ quę habet plura nomina. Principio Eridana dicta eſt/ a cognomine Phetōtis/ in iii·naturalis hiſtorię Plinius ſcribit: uł ut ueracius ait Beroſus in v·antiquitatū: dicta eſt Phetontea primū/ inde Eridana ab eius poſtero: ut etiam uidet᷑ ſignificare Martialis libro Epigrāmatū· x· Et Phetontei/ qui petis Arua Padi· Ergo tam regio q̄ fluuius antea Phetonteus poſtea·Eridanus dicta ſunt· Orit᷑ e Veſuuio monte ꝓximo mari infero/ & labit᷑ ad mare ſuperꝝ ut cernimus: que res occaſionem dedit Grecis dicendi Eridanū eſſe fluuium inferorꝝ & ſcaturire ad ſuperos·Qđ & Virgilius in· vi· Eneidos tangit ubi dicit·Inter odoratū lauri nemus/ unde ſuperne/ plurimus Eridanus per ſiluā uoluitur amnis·Padus uero dictus eſt ut Metrodorus Sceptius tradit/ a picea arbore/ que Gallice Padus dicitur·A Lyguribus uero dicit᷑ Bodigum uocari: ꝙ ſignificet fundo carentem: ut ait Plinius in tertio naturalis hiſtorię capitu·xvii ea loca principio poſſeſſa fuerunt uſqz Veronã. Hinc circa Larium lacum a principibꝰ dicta uallis Volturrena et Verona: a uera Thuſcoꝛuz familia: ⁊ ab Atria eoꝛundem colonia: fluuius Verone argumẽta ſeruanti. Nam uſqz Atrianum fluuiũ qui limes eſt Volturrenoꝛuz et Venetiarum: tenuere Etruſci: et Venetias principio quidem Phetontei: poſtea Troiani eiſdẽ mixti coluerũt. Hec de trãſapenina Italia ⁊ apenino monte: inter auctoꝛes conueniũt.

Cui argumento eſt oppidũ iuxta/ uetuſto nomine Bodimagum ubi precipua altitudo incipit. Et forte Etruſcum eſt uetuſtum nomen: qui ubi amnis profunditas eſt/ ad hec tempora Bodagonem uocamus. Nam Etruſci non Lygures patriam Phetonteã & Eridanam tenuere / quibus pulſis a Gallis qui cum Arunte Cluſino uenerũt in Italiam ducentis ferme annis ante Romam ab eis incenſam: ut narrat Liuius in quinto ab urbe condita: tertio cognomine a uictoribus dicta eſt Gallica Ciſalpina: quia cis Alpes eſt Nam Galliam trãſalpinam cõmuni nomine dicimus Franciã. Quarto uariauit nomen ſub Lõghobardis/ qui Germani ſunt/ ut patet in deſcriptiõe Ptolomei/ & ab eis diu poſſeſſa uictoribus/ uſq; ad hec tempora dicitur uulgo Lomgbardia: & ſine. g. Lombardia. Qđ uero ait Sempronius omnem hanc magnam portionẽ tranſapeninam diuidi a Pado: & dici Gallia Ciſpadana & tranſpadana: utiq; Plinius & plures Geographorũ iddem dicunt: uti eſt illud Plinii. Mantua tranſpadana urbs Etruſcorum reliqua. Qđ uero ait eam Thuſcos inhabitaſſe: etiam Liuius & alii cõſentiunt: ut in ſuperioribus expoſuimus. Sed hoc loci Sempronius utitur ualidiſſimo argumẽto hiſtorico: qđ a uetuſtis nominibus/ locis extantibus ſumitur: Itaq; ea nomina exponamus/ quia cetera clara ſunt in Ptolomeo/ & Geographis. In tranſpadana regione ſunt lacus Larius/ ideſt maior uel princeps/ ꝑ interpretationẽ dictus. Vnde adhuc amnes maiores Etruſci multis in locis uocamꝰ Larones. Et in inſcriptione Cornuetana/ lr̃is Etruſcis inſcripta dicit᷑/ ꝙ Laro Veiuzans coloniis miſſis/ cybelizauit urbẽ tribus ſacris lr̃is. N. B. E. Et certe lacus nõ dicit᷑ Larius Etruſca lingua/ ideſt maior & princeps latina/ a maioritate quãtitatis ſed nobilitatis qa ibi Volturreni/ a quibus ibi dicta adhuc uallis Volturrena: ſubſederũt. Atrianus quoq; fluuius a Thuſcoꝝ colonia eſt/ ut ſupra expoſuimꝰ. Verona uero/ ut ait/ a familia uera Thuſca cõdita eſt: ex qua familia fuerũt imꝑatores Antoninus & Comodus: ut auctor eſt Helius Spartianus in uita eorum. Falſum ergo dicit Plinius in tranſpadana Gallia/ ſolam Mantuã eſſe reliquã Etruſcorum. Rurſumq; falſo in Venetiis ponitur a quibuſdam Verona: cum ipſe amnis Atrianus ſecernat Volturrenos Gallię: a Venetiis/ ſtirpe priſca Phetontea inde mixta Troianę proli ut omnes conſentiunt. Ceterum exponenda remanent quedam/ quę dicit de Ciſpadana Gallia quã diuidit in Emiliam/Aureliam & Flaminiã· Emilia ut ait antea dicebatur Doria/ & fluuius eius Doria: qui teſte Ptolomeo in Alpibus uicinis Aſtę colonię oritur/& ſupra Dertonam in Padũ mergitur·Incipit ergo ab Alpibus Lygurũ montanoꝝ uſqꝫ Parmam· Et hoc congruit qđ in uita beati Ambroſii legimus/ ꝙ miſſus eſt ab urbe Roma iuuenis ad regendũ Lyguriam & Emiliam·Nõ tamen Mediolanum eſt in Emilia:ſed in Lario Volturreno tranſpadani:quod inſubres Galli/poſitis ab impio Etruſcis tenuerũt/& ab his inſubria nunc eſt:pars olim Larię Volturrenę·Porro in Emilia ſuntAſca colonia:Dertona:& Placentia·Item a Parma inquit uſqꝫ Bononiã nũc Aurelia/ſed antea Bianora dicebat᷑/uidelicet ab Ocno Etruſco Larthe quẽ etiã Bianorũ Virgilius uocat·Ergo a uictore illius partis/& duce coloniarũ Bianora regio dicta:a qua nũc exiſtimo nomẽ accepiſſe Bianorũ oppidulũ ad radices Apenini/quo e Florẽtia imus Bononiã· Porro Parmã exiſtimoconditã a Bianoro ſicut & Mantuã:quia uocabulũ Etruſcũ & ſincopatũ eſt Parma quaſi Paraman·Sicut enĩ Mantuã a nomine matris in tranſpadana regione metropolim ſtatuit:ita in Bianora metropilim paraman cõſtituit/dictã a principatu coloniaꝝ· Para enim Aramee a par/quod eſt haſta uel principatus/& Sara Hebraice/ principiſſa uel princeps dicitur latine: ut noſter Samuel Talmudiſta dicebat·Et ut ſequebat᷑/aſſerebat apud Arameos Man & Mon dici/quod apud egyptios Myn/& qđ apud Hebreos Maon ideſt habitatio/municipiũ/& colonia:ut etiã exponit Hieronymus· Qđ uero additur ad para definit principatũ : ut paraz & parazim ideſt principiſſa conſularis/& princeps conſularis·Nam zi/& zu/a conſultatione deriuationẽ dicebat habere/cõſentiente etiã beato Hieronymo in libro de interp̄tationibꝰ·Paraz autẽ & parazim Aramei & Hebrei appellant: quos poſtea Greci & latini Perſas & perſidem uocãt: ut aiũt a Perſeo·Qđ uero ſubdit Talmudiſta/quicquid addit᷑ ad para/definit principatum/ut paraz:principatus cõſularis dicitur: utiqꝫ hec ex multis uetuſſimis nominibus inuenio:parazolum: para Tuſſa:parama & per ſincopam parma/ ſicut & Volturrena per ſincopam profertur Volturna·Eſt autem parazolum regio Volturnę/ubi eſt Stic Kity Arim:ut intelligas quantę antiquitatis ſint nomina· Eſt autẽ nomen compoſitum ex paraz/ & ol/ſiue Vol/quod priſcum uel eternum/ tam apud Arameos q̃ Hebreos ſignificat·Hic Volturna ſiue Volturrena antiquiſſimã Turrenam ſignificat:& ei herens regio/Parazolum/principatus conſularis priſcus & antiquiſſimus eſt:quia ad fanum Volturnę indicebatur generale concilium/omnibus conſulibus ſiue Lucumonibus &·xii·populis Etrurię:ut tam fama cui ſtandum eſt q̃ Liuius ſignificat in pluribus locis ab urbe condita· Quod uero ibi & kytei tumuli/& Stic kity Arym : ideſt kitym Itali Atlantis ſoceri Coriti / permanens exaltatio cum nomine perſeuerent:in aliis comentariis comprobatur·Nunc ſatis eſt parazolum eſſe Volturnę Epithetum/loco inditum ab ipſa re:& e regione eius eſſe partem Tetrapolis para Tuſſam/ ideſt principem Tuſcam· Et ita haud dubie in Bianora Ciſpadana olim Etruſcorum colonia/Parmam eſſe uocabulum Etruſcum:& interpretari/principum municipium/uel principem coloniarum & populorum ſupple/ in Bianora ſolum prouincia : quę poſtea ut inſinuat Sempronius a Romanis uictoribus dicta fuit Aurelia:ut exiſtimo a duce· Sequit᷑ ultima ꝑs originis Etruſcę/

Flaminia uulgo Romaniola:quę ut ait Semproniꝰ/sub Thuſcis dicebatur Felſina/ a duce Thuſco/& Larthe Felſino/qui teſte ipſo nomine condidit Bononiā: id ſignificante Plinio in·iii·naturalis hiſtoriæ:ca·xvi·Bononia inquit ante Felſina uocita: cū princeps eſſet Etrurię/ſcilicet metropolis Etruſcoꝝ in Felſina ſiue Flaminia tantum/ſicut & Parma in Bianora: & Mantua in Mintiana: & Mediolanum in Laria Volturrena:& eiuſcemodi·Durat huius regiōis longitudo a Bononia uſqꝫ poſt Ariminū in Rubicone fluento/in quā cum Etruſcis etiā Lamones colonias miſit/ ideſt Etruſcas maritimas/ob uicinū mare Atriaticū· Lamones enim ut ſupra diximꝰ ſunt Etruſci maritimi Herculei·Cui dicto Sempronii/argumentū facit/in Flaminia uallis adhuc dicta Lamone/ſiue uallis Lamone/& uiri apti ut olim Turreni ad pyrraticam:ut ferunt/quos ꝑcontatus ſum de eiuſcemodi habitatoribus·

De tranſalpina Italia·

iAm expoſuit Sempronius de Italię Alpibus de Apenino: de tranſapenina Italia/p̃cipue Gallicana:nunc reuertit̃ ad ciſapeninā ad inferum mare ꝑcurrens/ quęcunqꝫ regiones Apenino inferius ſubiacent uſqꝫ ad urbem Romā·Ex quo patet ꝙ intētio Sempronii eſt ad Latiū feſtinare: & quo omine Roma tam ualidas opes Etruſcoꝝ & Galloꝝ/Vmbroꝝ/Samnitū & Grecorū ſenſim fregerit oſtendere·Itaqꝫ hec dicit·

Ciſapenina uero ad inferū mare: ueteres ita partiti ſūt ꝑ amnes. A Nicea enim ad Macraꝫ tenēt Lygures montani:origine phetontei. A Macra item ad Arnū ⁊ portum Lygurnuꝫ:incolunt Etruſci: cognoīe Lygures Apuani:quos ſequunt̃ Lygures Etruſci Populonii:a Lygurno portu ad caput Etrurie: a quo ad thyberim ſunt Etruſci Lygures Turreni in quibus ſunt campi cōpluti lapiduꝫ: clari pugna Herculis: adhuc Lamones dicti:ab ipſiꝰ Herculis filio Lamōe. Pari forma ab ultima Italia in Thyberim Romamqꝫ ꝑcurrendo:a Velia ad

Dicit ueteres diuiſiſſe Ciſapēninā Italiā ꝑ amnes Macrā/ Arnū: & alios: quia ipſe non ex toto ſequit̃ Auguſtum/ Pliniū & alios/ qui per regiones diuiſerūt Italiā Et primo excurrit Maritimā inferi maris / a Nicea uſqꝫ Oſtiam Thyberinā dicens/ ea quę ferme ſupra expoſita ſunt· Nam a Nicea uſqꝫ ad Macrā ſunt montani Lygures origine Phetontei· Deinde a Macra uſqꝫ Oſtiam ſunt Lygures origine magis Etruſca q̄ Phetontea·Et ab oſtiis Macræ uſqꝫ Lygurnū portum/ dicuntur Apuani ſicut & Montani·A Lygurno uero portu ad caput Etrurię dicunt̃ Populonii/a metropoli maritima/ut ſupra expoſuimꝰ· Eſt enim Populonia idē qđ puppium Philarcha/quia quam popim Etruſci:eandē puppim dixere latini·Caput uero Etrurię uulgus & nautæ remoto ſecundo·r·

Silarū fluuiū Lucani a Samnitū duce Lucio oꝛti: tenēt. Ab eo ad Sarnū amnē: Picentini habēt. A ſarno uero ad Volturnū fluuiū incoluerunt Cumani quos ab agro nullꝭ uiribꝰ Etruſci q̃ʒuis toti Italie īꝑitarēt potuerunt dimouere: aut in poteſtatē redigere. A Vulturno amne ad Silarim: Etruſcoꝝ uetuſtiſſimus ager fuit: ī quo pꝛius Oſcam dictaꝫ: poſtea Capuam condiderunt.

proferunt caput Etruie: ſicut Electraiam regionem & fontem/proferūt Electaiam fontanam: & id genus multa dicūt remota·r·Ab hoc capite ad oſtiam ſunt Etruſci Turreni/Lygures/in quibꝰ ſunt campi lamoneſq; compluti a Ioue lapides in auxilium Herculis ut hic Sempronius dicit: & nos ſupra expoſuimus·Deinde a Velia incipiens que in fine eſt Italię & circa principium magne Grecie uſq; in Thyberim contrario itinere pergit: ꝗa ut diximus ad Latium Romāq; feſtinat·Et de magna quidem Grecia tacet: ꝗa in principio eam tetigit: Nunc a Velia incipit/finitima Magne Grecię/ueniendo uerſus Romam ut patet in Ptolomeo/de qua uirgilius/Portus require uelinos·Sane pro emendatiōe exemplaris corrupti & intelligentia littere ſciendum eſt ꝙ in exemplari inuenitur Silaris pro Lyris fluuio a quo finem habet latium·Nam ut patet in Ptolomeo: ab urbe Roma ad Lyrim finit Latium/quod Cāpaniam Romanam dicimus Alyri uero uſq; ad Vulturnum eſt Campania Capuana/quā incolueř Etruſci miſſis eo coloniis ab Oſco: Etrurię Larthę cui inſigne erat ſerpens: ut Beroſus aſſerit: a quo Capua Oſca dicta eſt & ad mare ante cōditam Capuam/Taracinēſes & eius populi dicti Voloſci/ſiue per ſincopam Volſci/ideſt antiquiſſimi Oſci·Inde Capua dicta eſt ab augurio Capis ideſt Falconis auis/Poſtea ab ampliatore duce Troiano/ut ait Seruius ſuper Eneida·Vulturnum quoq; dicta eſt Capua/uel a Vulturno Fluuio iuxta ipſam fluente uel quia campeſtris/ut Liuius & quidam exiſtimant·Nam lingua Oſca tūcq; Etruſca: Vulturnus campeſtris dicitur·Igitur Etruſci tenerunt totam regionē hanc a Lyri fluuio in fine Latii uſq; Capuam/& illi proximum amnem Vulturnum·Sequit' regio Cumana a Vulturno & Capua uſq; Surentum: regio utiq; illuſtris Sybilla/& Enee deſcenſu ad inferos/in qua ſunt Lyternum: Cume: portus Miſenus: Baię: Puteolis: Neapolis·Sequitur hanc altera Etruſcorum regio Picentina a Sarno ad Lucanos nunc Silarim: de qua/Plinius in·iii·naturalis hiſtorię ca·vi·a Surēto inquit uſq; ad Silarem amnem: triginta milia paſſuum ager Picentinus fuit Thuſcorum: templo Iunonis Argiæ ab Iaſone condito inſignis·Ex quo patet ꝙ Cumea regio erat obſeſſa ab Etruſcis Capuanis a tergo/& ab Etruſcis Picentinis a frōte ac mare Ionicum: quia etiam totam partem ſextam Apenini/Picentinis herentem/habitabāt: ut ex ſuperioribus patet·Et cum tam potentes eſſent Etruſci/& toti Italię dominarentur: nunq̄ Cumanam regionem potuerūt habere: ut hic Sempronius ſcribit·Cui etiam aſtipulatur

Dioniſius Halicarnaſſeus/qui in·vii·libro ſcribit:anno quarto Olympiadis ſexageſimę quartę/dictos Etruſcos qui uerſus Ionium habitabant/adiunctis Vmbris & Barbaris ad quincenta milia peditum/& duo de uiginti milia equitum/cum ſubdictione uellent ponere Cumas: diuino miraculo territos ac fuſos fuiſſe· Ex quo patet quoſdam autores male interpretari Tibullum in Elegia dicentem his uerſibus Nos tenet Etruſcis/manat que fontibus unda: Vnda ſub eſtiuum non adeunda canem· Nunc autem ſacris Caiarum maxima Lymphis· Cum ſe purpureo uere remittit humus· Et in fine Elegiæ qui principio correſpondet dicit· Atq; mihi Thuſcę:celebrantur numina Lymphę· Et facilis lenta/pellitur unda manu· Nam ubi Caia aqua/eſt in Volturrena/in eius Thermis:qui emendare uoluit impreſſiones/corrupit ſcribens Baias/cum tamen Baię neq; a montibus Etruſcis cognomine Volturrenis teſte Plinio/manet:neq; unq̄ Cumana regio fuerit:ab Etruſcis poſſeſſa:neq; potuerint dici Etruſcę aque omnes quę ſub Etruſcis ſunt/niſi in Etruria:ſed Etruſcorum : qa nō ubi Etruſci ibi Etruria· ſed ubi Etruria ibi Etruſci:quia non Etruria ab Etruſcis/ſed Etruſci a prima eorum habitatione dicta Etruria nom̄ habent:ut autor eſt Dioniſius in primo libro·

ſ Atis igitur conſtat Gaias Etruſcas Thermas ſalubritate ſui precellere alias:ut in·v·libro Strabo aſſerit:de quibus etiam Martialis Niſi Etruſcis lotus fueris aquis: morieris Oppiane· Sed de Latio & Roma uerba iam facienda/ ſic monet (Sempronius·

A Lyri aūt uſqꝫ thyberim Saturnus cū priſcis Aboriginib⁹ fuit origo:ab Vmbris ⁊ Cameſenis editis: ubi eſt mons Capitolinus: aureo ſecl'o a Saturno habitatus:ubi ⁊ nūc aurea Roma terraꝝ caput. Quā ob rem parum conſiderate quidaꝫ ſcribunt: Romam poſtremis ac nouis ſeculis a Romulo conditaꝫ: ⁊ appellataꝫ atqꝫ ceptam: cum nullū ex his tribus uerū apud maiores inueniat̃ memoratuꝫ: ſꝫ ſint ab eis contraria prodita. Nō enim Roma a Romulo nomen habet: quippe quia geminis nō Remus ⁊ Romulus no-

Dicit ꝙ Latii origo fuit Saturnus/ cum ab aboriginibus: quos ediderunt Vmbri & Cameſes· Nam ut autor eſt Iginus & ante eum Beroſus/ in libro antiquitatum:circa principium Nyni/Saturnus Egiptius nomine Gameſes uenit in Etruriam:Deinde tribus annis a Iano Vmbrorum/& Aboriginum regulus creatus:ꝑmiſſu eiuſdem Iani Cameſenam regionem omnem Vmbrię & Apeninę/Sabinę/trans Etruriam a ſe nūcupauit: ubi Cameſenas urbes duas ſuo nomine condidit: alteram in montibus cuius nomen permanet / Camerena:alteram iuxta Albā: cuius meminit Dioniſius Halicarnaſſeus in·ii·li·ubi refert Romulum ſuperaſſe Camerenos/coloniam albanorū:& eam Camerenam fuiſſe ab/

mina poſuit Fauſtulꝰ Etruſcus ⁊ regius paſtor: ſed Rumulum ⁊ Rumen illos ab euētu appellauit: que ſunt nomina Etruſca. Alioquin Rome nomē ⁊ nominis origo uulgata eſſet atqꝫ manifeſta: que occulta eſſe ſaluberrima religio ſanxit: ne ſi origo nominis Rome clareſceret: eiꝰ deus in cuius tutela Roma eſt ⁊ a quo deriuationē habet: gentibus pateret ⁊ euocaret̃ ut ceteri. Quā ob rem et Angerona ſilentii dea ante Jani feſtos dies colitur pre foribus: ut ne cui liceat illud palam efferre: quod ad ſalutem rei publice ueteres ore obſignato intra pectoris archana uoluerūt cōtineri: cuius uiolate religionis penas primꝰ luit Soranus. Nō igitur a Romulo Roma: ſꝫ econtra ab ipſa potius Roma cuiꝰ adeo eſt occulta deriuatio: Romulꝰ nomē habuit: que ante ipſuꝫ romulū cepta legit̃ coli annis paulominus octincētis ab Jtalo in Auētina Capena: ⁊ filia eius Roma ī Palatino colle: ⁊ ante hos plꝰ q̄ꝫ trecētis annis aureo ſeculo: a Saturno ubi nunc Saturni edes ad radices Capitolini col

originum uetuſtam urbem· Nec te moueat/ꝙ Cameſes Camers/& Cameſenā poſteri Camerenam dixerunt: quia facilis fuit teſte Quintiliano mutatio·s·in·r. Vñ priſci/que p·s· pronuntiauerunt Pheleſii: Fuſii/Valeſii/ Decus/honos/Arbos/Turſis/ turſena/Eturſia Volturſena/Surſena: poſteriores p·r· pronuntiauerūt/ Phalerii/Furii: Valerii/ Decor/Honor/ Arbor/Turris/Turrena/Eturria/ & Etruria: Volturrena/& Surrena· Macrobius in primo Saturnalium/a Beroſo & aliis deſumēs ait Ianum nomini ſuo reſeruaſſe Etruriam que Ianicula dicebat̃: & limitem prouīnciæ oppidum Ianiculum/ & deinde Latio prefeciſſe Saturnū/a quo Saturnia Italia dicta eſt· Eius uerba ſunt/ demonſtrando priſcam Italiam/ quæ ſolum circa thyberim cepit/ uti ſuper Fabium pictorem uidebimꝰ: & ſub his uerbis dicit· Regionem iſtam quę nūc Italia dicitur: Ianus regno optinuit· Qui cum Cameſe atqꝫ indigenis participata potentia ita poſſidebat: ut oppidum Ianiculū a ſe/& reſidua regio Cameſena diceretur· Poſt hec regnū ad ſolum Ianū rediit· Cūqꝫ Saturnū naui ꝑuectū Comi hoſpitio r̃cepiſſet: edoctuſqꝫ ab eo peritiam ruris/uictum illum rudem ante frugeſ cognitas in melius redegiſſet: illum ſocietate regni munerauit/Sed de his copioſius ſuper Fabium pictorē dicemus· Porro Sempronius tria dicit/quoſdam inconſiderate ſcribere de origine Romę: uidelicet lis. At Romulus ſoluꝫ ex oppidulo roma ī Palatino colle quadratam ⁊ regiam reddidit: cuiꝰ quatuoꝛ poꝛtiones erāt. Roma Vellia: Germallia ubi ficus ruminalis et edes Rumuli: a dei occulta deriuatione poſtmodū romuli. Condidit autē eam: accitis amicis uatibus Etruſcis: qui foſſa ubi caput Erti tauri ē pomerioqꝫ ad prudentis uatis auſpicium ſacratis: circum Palatinuꝫ collem ſacro aratro cingi iuſſit. xi. kl'as Maias hoꝛa inter ſecundam ⁊ tertiam: ſole in Tauro: Luna in Libꝛa: Saturno: Venere: Marte: Mercurio in ſcoꝛpione: ⁊ Joue ī piſcibus: ut tradit Lucius Carrutiꝰ mathematicoꝛū peritiſſimꝰ. Sūt qui tradant illam conditaꝫ. xii. Olympiade. Placet aliis octaua. Septima quibuſdam. Sexta completa nonnullis. Preualet omnibꝰ his Eratoſthenis inuicta regula ut aiūt. Sed cum Pomponius Acticus coꝛaꝫ ſenatu atqꝫ doctiſſimis uiris cōferret: Grecoꝛū certiſſima tempoꝛa compertuꝫ eſt: ꝙ ab Enea ⁊ Troia exciſa per tempoꝛa regum latinoꝛū uſqꝫ ad Romulū

ꝙ a Romulo cepta ē coli/ quę aureo ſeculo añ Romulū pluſq; annis centū ac mille a Saturno habitata fuit: & item ꝙ a Romulo fuit condita cum ante eū Saturnus Saturniam ad radices Capitolii: & Italus Capenam in Auētino/ & eius filia Roma in Palatino Romam condiderint/ut Fabius Pictor & alii conſcribunt. Rurſus tertium quoq; falſum ē: ꝙ Roma ſit a Romulo deriuata duplexq; argumentum profert. Primo/ꝙ Romulus non eſt eius proprium nomen/ſed Rumulus ideſt māmillarius. Nam Etruſci Rumam/ latini poſtea māmillā dixerunt. Vnde Fauſtulꝰ illis nomen impoſuit Rumulus & Rumus/ꝙ mamma lupę fuerint primo lactati/ & hoc idem Seruius dicit ſuper octauū Eneidos / ibi Rumore ſecundo. Poteſt inquit dici Rumone ſecundo: quia Rumon dictus eſt Romulus. Vnde & ficus Ruminalis dicit᷑ ad quā eiecti ſunt Remus & Romulus: quę fuit ibi/ubi nūc Lupercal in Circo. Hac enim labebat᷑ Thyberis anteq̄ Vertūno factis ſacrificiis amnis auerteret᷑. Igit᷑ Sempronius hoc argumento utitur. Nomen quod ab alio nomine occultę originis deriuatur: nō dicitur a nomine manifeſtę originis Ceterum nomen alterum a quo deriuatur Roma/eſt occultę originis. Non igitur dicitur a Romulo: cuius nomē eſt manifeſtæ originis a Ruma. Nam Etruſca olim lingua & etate mea non habet. o. integrum: ſed inter. o. & u regem iam creatum: fluxerunt ãni circiter triginta ⁊ quatuorcenti. Quare haud dubie cõdita eſt Roma Olympiade ſeptĩa aut eius anno ſecũdo. Condita autẽ fuit primũ in monte Palatino. Inde Sabinis ⁊ Thuſcis in federa coeuntibꝰ: incoluerũt Sabini quidem Capitolium et Quirinalem in quo Numa poſtea habitauit. Romulus ⁊ Rumnenſes Exquilinum: Palatinum ⁊ Celiuꝫ: Thuſci Luceres Viminalem ⁊ ſubſidentem cõuallem uſqꝫ ad edem Saturni: ⁊ radices Capitolii. Rumo fratri Auentinꝰ etate Romuli mãſit. Hec ſunt uere tã priſce Italie q̃ꝫ urbis Rome antiquitates ⁊ origines: quibus quoniã plures greci poſtremis temporibꝰ in Italiaꝫ cõmigrantes cõmixti fuerunt: ob id a ſe principio emanaſſe Italiam Grecia falſo exiſtimauit Greca tum leuitas tum fabuloſitas. Quis enim ex antiquiſſimis nõ ſcribit a Iano Ianiculuꝫ: ⁊ Etruſcos ueteres Gallos conditos: Et tamẽ plures Grecorum tradunt a Turrheno Lydo qui fuit nuꝑ et heri poſitos. Quin etiam et Tur-

Et magis appropinquat .u. in cõpluribus. Quare quod Fauſtulus Etruſcus protulit per .u. Rumulus: ipſi Sabini & Latini pronunciabunt per .o. Romulus. Qđ uero ait Romã deriuari ab altero occulto nomine ſatis mihi fuit antea occultum. Nunc uero quid ſentiam explicato relinquẽdo iudiciũ doctiori. Plinius tradit in diſciplina Etruſca cõtineri quo pacto poſſint euocari dii/fulgura/ignes/& eiuſcemodi. Quare etiam quia oppoſitorũ eſt eadem diſciplina: rituales continebant/quo pacto non poſſent euocari. Hoc autem nullo modo fieri melius poterat/q̃ occultãdo nomen ipſiꝰ dei/ in cuiꝰ tutela urbs ipſa erat. Eius occultãdi modus erat Etruſcis/myſterio quodam/ & litteris quibuſdam ab ipſo dei nomine alterum extrahere/ cuiꝰ ritu ac myſterio/nũc ſoli Talmudiſtę Caballarii utuntur/ in diſciplina quam uocant Caballa. Ceterũ ut hic Sempronius: & Ouidius in Faſtis/& Plutarchꝰ in uita Romuli/ & alii aſſerunt/dum conderet Romulus urbem/uocauit ab Etruria uatem qui auſpicato die foſſam pomeriũqꝫ ſacraret: & aratro cingeret palatinum collem: & nomen poneret urbi. Plutarchus uero addit quod alii tacent/uidelicet ꝙ Etruſcus id fecit myſteriis & litteris quibuſdã ſcilicet a nomine dei in cuius tutela eſſet urbs/extrahendo nomẽ urbis. Et ita nomen extractum quo uocaretur Roma eſt. Alterũ uero momẽ Romę dei ſui a quo renam Thuſcorũ regiaꝫ nõ puduit eos Romaꝫ aſſerere• Tanta uidelicet imprudẽtia cũ eoꝝ iactantia eſt: ut omniũ gentiuꝫ et imperiorũ atqꝫ urbium preclariſſimaruꝫ ſe conditores eſſe apertis ſepe mẽdaciis conſcribant•

tractum eſt: ſolis de more Thuſco in archano ſacerdotũ erat occultatũ• Et hoc eſt quod Plinius ait in•iii•naturalis hiſtorię capitulo•vi•Roma inquit ipſa/cuius alterũ nomen Archanis cerimoniarum nephas habetur•Qđ optima & ſalubri fide abolitum/qa Valerius Soranus annunciauit mox luit penas• Et in•xxviii• libro naturalis eiuſdem hiſtoriæ: quo de ui uerborum & incantamentorum tractat:capitulo•ii•ſic dicit• Verrius inquit Flaccus/auctores ponit quibus credat in oppugnatiõibus ante oĩa/ ſolitũ Romanis ſacerdotibus euocari deum/ in cuius tutela id oppidum erat : promittiqꝫ illi eundem aut ampliorem locum cultum ue apud Romanos• Durat in Pontificum diſciplina id ſacrum : conſtatqꝫ ideo occultatum in cuius tutela dei Roma eſſet: ne qui hoſtium ſimili modo agerent• Hec meo iudicio intelligit Sempronius• Liceat tamẽ cuilibet opinari• De Angerona:omnes idem ſentiunt quos equidem legerim De poſitione ſiderea nõ puto eam fuiſſe: quod multis rationibus equidem probarẽ ſi rei huic congrueret atqꝫ operi•Quę Grecorũ mendacia Sempronius addicit/pretereo:cum quia nota ſunt: tum precipue/quia opus iam a me confectum & ſuo tẽpore edendum ſeruatur/ de innumeris mendacis Grecorum• Reliqua uero quę ad aureum ſeculum & originem orbis Romæ ſpectant : mox ſuper Fabinm pictorem ſupplebimus•

Expliciunt comentaria Sempronii•

Eiuſdem fratris Ioannis Annii Viterbenſis Theologię profeſſoris comentaria incipiunt ſuper Fabium pictorem de aureo ſeculo:& de origine urbis Romę ac uocabulorum eius.

q VINTVS Fabius Pictor illuſtris familia Fabia/ & bonarum diſciplinarū gloria: ut qui etiam a nobiliſſimis auctoribus in teſtimoniū aduocetur: de aureo ſeculo/ quo ſub Iano & Saturno & Cameſe Roma cepit: Itemqꝫ de forma regionis ſeptem collium & origine Romę hoc opus edidit:admodum neceſſariū quibus antiquitas Italię atqꝫ Romę curę ſit. Diuiditur autem in duos libellos. In primo originem Romę tradit ab aureo ſeculo uſqꝫ ad Romulum. In ſecundo quę fuerunt ſub Romulo. Primus libellus duas habet partes. Prima de aureo ſeculo. Secunda de forma ſepticollis regionis priſca tractat.

De prima parte hec ſcribit.

i Talie imperiū penes duos populos prīcipes extitit. Poſterius Romani principio Thuſci ſub Iano ceperunt in aureo ſeculo. Aurea etas primo ortu generis hūani fuit ſic dicta:ꝙ poſterioribꝰ ſeculis cōparata:eque atqꝫ aurum inter metalla effluxit. Eā cepiſſe ſub Ogyge ante Nynuꝫ annis circiter ducentis ⁊ quinquaginta: Xenophō atqꝫ maiores prodiderunt. Is Ianus ſub initium aurei ſeculi leuum latus Thyberis Etruria tenuit. Cameſes uero ac Saturnus circa finem eiuſdē etatis dextrum incoluerunt: ea etate nulla erat monarchia: quia mortalibus pectoribus nondum heſerat ulla reg-

Quia ex his ferme pendent omniū antiquitates & origines:quibus aureo ſeculo natę ſunt gentes humanę ante arma & Iouem Nynum/ qui Saturnum Caſpiū pepulit in Latium:ut in ſuperioribus utcumqꝫ uidimus: idcirco plura ſunt notanda. Primum ꝙ poſt diluuium primū anteq̄ bella Nynus & tyrannidem inchoaret/ mira ſimplicitate & innocentia uiuebant homines / & ſi quidam etiam inſoleſcerēt Sed mox deprimebantur:quia dii atqꝫ numina regebant orbem/ideſt iuſti principes quorum arbitria:quia errare non poterant:pro legibus habebātur:ut auctores ſunt Trogus & Iuſtinus in primo libro.

Verum quia Fabius multa dicit quę ab aliis ſub oſcure dicuntur: idcirco quę alii dicāt audiamus

Primo ꝙ ante Nynum fuit primus ortus generis humani/& aurea etas. Qđ enim lōge ante Nynum mundus iam creuerit a primo ortu/eſt argumēto:ꝙ inumeras gentes iā ipſe ſubegit:& ante illū inmeri hominādi cupiditas. Prīcipes quia iuſti erant: ⁊ religionibus dediti: iure habiti dii ⁊ dicti. Nó enī arbitria illorum ab equo uel populus a iure īnato: diſcedebāt. Nullo tunc uindice aut metu: ſʒ ſua ſponte retinebant fidem ⁊ rectuʒ. Pudor ipſe regebat populos ⁊ ius principeſ. Domus illis non extructe uel ornate luxuriaqʒ inſignes erant ⁊ ſplendide: ſed uel cripte aut uiminuʒ tuguria et caua arborum ligna erant. Victuʒ ſponte naſcentia prebebant: aut in diem uictus querebatur uenatu. Vinum et far primus illis docuit Janus ad ſacrificia et religionem magis q̃ʒ ad eſum et potum. Primus enim aras ⁊ pomeria ⁊ ſacra docuit: ⁊ ob id illi ī omni ſacrificio perpetua prefatio premittit̃ farqʒ illi ac uinuʒ primo prelibatur. Vxor illi fuit Veſta que prima ſacrorū regina ſempiternum ſacrificiorum ignem uirginibus credidit. Bella tūc nó ignota modo: ſʒ ne cogitata in mentē uenerant. Ad pudorē ⁊ ſanctimoniam domorum: primus ualuas: ſeras ⁊ claues excogitauit ⁊ īuenit: ⁊ ab eo dicte

nes iam orti fuerant quos debellauit: anteq; illum preceſſerunt• eius pater/auus/proauus abauus & attauus reges: ut Beroſus: Xenophonq; atq; alii tradunt• Qđ uero in tali primo ortu fuerit aurea etas: omnes tradūt ſiue Ogyges fuerit poſt diluuiū ſiue alius ut Ouidius in primo Metamorphoſeos tradit dicens/de principio ortus generis humani•

Nūc recens tellus/ ſeductaq; nuper ab alto/ Ethere cognati retinebant ſemina celi• Quā ſatus Iapeto cōmixtā fluminis undis• Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum• Aurea prima ſata eſt etas/quę uindice nullo/ Sponte ſua/ſine lege fidē rectūq; colebat• Pena metuſq; aberant: nec uerba minantia fixo• Ere ligabant: nec ſupplex turba timebat Iudicis ora ſui/ ſed erant ſine iudice tuti Nōdum ceſa ſuis/ peregrinum ut uiſeret orbem•

Montibus in liquidas pinus deſcenderat undas: Nullaq; mortales preter ſua litora norant•

Nondum precipites cingebant oppida foſſę Non tuba directi/ non ęris cornua flexi•

Non galeę non enſis erat/ſine militis uſu Mollia ſecurę/ peragebant ocia gentes•

Ipſa quoq; immunis/raſtroq; intacta: nec ullis Saucia uulneribus: per ſe dabat omnia tellus•

Durauit hec pacifica & aurea etas teſte Trogo/ uſq; ad Nynum ꝗ prim⁹ auitū aureū ſeculū gentibus ſubſtulit: & arma finitimis atq; remotiſſimis prim⁹ intulit•

Janue. Olympo regio Etrurie fanoqꝫ ſacrato: duodenis coloniis totideꝫ pomeria araſqꝫ ſacrauit: ⁊ ad continenduꝫ recentes tum colonias in officio aureo: uirgas faſceſqꝫ ſinglis ſingulas dedit. Unde ipſe in manu uirgam ⁊ clauem: ſubqꝫ pedibus bis ſenas aras habet.

Circa finem aurei ſeculi: pꝛimꝰ omniū Nynus rex Aſſyrioꝛuꝫ hos aureos moꝛes noua regnādi cupiditate mutauit: ⁊ pꝛimꝰ limites tranſgreſſus: bella finitimis mouit: et totius Aſie populos perdomuit: ſub quo Cameſes pꝛefectus fuit Aboꝛiginibus. Et paulo poſt frementibus undiqꝫ contra ſe armis: toto pꝛius pererrato oꝛbe Saturnus ad Janum ſe contulit. Eū Comi hoſpitio Janus receptū: Latio ⁊ Aboꝛiginibus pꝛefecit Et moꝛe: quāuis tunc finientis aurei ſeculi: intra fines ſuos: ſeſe quiſqꝫ continuit: Janus in Etruria ⁊ Saturnus in Latio: thyberimqꝫ fines imperii eſſe inſtituit. Jntra enim ſuā cuiqꝫ patriam tunc de moꝛe regnum finiebať. Limes igiť erat inter

Quod eius abreuiator Iuſtinus in primo Epithomatum breuibus abſoluēs principio inquit/ rerum/ gentium & nationum Imperium penes regeſ erat: quos ad faſtigium huius dignitatis non ambitio popularis/ ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat. Populus/ nullis legibus tenebatur: quia iuſtorum principum arbitria/ pro legibus erant. Fines imperii tueri: magiſq̄ proferri mos erat. Intra ſuam cuiq; patriam/ regna finiebātur. Primus omnium Nynus rex Aſſyriorū/ gentibus quaſi auitum morem/ noua Imperii cupiditate mutauit: & finitimis bella intulit: & rudes adhuc ad reſiſtendum populos/ facile terminos uſq; Lybie perdomuit. Itaq; probatum eſt quod Sempronius & alii ſcribūt hac argumentatione: Primus ortus humani generis & innumera gentium multitudo fuit ante Nynum. Ergo aurea etas fuit ante Nynum: q̄a in primo ortu generis humani ſata eſt aurea etas Item qui primus bella & turbas ciuit poſt aureum ſeculum/ fuit Nynus. Quare ibi finiuit aurea etas/ & cepit argentea/ fugato Saturno in inferna & tartara ideſt ad inferum Mare Thuſcum ad Ianum. Quod mithice Ouidius in primo metamorphoſeos lepideq; deſcribens ait. Poſtq̄ Saturno tenebroſa in tartara miſſo.
Sub Ioue mundus erat: ſubiitq;
argentea proles.
Auro deterior: & reliqua.

eos thyberis: are uero limituꝫ erant Janiculum et Saturnia Capitolina. Etruriam a Janiculo Janus: Latium a Saturno Saturnus cognominauit. Ad radices enim Capitolii Saturnus condiderat: uti Janus Janiculuꝫ. Hec igitur fuit prima Rome origo ad radices Capitolii: ubi tunc paſcua bobus erat.

Qđ uero aurea etaſ durauerit annis uno minus ducentis & quinquaginta: utiqꝫ Greci non potuerunt a ſuis reſcire: quia primus q Grecos ſcriptores aſſequutus eſt fuit Nynus: ut ait Diodorus in. iiii. li. Et ut in primo fatetur/ nõ dum illis compertum erat/ q primi fuerint ĩ orbe reges/ſed a Barbaris didicerunt: qui ſe primos ſcriptores & indigetes rerum utilium aſſerunt: & multorum temporum memoriam apud ſe ſeruari affirmant. Vnde & Xenophon quem producit hic/in teſtem Fabius utitur teſtimonio inſcriptionis Babilonicæ/& Archilocus teſtimonio Maſeę Phenicis/ut in comentariis eius uidebimus: & Cato in prohemio de originibus ſimiliter. Hii omnes conſentientes etiam Beroſo in. v. antiquitatũ/affirmant a diluuio primo uſqꝫ ad Nynum fuiſſe annos nouem & quadraginta ſupra ducentos. Quare aurea etas durauit ante Nynum non minus annis ſupradictis. Qđ uero Ianus floruerit ſub iniciũ eius etatis: ipſe Ianus in primo de Faſtis aſſerit dicens. Tunc ego regnabam: patiens cum terra deorum/ Eſſet: & humanis numina mixta locis. Nõ dum iuſticiã/facinus mortale fugarat: Vltima de ſuperis illa reliquit humũ. Proqꝫ metu ppl̃m/ſine ui/pudor ipſe regebat Nullus erat iuſtis reddere iura lator. Nil mihi cum bello/poſtes pacemqꝫ tuebar: Et clauẽ oſtendẽs/hec ait arma gero. Ergo Ianus fuit ſub initiũ aurei ſeculi: qm̃ longe poſt eũ fuerunt Cameſes & Saturnus reguli/circa finem potiſſime Saturnus: qa clare omnes ſcribunt: ideo ueniſſe in Italiam: quia iam cõtra eum Iuppiter/ſub quo cepit argentea proles/mouerat. Qđ uero ait Ianũ inueniſſe primũ far & uinum magis ad ſacrificia q̃ eſum/non negat quin etiã prebuerit ad eſum & potũ ſobrium. Et id uident̃ ſignificare Ouidius in primo de Faſtis: & Acron & alii/ cur hec offerant̃ ſoli Iano? quia inquiũt ſignificant parſimoniã & rudem uictum illius etatis. Et in Satyra/Actais eximie/Iuuenalis dicit. Ponebant igitur Thuſco farrata catino Oĩa nũc quibꝰ inuideas ſi liuidulꝰ ſis. Porro/ꝙ aras/ritus & templa primus Italos docuerit: & ob id perpetuam prefationem & libamen ante alia ſacrificia deorum promeruerit: utiqꝫ Xenophon tradit: ut aſſerit Macrobius in primo Saturnaliũ. Ouidius quoqꝫ addidicit in primo de Faſtis/aliam rationem: quia eſt deus introituum & ianua. Et ideo non poteſt adiri ad aliorum deorum ſacrificia: niſi per ipſum. Quod ſi queris cur ipſe ſit omnium ianua? Reſpondent omnes: quia eſt pater omnium deorum & hominum: ut ait Beroſus in ſecundo antiquitatum. Et Iuuenalis in Satyra/credo pudicitiam. Dic inquit mihi nunc queſo/dic antiquiſſime diuũ? Reſpondes his Iane pater. Et Propertius in Elegia ad Vertunnum qui eſt idem quod Ianus: ut poſternis ſuis locis uidebitur: inducit Vertunnũ ſeſe appellantem patrem diuum.

Nam celum aſſérit᷑ pater omniũ deorũ:& Ianus eſt celum/ut Beroſus docet:& Ouidius ſcribit primo de Faſtis· Et ob id teſte Macrobio in primo Saturnalium:& Seruio ſuper Eneida:Ianus apud Thuſcos erat quadrifrons ob quatuor partes celi/cauſantes quatuor partes anni:hyemẽ:uer:eſtatem:autumnũ· Et Cicero Ianũ dixit dictum quaſi Eanũ/ꝙ eat & uertatur celum & annus· Hinc Ianus Eanus Vertunnus eadem ſunt· Ex his patet Saturnũ qui uenit ad Ianũ nõ fuiſſe Greculũ illum Cretenſem antiquiſſimũ Apteram· Cui argumẽto ſunt multa· Primo quidem tempus/quoniam Saturnus qui ad Ianum uenit/fuit aureo ſeculo/tempeſtate Nyni/cũ adhuc homines uiuerent uictu rudi:ut Iginus ait & Macrobius refert:& homines rudi trunco cauaq; robore atq; tugurio uterent᷑: & nõdum compoſitos hic Saturnus/quia iuſtus erat/lege cõpoſuit:ut ornato carmine Virgilius in·viii·Eneidos deſcripſit dicens:de ipſis Aboriginibus Latii·

Quod etiã antiquior Varro in primo de liugna latina ſcribit dicens· Agrũ Romanũ Romulus in partes diuiſit tris/unde tribus dictę/ ut ait Ennius/ Tacienſiũ a Tacio: Rumnẽſiũ a Rumulo:& Lucerũ a Lucumone/ut dicit Iunius· Et hec ſunt nomina Etruſca:ut ait Tolũnius Tragediarũ Thuſcaꝝ ſcriptor· Hec Varro· Qđ cõtra ſi obiicias Liuiũ dicere/ꝙ Lucerũ nomen eſt incertę originis:utiq; Caius Calligula Cęſar reſpondebit amouendũ eſſe de bibliothecis Liuiũ: quia in hiſtoria fuit negligens & ſuppreſſor ubi oportuit dicere:& ubi nõ oportuit fuit uerboſus·[Qđ ꝓfecto patet hoc loci/quia uerboſus eſt & explodendus qui ſine certo & ꝓbatiore atq; antiquiore auctore/& clariore ratione id dicit·Liuio enim probatior/doctior & antiqor eſt Varro/& antiquiores ſe teſtes producit Iunium & Tolumniũ Thuſcum Tragedum/& ratiõe utitur/quia nomina tribubus impoſita ſunt Etruſca·Quare ab Etruſco duce fuerunt impoſita/a tribus ducibus ſumpta: ſicut & Etruſcus idemq; Lucumo primus poſuit pretoria· Nam ut ſupradixit Fabius : ius imponendi noua locis & gentibus nomina : ſolum penes duces & reges erant· Ergo quia Etruſca ſunt/ ab Etruſco duce Lucumone ſunt impoſita· Ergo non ſunt incertę originis ut falſo dixit Liuius/ſed certiſſimę atq; Etruſcę/ut Varro/Iunius & Tolumnius probant· Nã Etruſci Tacium & Tacienſes: Latini uero & Sabini/ Ticium & Ticienſes deriuant· Similiter Etruſci Rumulum & Rumnenſes: Latini uero & Sabini Romulum & Romuleos dicunt· Rurſus Etruſci Lucumonem dicunt & Luceres deriuant: Latini autem & Sabini & eorum proles Sabella quę & Samnites/dicunt Lucium & ab eo Lucanos·Cuius argumenta nõ latuerunt liuidum Liuium:qui in primo ab urbe condita aſſerit/ꝙ Tarquinũ priſcum quem Etruſci uocabant Lucumonem Tarquinienſem:eundem Romani dixerunt Lucium Tarquinum· Et a Lucio Samnitum duce Lucanos deriuatos: Plinius aſſerit & Sempronius: ut in eius cõmẽtariis diximus·Qđ ſi dicant Plutarchum in uita Romuli & pedanum dicere ꝙ Luceres dicti ſunt a Luco Aſili: dicendum eſt/ꝙ neſciuerunt linguam latinam & Etruſcam quantũq; inter ſe prolatione ac deriuatione diſtent· Et ideo Gaio Calligulę Cęſari conſentiens regula beati Hieronymi dicit: ꝙ qua facultate quid ſine certo auctore atq; ratione profertur:tali contemnitur·Sed dices· Oratius in quinto Eneidos ſuꝑ illud carmen· Tres equitum turmę: tres inquit partes fuiſſe principio populi Romani conſtat: unam Tacienſium a Tacio Sabinoram rege/iam amico poſt federa: aliam Rumnenſiũ a Rumulo:tertiam Lucerũ:quorũ ſcđm Liuium nomen & cauſa in occulto ſunt· Ergo uidetᷣ ꝓbare Liuiũ· Reſpondetᷣ ꝙ ibidem affert contra Liuiũ ꝓbatiorẽ auctorẽ mox ita ſubiungẽs· Varro tamẽ dicit Romulũ dimicantẽ cõtra Taciũ a Lucumoniis ideſt Thuſcis auxilia poſtulaſſe:unde quidã uenit cũ exercitu/cui recepto ꝑs urbis data ẽ:quę uicus Tuſcus dicitᷣ:ut Orati⁹ ait/ac Tuſci turba ĩpia uici· Hec Serui⁹·Quare Varroni diligẽtiſſimo & graui auctori:nõ negligẽti & uerboſo Liuio creditᷣ quis alias eloquẽtiſſimo·Qđ ſi queris:q̄re Orati⁹ li·ii·ſermonũ Satyra·iii·uocat turbã uici Tuſci ĩpiã:cũ ſit ſemꝑ religioſiſſima hĩtaᷣ: rn̄dit Acron/ꝙ ibi accipit turbã uel lenonũ ul̃ negociatoꝝ/ ꝗa añ ĩ eo loco meretrices colebãt/aut negociatores ꝗ nulla pietate flectũtᷣ/iñ pulſi ab Herẽniis fuer̃t·ſed totũ falſũ ẽ:ꝗa neq; añ Tuſcos ibi meretrices fuerũt:niſi id dicat ꝑp Accã larentiã:& negociatores nunq̄ legantur inde pulſi· Et ideo pudicitię templum patricię ſimul & plebeię in foro Boario uenerabatur: ut in ·x· ab urbe cōdita Liuius docet/ & arcus triumphalis ibi Boarię partis negociatorꝝ etate noſtra permanet: de quo inferius dicet᷑· Porphirius alias rationes adducit· Primam quia ibi unguentarii erant· Sic enim ait· Vicus thuſcus dicitur quo itur ad Velabrum: ubi harꝝ rerꝝ mercatores ideſt unguentarii ſunt Sed quia unguentarii & lenones opponunt᷑ caſtitati/ & non pietati: idcirco nō ꝓpter id uocauit impiam turbam/ ꝙ ibi uel meretrices ante/ uel unguentarii poſtea fuiſſent & eos inde religioſa Thuſcorꝝ Herennia familia pepuliſſet· Mercatura uero non opponit᷑ pietati/ que ad caritatem patrię inuenta eſt· Quare aliam rationem aſſignans ait· Impia fuit/ quia ſub Romulo & porſena uicum thuſcum relicta pietate patrię incoluerūt· Nam hii primi fuerūt: qui contra Etruriā aſſiduis bello & armis a patria ꝓpria in Romam urbem/ Italię imperiū tranſtulerūt· Et ideo tertia gens Lucera a Lucumone & Celiana a Celio Trometino/ ut ait Fabius: gentem ſimul & imperium Romanum/ quaſi impie & contra patriam inceperunt· Qđ uero Varro dicit/ ob ſuſpitionem Luceribus datum totum uicum thuſcum adempto colle Celio: & Celianis datus Celiolus quia ſuſpitione carebant: nō contradicit ei quod nūc ſcribit Fabius: ꝙ is datus ſit conſenſu omnium: quia ſtant ſimul ut ceperit res a ſuſpitione: & finierit in cōſenſu· Qđ uero fuerit uicus thuſcus antea paludoſus: demōſtrant autores· Nam Vertunnus in Elegia Propertiana/ oſtēdens uicum Thuſcum ſic dicit· Hac quondam Thyberinus iter faciebat· & aiunt/ Remorꝝ auditos: per uada pulſa ſonos· At poſtq̄ ſuis tandem ille conceſſit alumnis: Vertunnus/ uerſo dicor ab amne deus· Et ideo cum Fabio Seruius conſentiens ſup̄ ·viii· Eneidos/ ibi Rumore ſecundo: Rumon inquit dictus eſt Rumulus· Vnde & ruminalis Ficus dictus eſt locus: ad quē eiecti ſunt Remus & Romulus: que fuit ubi nunc eſt Lupercal in Circo· & ſubdit· Hac enim labebat᷑ thyberis: anteq̄ Vertunno factis ſacrificiis/ auerteret᷑· De paludibus etiam cōſtat· Nam in parte fori Boarii fuit palus in quā armatus ſe iniecit Curcius: dicente Ouidio in ·vi· Faſtorꝝ· Curtius ille lacus ſiccas qui ſubſtinet aras: Non ſolida eſt terra: ſed fuit ante lacus· Et in eodem libro de toto uico thuſco ait· Hic ubi nunc fora ſunt: udę tenuere paludes: Amne redundante foſſa madebat aqua· Tibullus quoqꝫ in ·ii· Elegiarꝝ de Velabra portione uici thuſci: ſic meminit· At qua Velabri regio patet: ire ſolebat· Exiguus pulſa/ per uada Linter aqua· Varro quoqꝫ in primo de lingua latina/ cum aliorꝝ opinionibus poſitis/ ſuam de Auentino induceret: ſic ait· Ego maxime puto Auentinum ſic dictum: ꝙ cum ob paludes inter eum & Capitoliū/ ipſe mons a ceteris partibus urbis eſſet excluſus: uehebātur ad illum nauibus homines· Cuius ueſtigia ſunt: ꝙ ea pars a uelis dicitur Velabrum/ & ab eo actu uehendi Velatura· De Acca uero larentia & Fauſtulo & Carrucio & eiuſcemodi ſatis dictum eſt in ſexagintaſeptem libris: quos de Etruſca hiſtoria confecimus· Qđ uero ait Fabius hanc eſſe originem ueteris Romę in ſeptem dictis ſolum collibus/ & eius ſubſidente Thuſca area: poſtea ab his collibus prolatā fuiſſe in alios: in noſtra ſuperiore figura picta facile aduertitur: in qua etiam facile patet quę pars magne urbis/ cui ueteris parti reſpōdeat & ab ea denominet᷑ collina ſiue capitolina· Itē Exquilina: Quirinalis: Palatina:

Celia/Viminalis/& Auentina:a ſeptem collibus primis:de quibus Virgilius in·vi· Eneidos dicit·Septemq; una ſibi muro circūdedit arces· Vbi Seruius dicit ſeptem incluſiſſe colles & medium tenuiſſe palatium·Alii inquit dicunt fuiſſe colles ſeptē/ Ianiculum:Quirinalem:Exquilinum:Palatinum:Celium:Viminalem & Auentinum·Sed aduertere debent iſti/ ꝙ Capitolinus quem negligunt eſt primus ubi Saturniam edificauit Saturnus:& Ianiculus eſt in Etruria non in Roma/dicente Plinio in tertio naturalis hiſtorię capitulo·vi· Saturnia eſt ubi nunc Roma·Antipolis uero ubi Ianiculum in parte Romę·Quare excluſo Ianiculo melius cum noſtro Fabio ſentiunt qui ſeptem colles enumerant: primū quidem Auentinum dictum/ cum ab aliis/tum uel maxime a uehendo ut ait Varro· Secundū Celiolum iunctū Celio/& ductum Viminalem a Iouis templo/ut exponit idem Varro:qui & tertium Celium dictum a Celio duce Thuſco perhibet:& quartum Palatinum/ a Palatinis Aboriginibus: item Arcadibus/item Palantia latini uxore:item a balatu· Quintū Exquilinum dictum ait/ab excubiis pretorianis regis Romuli & Tulli Hoſtilii· Sextum Quirinalem: qui teſte Dioniſio in ſecūdo libro heret Capitolino: dictum a Iunonis Sabinę templo/quam illi haſtatam ſiue Curim ideſt Quirin uocant· Capitolinus autem idem & Tarpeus & Saturnus/ut in precedentibus expoſitum eſt· Hec de ſeptem collibus/& nominibus ac originibus eorum·Sequitur tandē de nominibus quę erant in uico Thuſco dicens Fabius·Et de Lybiſſo quidem & Argeo/ & Argiletis duobus:ſatis ſupra dictum eſt·Sacra uero uia uetus incipit ſupra Palatinum collem ubi erant ueteres curię Auguſtales & tranſibat per oppidum Romā inq; Romanū forum deſcendens/ reflectebatur in Capitolium per uicū Thuſcum: ut patet in noſtra ſuperius picta figura·A curia ueteri auguſtali augurum/quia ſacerdotum erat & magnorū pontificum:tota uia ſacra dicebatur: ut Varro inſinuat dicens·Curię duorum generum:altera ubi curarent ſacerdotes res diuinas/ut curię ueteres:altera ubi Senatus curaret res humanas/ut curia hoſtilia·De hac uia loquitur Plinius in·xix·naturalis hiſtoriæ· Cęſar inquit dictator totum forum Romanum uiamq; ſacram/a domo ſua uſq; in cliuum Capitolinum/ in munere gladiatorio linteis contexuit· Eam domū teſte Suetonio/Octauianus Auguſtus ſumptuoſe nimis a Liuia ornatam/ad ſolū dirui fecit:in cuius Area porticus Liuia fuit ſtructa/de qua in·vi·Faſtorum Ouidius meminit dicens·

Diſce tñ ueniens etas:ubi Liuia nūc eſt Porticus:immenſę tecta fuiſſe domus·

Auctor eſt Plinius ibi poſtea ſuam pacem edificaſſe Veſpaſianum· Verum Iulius Cęſar prius habitauit alibi: ut in uita eiꝰ ſcribit idem Suetonius dicens· Habitauit primo Iulius Cęſar in Subura:modicis edibus:poſt autē pontificatum maximum in ſacra uia domo publica· Suburam dictam ait Varro in primo de lingua latina/ ꝙ ſub muro terræ Carinarū fuerit· Et ſubdit· Iuuius uero ſcribit/ꝙ fuerit ſub antiqua urbe· Ex his conuincitur ꝙ eadē ſint ſubura & ſuburbanū in uico Thuſco·Et ꝙ Fabius uidetur diſtinguere: utiq; id fit a principio & fine uię: quia icipiebat ſub Palatino colle/& ita dicitur ſuburbanum/quia ſub ueteri urbe ut ait Iunius: & pertingebat uſq; ad murum fori uenalium circa Thyberim:& ita dicebatur ſubura/ꝙ ſub muro terræ Carinarum fuerit/ut Varro dicit· Vnde Ouidius in primo de arte amandi uidetur alludere dicens.

Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa Illa:uel in ſacra ſint licet empta uia.

Et ꝙ finiat hec regio ad forum Piſcariũ/poteſt cõnici/nõ ſulum quia carinę murus ibi erat/ſed quia ibi uendebant᷑ piſces:ut Iuuenalis in.v.Satyra/de quodã ignobili piſce thyberino loquens ait. Et ſolitus medię criptam penetrare Suburę. De foro Piſcario dicit Varro in primo de lingua latina:ſecundũ inquit thyberim ad Ianum eſt forum Piſcariũ.Eſt etiam ibi forum iugariũ/ ubi ſacra iuga bobus pro inauguranda urbe primũ poſita ſunt: de quo Liuius de bello Macedonico/ ſaxum inquit ingens ex Capitalio in uicum Iugariũ procidit & multos oppreſſit.De foro Boario dictum eſt ſupra.Porro in comentariis ſuper Semproniũ/copioſe dictũ eſt de thyberino deo Volturno:& Vulturno nominibus. Circus idcirco maximus dicit᷑/ꝗa maximo deorum Vertũno Iano ſacratus:ut in Elegię Vertũnianę comentariis diximus. Forum tranſitoriũ dicebatur/in ſuperiore Argileto/ quia ab eo tranſibatur in Circum maximũ ad ludos Circenſes/& in forum Romanũ ad Vadymonia danda:ut in eadem Elegia uidebimus. Senaculũ:Grecoſtaſis:duę manſiones erant in foro Boario ſupra Ianũ quatuor portarũ.Grecoſtaſis ut ait Varro in primo de lingua latina/locus eſt ubi nationum ſubſiſtebant legati; qui a parte ut multa dictus eſt.Senaculũ uero eſt ubi edes concordię ſupra Grecoſtaſim & baſilica opima/ideo Senaculũ uocatum:ubi Senatus/aut ubi Seniores conſiſterent.Hec Varro.De ede uero Saturni & concordię Seruius ſuper.ii.Eneidos/ notãs ubi in uico Thuſco ſint edes inquit Saturni:eſt ante cliuum Capitolii iuxta edem cõcordię. Ab hac ſe mouit Curtius ut ſe rapidiore curſu precipitaret in hiatum:ut ſupra Varro dixit. Alia edes concordię fuit poſt hanc : quia hec iuxta Senaculũ & ſacrã uiã eſt/ ubi cõcordia facta eſt inter Sabinos & Romulum atqꝫ Lucumonem. Vnde & Senaculũ ibi & concordiã edes.Quę ita inſinuat Dioniſius in.ii.libro dicens. Raptę in Senatũ ueniunt concordię cauſa:legationem ſpondentes.Pacta inter caſtra regum/& Romulum & Tacium/ut equo imperio regnarent:& habitarent Romę equo imperio & iure:ſacrorũ & dignitatum participes.Hec iurati:ariſqꝫ ſimul cũ iuramento erectis: ſecundũ mediam fere ſacram uiam permixti ſunt ſimul. Qđ ſi queris cur Liuius & Dioniſius non poſuerunt regem Galeritum in hoc federe? Reſponſio eſt in promptu: ꝗa alter Liuius fuit negligẽs & uerboſus:ut ait Cęſar.Alter uero Grecus mendax in hiſtoria: ꝗa paulo ſuperius ſcribit Galeritum fortiter dimicantem cecidiſſe lancea Sabina.Sed pudet rationem Italicarũ rerum mutuari a Grecis/ubi latina clara eſt hiſtoria:quę teſte Iunio:Tolumnio:Varrone atqꝫ Propertio ueraciſſime cũ Fabio pictore ſcribit. Lucumonẽ Galeritũ ueniſſe ſociis armis auxilio Romulo:& contudiſſe fera Sabina arma Tacii:& primũ poſuiſſe pretoria:& uti maiorem tribubus indidiſſe nomina Etruſca/ad rei perpetuã memoriam & fulgorem:ut tũc moris erat.De aliis tribubꝰ Thuſcorũ nũc exponendę ſunt origines. Tribus inquit a loco Celii dicta eſt Trometina.Locus ut ait Feſtus eſt Trometes campꝰ.Caue lector:ꝗa ꝗdam corrupti codices habent Tormẽtina:addita.n.& tranſpoſita.r. Et facilis eſt corruptio in habentibꝰ ſimbolũ: qualia ſepe in Plinio & aliis legimus ut Volaterrani pro Volturreni/& Vertulonienſes pro Vetulonienſes:Et Cartoniani pro Carboniani:& Verentani pro Varentani•Similiter in Dioniſio Halicarnaſſeo in ſecundo libro•Venit inquit ex Etruria Lucumo ducens auxilia Etruſcorum ex urbe Solonio pro urbe Colonia•Et in•iiii•libro Seruius inqt Tullus diuiſit urbem in quatuor partes Palatinam:Baboranam:Collatinam:Exquilinam:pro Suburbanam & Collinam•Et in•iii•li•Fuerunt Etrurię urbes quinqꝫ que bellum mouerant Caluſini:Vetuloniates:Aretini:Ruſalini•pro Cluſini:& Ruſellani•Et in Pomponio Mella in Hiſpanię Betice deſcriptione Dubal pro Tubal:& in deſcriptiōe thuſcie:Pyrgus:Grauis:Cecoſa:Alus:pro Alſium:Grauiſce:Coſa: & eiuſcemodi ridicula•Et ita in Liuio ab urbe condita inuenies dictam corruptionem ubi dicit•Additę ſunt ex nouis ciuib⁹tribus quatuor:Sabatina:Trometina:Arnienſis:Stellatina•Sabatina dicitur a Sabatia regiōe Etrurię/ inter Thyberim & mare/ubi Sabatius lacus nunc Anguillare: de qua regione Strabo in•v• dicit:ꝙ Etrurię Sabatia eſt ſecus mare:& Sillius in•viii•Sutrium & Sabatia quiqꝫ ſtagna colunt•Et in uita ſancti Prothogenis/ꝙ fuit primo ductus ad Sabatinas thermas/ inde ad forū Claudii quod octo & uiginti miliariis diſtat a Roma: Nunc Tulpha noua•Similiter Iulius Frontinus de aquęductibus ab Thuſcia in trāſthyberim ſiue Antipolim in parte Romę/ut uocat Plinius:ponit aqueductus Alſietinum ab Alſio nunc Ceri nouū & a lacu Sabatino/nunc Triueiano ubi extant ingentia aqueductus ueſtigia• Porro prolatione Romana Trometes campus dicitur:ſed Etruſca campus• Trometorum/a quo Trometora & Romane Trometina'tribus• Sunt enim quatuor partes Etrurię urbis•Prima dicit̃ Volturna a qua Volturreni cognomine Etruſci/in quorum parte ſunt Volſinienſes:ut ait Plinius in•iii•naturalis hiſtorię capit•vi• Huic ſubſidet locus Fani/quatuor ſacris litteris/ tum nūmis impreſſis/ tum loco extantibus Faul Volturnę:quod Fanum Volturne Liuius uocat in pluribus locis ab urbe condita•Heret huic Volturnę extenſa planities quam uulgo planum Trometorū adhuc dicimus:& a Feſto Trometes campus:& a Fabio pictore locus ſiue urbs celii•Verum tribus Celiana ſub Romulo fuit/ ſicut Etruſca lucera:Hec uero Trometina ſub conſulibus adiecta fuit•Arnienſis uero ab Arno dicta•Hii ſunt Fluentini prefluenti Arno appoſiti/ut exponit Plinius:nunc Florentini: cum quibus intelligunt̃ Pheſulani•Porro Stellatini in Thuſcia ſunt Pratenſes & Piſtorienſes/ a Stella uicino his amne dicti• Legimus & alios Stellatinos in campania•ſed hic ſolum in Fabio narrantur Thuſci habitatores uici thuſci• Vicus longus in thuſcia eſt in altera parte urbis Etruriæ ſupra Fanum Volturnæ•ſic dictus a longhe ideſt haſta: quia ibi Hercules Egiptius haſtauit ideſt coronauit filium ſuum Tuſſum/ut Beroſus in•v•antiquitatum indicat• Verum quia longhus eſt nomen Grecum : idcirco per interpretationem dictum eſt poſtea/a Pelaſgis ſacratoribus Fani ingentis Volturnę:a quibus ad hec tempora/uicinum campum ruſtici per duplex•ll•pleno ore/ uocant campum pellaſgi•Pro quo notandum eſt quod Cato de originibus/ait & alii conſentiunt/Ianum regiam ſuam quadriurbem ſtatuiſſe•Et ideo uocabulis Arameis & non Latinis nominaſſe:quia tunc nō extabat lingua Latina uel greca• Vnde Turrena Volturrena/ſiue per ſincopam Volturna/Vetuletum:Para & Harbanum nomina ſunt Aramea• Eſt autem Par apud eos haſta uel principatus• Nam teſte Trogo & Iuſtino ultimo Epithomatū:ueteres reges haſta/ quaſi ſceptro & corona utebantur• A Par uero Para deriuatur ideſt haſtata ſiue coronata & princeps quam greci poſtea Longholam dixerunt:ꝙ in ea parte princeps coronaretur• Vnde & Tuſſus filius Herculis ibi coronatus nomen ſuum indidit per adiectionem/ & ad hanc diem Aramea prolatione atqꝫ uocabulis dicimus Para Tuſſam/ideſt latine principem ſiue coronatā Tuſcam/de qua Feſtus:uno modo inquit Tuſcia dicta eſt a Tuſco rege filio Herculis• Sed de his hactenus• In hac coronata Thuſca eſt uicus longhus/que uicum lōghum in foro Boario circa edem pudicitię & edem rotundam Herculis conſtituit:cuius meminit Liuius in•x•ab urbe condita:ubi narrat altercationem piam Thuſcarum/inter Plebeias & Patricias/pro ede pudicitiæ: quam geſtam in uico longho aſſerit• Et ita exponenda ſunt alia:ut uicus Phaliſcus a Phaliſcus: Larthenianus a Veis•& ſic de aliis• Nunc quo pacto eadem ſint Protheus: Vadimon: Ianus & Vertunnus: ſi cum his addiciamus comentariola ſuper Elegiam Propertii ad Vertunnum:copioſius intelligemus•

Finiunt comentaria ſuper Fabium Pictorem

Eiuſdem fratris Ioannis Annii Viterbenſis Comentaria ſuper duo Fragmenta Itinerarii Antonini Pii•

a Ntoninus Pius Ceſar Auguſtus: etiam pietatis laudem cōfirmauit/ dum hoc itinerarium ſcripſit• Cauſa enim ſcribendi pietas fuit:dum pauperibus & peregrinis/itinera totius orbis deſcripſit:ut q aut fugerent:aut in bella irent:aut ad dños ꝓficiſcerentᷣ: aut quauis cauſa remotiſſimas regiōes adirēt: ſine indice fere undiqꝫ penetrarēt•Porro que habentᷣ nunc itineraria Antonini nō ſunt: ſed forte ex fragmentis aliquot collecta:& plura his addita:multa diminuta/ plura imutata•Argumento ſunt duo fragmenta que apud me ſunt ex collectaneis mgr̄i Guilielmi:collecta anno Salutis•M•ccc•xv•Nam primū fragmentū ex ꝓhemio eſt•At in his que modo habentᷣ:nullū ꝓhemiū eſt•Deinde in ſecundo fragmento/ ſex celebratiſſima tunc itinera ab urbe Roma in Gallias docentᷣ•At in his que uulgantᷣ nullius memoria fit•Rurſus ſingula oppida/& urbes/que in ſingulo itinere ab urbe Roma uſqꝫ in introitū in Gallias ſucceſſiue occurrunt/diſtincte enumerat• Sed in uulgatis/obmiſſis oppidis/etiā itinera deleuerūt/nō ſcripſerunt•Item miliaribus utuntᷣ/hec uulgaria:quibus ſoli Itali utuntᷣ•At Antoninus nō miliaribus uſus eſt/ ſed ſucceſſione oppidoꝝ:qa oīa orbis itinera/oībus gētibus deſcripſit:que gentes ꝓfecto ſucceſſiones oppidoꝝ intelligūt:miliaria neſciūt•Amplius itinera maritima/ a mediterraneis diſcreuit Antoninus•At uulgata cōfundunt oīa & miſcēt:ut Saleumbronā & Larthem in maritimis ponunt/que ſunt in mediterranea Vetulonia• Deniqꝫ & nōia corrūpunt uulgata/ut Martis ꝓ Larthes/& Florentiā ponit/que nō extabat Antonini tꝑe• Ex ꝗbus patet/ hos uulgatos codices nō eſſe totos Antonini Itinerariū/ſed eius magnā corruptiōem a poſteris/ꝑ additionem/& diminutionem priuato ſtudio ꝓcuratā•Nā ſi ita cetera eſſent/uti hoc fragmentū:uere toto orbe qſ peregrinaretᷣ abſqꝫ indice & errore:ſciretqꝫ integre totius orbis Topographiā:& nomina ididem ciuitatū & locoꝝ• Igitᷣ & hec duo fragmenta expoſituri ſumus ꝓ ſui tum breuitate/tum antiquitatis ſplēdore: in quorum primo: pars prohemii ponitᷣ (ſub his uerbis•

d Diuus Auguſtus q̃ꝫuis totum oꝛbeꝫ recte diuiſerit ubi ait:oꝛbis totus diuiditur in partes tris:Europā:Affricaꝫ ⁊ Aſiā:que fere eſt dupla ad quālibet duaruꝫ:in deſcriptione tñ locoꝛū oꝛbis:multa loca memoratu digna ſiluit:queue in pꝛecipuis itiñeribꝰ oppida et urbes occurrant que maxime tū militibus:tū peregrinantibꝰ:tū bi-

Plinius in•iii•naturalis hiſtoriæ ca•vi•aſſerit ſe in ꝑtitione Italiæ nolle ſeq auguſti ordinē•Ex quo patet Auguſtū groſſo & indigeſto atqꝫ diminuto ordine deſcriptōem orbis tradidiſſe:cum Plinius & Antoninus illā deſpexerint Nec miꝝ• Primi enim ſemꝑ poſterioribus rudius & magis ieiune doctrinā ordiuntᷣ/qa poſteris facile eſt inuentis addere: ut ait Ariſtoteles ı̄ Ethicis• Primus autem omnium q deſcripſit uniuerſum orbem fuit Ceſar Auguſtus qñ pace parta mari terraqꝫ xp̄us ſtoricis nõ parum ꝓficiunt neglexit. Ea nos ſuo nunc ordine ꝑcurrere inſtituimus.

ſalus noſtra ortus eſt:ut inſinuat Lucas Euãgeliſta/ Ioſephuſqꝫ ac Latini hiſtorici•Hec de fragmẽto ꝓhemii•Nũc ad ſecundũ fragmentũ ueniendũ eſt/in quo de ſex itineribus ab urbe Roma in Gallias nunc Lomgbardiam uerba facit•Et ita littera diuiditur in ſex partes•In prima diuidit ſex itinera/ & exponit primum maritimũ dicẽs hoc modo•

Ab urbe in Gallias itur itineribus ſex:maritimo: litoreo:aureliano:caſſiano:thyberino:flaminio. Maritimũ tenet Pheregenas:Caſtrũ nouũ: Cellas:Herculẽ:Thelamonẽ:Caput Etrurie:phaliſcas:Traianũ: Populoniũ:Vada:Lygurnũ:Ericis. Entelliã:Delphinũ:Genuã inter porſenaꝫ ⁊ pheritonẽ. Monacum. Nyceam.

Maritimũ dicit᷑/ qđ fit nauigio: in quo poſt Oſtiam primus portus occurrit Pheregene/ dictus a Phetõte & Genio Iano/uti expoſuimus in•xiii• Fragmento Catonis•Erat oppidũ ubi nunc Palus Caſtrũ nouũ tunc/ſed deletũ uetus dicit᷑:ut lapis exciſus in menibus a Pio•ii•Pont• Max.indicat• Vulgo dicitur portus ciuitę Vecchiæ• Cellę portus eſt iuxta Oſtia Minionis/ubi dicit᷑ portus Cin Cellę•Omne litus poſt Cęre uetus uſqꝫ Minionem dicit᷑ uulgo Etruſco ueteri Celle•Vnde annis poſt Cere/adhuc dicit᷑ Mare Cellianũ:uulgo uero Mar Cellianũ•Quare nõia ſunt argumẽto/ ꝙ ab amne Mare Celliano ad Minionis Oſtia/ ubi Celle:dicit᷑ mare Cellianũ & litus Cellianũ : ubi cũ Ceſar poſuiſſet centũ ſedes iudicũ/uocauit eas a numero centũ/ & a litore Cellas Herculis portus & Thelamonis ſunt iuxta Turrenã ſic dicti a principibus Argonautis/qui illo aducti naui in uicinũ Fanũ Volturnę ſiue antiquę Turrenę ad Lucumones ꝓfecti/& lacu/Cyminio effecto/atqꝫ puella Faula premio habita/ꝑ Cyminiũ iter ad Euandrũ iuerũt/& in Capitolina Saturnia ſubſederũt:ut ꝓbauimus in ix•& in•xxvi•qõne annia•Hii portus nõia retinẽt•Caput Etrurię portus/ſupra thelamonẽ eſt uerſus Populoniã/ſic dictus/quia ibi incipiebat Lyguria Etruſca uſqꝫ in Oſtiã:ut ꝓbauimꝰ in•xiii•fragmẽto Catonis•Dictus ẽ portus caput Etrurię ab urbe metropoli Etruria:cuiꝰ ꝑs celebrior Volturna ẽ• Vulgꝰ nũc uti & nautę dẽpta ſcđa r lr̃a dicũt caput Etruyę ꝑ caput Etrurię•Nã adhuc ſubtracta lr̃a•r•dicimꝰ uallẽ Comeã/& i p̄diis electrę fõtes electaios ꝓfert uulgꝰ ꝑ ualle Comera/& fõtanis Electrais Sũt aũt fontes Electrai in fine p̄dioꝝ Electrę/nõ longe a Volturnę fano nũc Viterbo:quoꝝ caput ẽ mõs & oppidũ Coriti uiri ſui:qđ uſqꝫ ad hãc etatẽ dicimꝰ ueteri lĩgua Etruſca•Corit Ny Enta:ideſt Coriti mõs & oppidũ:uti ꝓbauimꝰ i•xxxvi•qõne Annia•Rurſus Phaliſcas ſupra caput Etruię portus: uulgus uocat Phaleſce• Traianũ portũ Ptolomeꝰ deſcribit/ubi nũc Plobinũ:qđ ulgus corrupte addita•m•Plombinũ ꝓfert/ſicut corrupte dicit Cãpiliã: Cãpanianũ: Cãpitoliũ: ꝓ capitolio: Càpilia: & Capaniano. Capilia enim eſt id qđ iunior Pilia urbs a Piliis ſociis Neſtoris poſt Piſas cõdita: & capanianũ ſiliter poſterius panianũ/ab eo Pana dictũ quẽ latini uocant Bacũ: ut ꝓbauim⁹ in comẽtariis ſuꝑ Etruriȩ topograghiã Plinianã. Hinc Capanianũ eſt poſteri⁹ oppidũ Bacanũ/a quo tota circũ regio/& ſilua olim capaniana nũc latine Bacana dicit᷑. Populoniũ poſt Plobinũ oppidũ deletũ: & ſic dictũ: quia erat puppiũ phylarcha: ut expoſuim⁹. xxv. q̃one Annia. Vada nomen retinẽt inter Volaterras & Piſas: ſic dicta ꝙ ab his uertat᷑ litus in Lygurnũ ſuperius. Nã quod Egyptii protho: id Aramei & Etruſci dicebãt uado: Latini aũt uerto: Et ob id idẽ eſt Protheus: Vadymon: Vertũnus: ut ꝓbauim⁹ in comẽtariis ſuꝑ Xenophontẽ de Equocis. Lygurnus portus dictus a Lygure filio Phetonis ſiue Phetõtis: quẽ Greci & latini proferũt Phetontẽ/& Lygures Pheritonẽ. ut ꝓbauim⁹ in. xiii. fragmẽto Catonis. Ericis portus nomẽ retinet a parte Thuſciȩ: qua eſt oppidũ Ericis/ſed ex ꝑte Lyguriȩ ab oppido Veneris portus dr̃. Ptolomeus ſinũ Ericis uocat. Sillius uero Italicus in. viii. libro. & Strabo in. v. appellant portũ Lunȩ/quo nõ eſt ſpacioſior alter. Entellia interp̃tat᷑ Aramea & Etruſca lingua Iſthmos oppidũ: ab Ellia qđ eſt Iſthmos ut Talmudiſta nr̃ interp̃tabat᷑: & Enta qđ eſt oppidũ. Vñ & Corit Ny Enta ſuperius dicta/dixit dici/a Ny qđ eſt mons: & Enta oppidũ: q̃a fuit Coriti mõs & oppidũ ut expoſuimus copioſe in fragm̃tis Catõis. xv. xvi. &. q. annia. xvii. Exiſtimo hãc Entelliã eſſe/ qđ uulgus lyguſticũ uocãt Sextrũ oriẽtis. Et plinius Segeſtã Tigullioꝝ. Eſt aũt Tigullia intus ſiue mediterranea/Segeſta uero maritima: ut idem Plinius ſignificat in. iii. naturalis hiſtoriȩ: ca. vi. Quidã dicũt Tigulliã nũc dici Lauaniã illuſtrem comitibus Lauaniȩ. Cuilibet tñ licet opinari. Delphinus portus & Porcifera a duce Porco dicũt᷑: quẽ poſteri ꝑ aſpirationẽ Phorcũ dixerũt/q colonias a ſe porcas/Porcareces/Porcarilias/Porciferas/& a ſuo cognoĩe turrenas Delphinas ab Etruria undiqꝫ tranſportauit: ut ꝓbauim⁹ in comẽtariis ſuꝑ Myrſilũ: & ſuꝑ quintũ Beroſi: Pheriton a quo adhuc Pheritiana regio circa Biſamnẽ: a Phetonte patre Lyguris nomẽ tenet: uti expoſuimus in fragmẽto. xiii. Catonis. Genua uero a cognomine Iani/& Ianua ab eius noĩe eadẽ dicit᷑. Cui argumẽto eſt/ Caryn Ianũ promontoriũ/ pars Genuȩ ueteris. Eſt enim Etruſca/Hebrea/& Aramea lingua Caryn id quod uinea: ut etiã diuus Hieronymus interp̃tat᷑. Hinc caryn Ianũ ideſt uinea Iani dicit᷑: & pars nouȩ Genuȩ: uineȩ itẽ dicit᷑: ubi ſancta Maria in uineis. Itaqꝫ nomina & cognomina ſunt argumẽto/a quibus originẽ habeãt Genueſes: uidelicet a Phorco rege/a quo Phorcifera: a Phetonte/a quo pheriton & pheritiana ut ꝓferũt Lygures: aut Phetõtea: ut latini & Greci. Rurſus a patre totius Italiȩ Iano Genio: & Ianua/& Caryn Iana: & Genua dicit᷑: licet quidã ignari antiquitatũ & originis Lyguſticoꝝ & Etruſcoꝝ nominũ/ referant ad latinã originẽ: exiſtimantes eam dici a gignẽdo uel figura genu/& eiuſcemodi. De his tribus ſimul plinius in. iii. naturalis hiſtoriȩ: ca. vi. Flumen inq̃t porcifera: oppidũ Genua: Fluuius pheriton. portus Delfinus. Quidã mendoſi codices habent pheritor pro pheriton. Nomen fluuio a uulgo eſt Biſamnis/ & a iuxta ei regione pheretiana pheriton. De Monaco ſupra Catonẽ diximus. Nyceam quia eſt limes Italiȩ/cui Thuſci imperitabant/exiſtimo a Larthe Etrurię Nycio/ miſſis coloniis dictam: uti in uicinā Galliā Bracata Narbonenſem dictam prouinciā/ antea colonias miſerant Atlas Italus/ Larthes Vetulonię/ & ſocer eius coritus cuius propriū nomē fuit cambo/ pro Electrę nuptiis/ & a ſe tribus nominauerūt: ut clare ſcribit in·v·libro Beroſus: & eas plinius in·iii·naturalis hiſtorię capitulo·v·excurrens colonias & urbes huius prouincię: ita eoꝝ trium nominibus nominat dicens· Cenicenſes: & cambo Electri qui Atlantici cognominant̃· Vnde nō mirū eſt ſi Nycius Larthes illo miſit colonias/ cū etiā Turreni capta corſica/ ab eiuſdem nomine urbē Nyceam condiderūt: ut auctor eſt Diodorus in vi·libro: & nos in hiſtoria Etruſca poſuimus· Hactenus de primo itinere maritimo Antonini: quo pn̄t adiri tam Gallię ciſalpinę q̄ tranſalpinę· Nūc de aliis itineribus quibus pōt adiri ſola Gallia ciſalpina proſequit̃. Et primū de litoreo ita dicit·

Litoreū ꝯtinet Alſiū: Cere: pyrganū: Forum celle: Grauiſcas: Coſas: Volaterras: Piſam: Lunam: ⁊ ipſum tranſituȝ in Gallias Cariaram.

Litoreū appellat quo n̄ nauigio ſed terreſtri itinere ibat̃ ꝑ maritimas urbes: licet alię ꝓpiores litori: aliæ remotiores ſint· De Alſio diximus ſuꝑ Catonē & topographiā Plinianā/ Viculus magiſq̄ oppidū fuit· Reparatū olim a cęritanis ꝓximis ueteribus: ſubmutato nōie dicit̃ cęri a reꝑatoribus· Cęre uero antea dicebat̃ Agilla a Pelaſgis cōdita ut Cato: & Plinius & Dioniſius conſentiūt· Hanc Agillinā pulſis Pelaſgis Mezentius ſuperauit: & a uictoria ipſe Agillinus uti Scipio Affricanus dictus eſt: & ipſa urbs ab omine/ ut Strabo in·v·ſcribit/ dicta eſt Cerę· Nunc Cęreueterē dicimus: ad diſtinctionem oppidi ſupradicti Ceri· Pyrgus & Pyrganū ꝑ ypſilon a grecis nomē habuit (Nā Etruſca lingua Carcarin dicebat̃ ideſt oppidū oppidoꝝ) ſed debet ꝓferri ꝑ u latinū & diu purgus & purganum· Vnde & ſanctā Mariam purgani agri ꝓferunt in colle caſtri ueteris/ olim noui· Foꝝ celle uulgo uocāt For celle: Eſt nō lōge a Cin celle oppido ciuita Vecchia eſt Cin celle ut q̄dam uolūt qđ nō ſentio· Nā ut diximus ab amne Mare celliano uſq; ad Minionē: cellēſis ab Etruſcis: pyrgana a grecis quaſi ꝑ interpretatōem dicta fuit: q̄a quod celle Aramei: purgum greci: Latini proprie defenſiuam turrim intelligunt· Omnes igitur huius regionis uiculi/ & incolę uocabantur cellēſes/ & pyrgi ueteres/ a mare celliano amne/ ad Minionem quos incluſit Virgilius in·x·Eneidos dicens· Qui cęritis domo: qui ſunt Minionis in aruis· Et pyrgi ueteres: intempeſteq; Grauiſcę· Sunt autem Grauiſce Latine/ ſed Nuetum Etruſcę: ut patet in inſcriptione Etruſca cor Nuetana: & nos probauimus queſtione Annia·xxiii·&·xxxvii·& in fragmentis catonis·xi·&·xiiii· Nuetum enim Etruſci/ ſed Nubetum & Grauiſcum dicūt Latini· porro a corno inſigni eorum Arbore/ cor Nuetum dictum eſt: ſicut Luna: peruſia: Sutrium: Nepe: pheſcennium· Vetulonia· & eiuſcemodi: uti demonſtrauimus in ſupradictis queſtionibus· Coſe ſupra tumuloſam partem maris cui iminet portus Herculis/ ut Strabo in v·ē autor/ olim deletę a Gothis: poſt a Deſiderio rege reſtitutę/ a Germāis ducib' eis p̄poſitis/ Aſidonię dicunt᷑/ideſt a Sidoniis reſtitutę ac regnatę· Nā tam Lomgbardi quibus imperabat Deſiderius q̄ Sidones ſunt Germani: ut patet ꝑcurrenti Germanię chorographiā in Ptolomeo/ ubi Longbardos deſcribit a Rheno fluuio ſub Sicābris uſqꝫ ad Trophea Druſi & ſequentē fluuiū Albim·Sidones uero e regiōe ultra Albim fluuiū/ſunt iuxta fluuiū Viſtulā:quē nūc Viſclā uocāt·Nūc Sidones dicunt᷑ Poloni/& Sidonia Polonia eſt·Cui multa ſunt argumento·Primū qa ciuitatē eoꝝ metropolim Cracouiam interfluit amnis Viſtula·Et Sidones ibi ſunt·Rurſus Loobibuti populi olim dicebant᷑/a quo Boemi Looch uocāt Polonos·Et Loocibuti ſūt iuxta Sidones·Coſę itaqꝫ Aſſidonię a repatoribꝰ dictę/ſub Carolo magno iterato a Saracenis obrutę iacēt·De Volaterris:Piſa:Luna:ſatis explicatū eſt ſuꝑ fragmēta Catonis/& Topographiam Plinianā· Cariara nomē eſt Etruſcū/a car & iara/quę duo urbē & lunā ſignificāt/teſte diuo Hieronymo de interp̄tatiōibꝰ nominū· Hinc Cariarā urbē Lunę & regionē Lunę ſignificat·Et uulgus corrupte Carrarā ꝓnūciat unde a Thuſcia tranſit᷑ in Galliā Ciſalpinā nūc Lōgbardiā a uictoribus Lomgbardis·Sequitur Antoninus de tertio itinere ſic dicens·

Aurelianū qđ ⁊ claudianū: fertur ꝑ ipſaꝫ Aureliā. Thermas ſtygianas. Foꝛū nouē pagoꝛuꝫ Claudii. Tarqnias. Saturniā. Volcen. Tūniatē mōtē. Roſellas. Roſetum. Turſenā ⁊ tranſitum Apuam.

Vbi ſit Aurelia uicus aut oppidū poſt urbē Romā/nō dum cōpertū habeo· Thermę Stygianę nomē retinēt/& a lacu uicino Sabatino nūc Barcēni/ dicebant᷑ ēt balnea Sabatina:ut patet in uita Protogenis Martyris· Et eadē a Cęre ueteri uicino/Cęritana balnea uocauit Strabo in·v· comparans eas Thermas/Etruſcis Gais dicēs· Vbi Etruria maxime Romę appropinquat habūdat aqs calidis/ & nō minus q̄ Gaię:quę nobilitate ſui p̄cellunt alias· Sed quidā ridiculi amoto·g·poſuerūt·b·& dixerūt Baię pro Gaię· Et ſimiliter ſuꝑ Elegia Tibulli de Lymphis Thermiſqꝫ etruſcis/ubi ait:Nos tenet Etruſcis manatqꝫ montibꝰ unda/poſuerūt Baiarū ꝓ Gaiarū·Ita hii dū Topographiā neſciunt/& antiquitates negligūt:utiqꝫ etiā ipſos auctores corrūpunt: ut oſtēdimus in Annia qōne·xxi· Ridiculoſius etiā expoſuerūt quidā illā Elegiam: cū Baię neqꝫ a montibꝰ Etruſcis fluant:neqꝫ Lymphę Tuſcę dici poſſint:neqꝫ a condita Italia unq̄ illa regio Baia/fuerit ab Etruſcis uel poſſeſſa:uel regnata:uł habitata: quā̄q̄ Capua fuerit Etruſcoꝝ oppidū/ut nō ſolum docuimus ſed etiā demōſtrauimꝰ:in fine comētarioꝝ Sempronii: & aliis locis·Forū uero nouē pagoꝝ Claudii/a quo iter claudianū dicit᷑:etiā mēorat Pliniꝰ in·iii·naturał hiſtorię:ca·vi· Et ꝑ hoc iter fugit ab urbe Roma ſanctꝰ Flauianꝰ martyr in arcē Iti quę & mons Phyſconꝰ dicit᷑: ut expoſuimꝰ in·xvi·fragmēto Catōis:& in uita eiuſdē ſci Flauiani corrupte mons Fiaſconꝰ & arx Ici ſcribit᷑· Vt aūt dicit᷑ i uita ſci Protogenis martyris:ductꝰ ad Thermas ſtygianas ide ad forū Claudii qđ diſtat ab urbe Roma·xxviii·miliario:ꝓ xp̄o decapitatꝰ fuit· Eſt igit᷑ Tulpha noua iclyta p̄fectis Romanis uſqꝫ ad tp̄a nr̄a:quę deſtructa a Sara cenis nomē Claudiū ꝑdidit:& a repatoribꝰ uicinis Tulſanis ueteribꝰ nomē deſūpſit ſicut diximꝰ de Alſio:& de Coſis·Ab hac Tulſa noua/ olim foro claudii:recta uia eſt in Tarquinias/& a Tarquiniis in urbē dirutā Volce/quā Voce uulgus noīat:iuxta quā eſt mōs Volcētarius uulgo argētarius: de qua ſermo habitꝰ eſt in·iii·fragmēto Catonis:ubi·xii·primę urbes a Iano primū poſt Turrenas editę expoſitę fuerūt:inter quas Roſelle una eſt·Nomē adhuc ſed deletū oppidū retinet: a quo Ruſellanꝰ ager in Liuio:& in eo Ruſellanę thermę:nūc ſancti Philippi· De mōte Tūniate ac iugis eiꝰ:quę Rodacoſani & ſanctę Florę dicunt᷑:diximꝰ in fragmēto·xvi·Catonis· Roſetū exiſtimo eſſe qđ nūc addita·g·dicimꝰ Groſetū·Eſt enī in uſu tā grāmaticę q̄ uulgi eiuſmodi p̄poſitio cōſonantis· Nā quę grāmatice dicimꝰ Eliā:Eſt·ī:Annā:Annū:Aractū:Arcennū:uulgus ꝓfert Veliā:Veſtā:Nannā:Nannū:Baractū:Barcēnū Eſt aūt Aractus portus iuxta phaliſcas & Plobinū· Luca urbs inclyta uiris:& opulenta mercatoribꝰ:& illuſtris religiōe & lr̄is/& olim militia:ut auctor ē Strabo ī·v· cōdita fuit a Lucumōe Lukio/qui·xlv·Larthes Etrurię a Iano extitit: & ob frequētes ſaltatiōes in ſacris teſte Feſtò inſanus habebat᷑/uti olim Dauid ob eaſdē/ab uxore inſanus eſt habitꝰ:uti oſtendimꝰ qõne Annia·xiii·Iuxta Lucā eſt locus cōditoris nomē retinēs·Dicit᷑ enī Lukiū·Oppidū uero Turſena poſt montē Catinū/qđ Lucenſes corrupta prima lr̄a uocāt Curſenā:nomē retinet: & p̄clarū Myrſili atq; Dioniſii Halicarnaſſei eſt argumentū/Turrenos fuiſſe & Turrenas urbes ante Turrhenū Meonē:& ab eo nullo modo dici Thuſcię urbes Turrenas/ſed a Turſibꝰ Turſenas·Nō enī inqt Myrſilus Thuſci ꝓferunt Etruriā:Turrenā/& Volturrenā/ſed ſuā metropolim a Turſibꝰ dicūt Eturſiā:Turſenā & Volturſenā:ideſt extructis turritis edibꝰ urbē:ut copioſiſſime ſuꝑ Myrſilū expoſuimꝰ/& qõne Annia·xvii·ꝓbauimus· Eſt aūt hec Turſena in edito/& more antiquo paruū oppidū· Nō enī mos fuit antiquis cōdere urbes magnas/ſed ut auctor eſt Dioniſius in primo libro locis munitis ꝑuas & crebras· Vñ cernimꝰ ꝓbata fide/ꝗ antiquiſſimę urbes Thuſcię ſunt paruę/ magnę uero ſunt nouę cōditę uel adauctę· Differebāt enī urbes antiquitꝰ nō multa magnitudine/ ſed multitudīe partiū eiuſdē: ꝗ alię erāt monopoles:alię dipoles:alię tripoles:regię uero ſemꝑ tetrapoles:ut Samotracia:Arbea Phenicū:Babillonia:Nynus:Ieroſolima:Siracuſę:Etruria: uti ample ſcripſimus in comētariis Xenophōtis· Vltimū oppidū huiꝰ itineris eſt tranſitꝰ in Gallias oppidū Apuanū·Eſt aūt Apua/ a qua ꝑs in Thuſcia dicūt᷑ Apuani Lygures/ut in comentariis Catonis & Sēpronii dictū fuit·Nūc pont Remoli dicit᷑·Hactenꝰ de itinere tertio:nūc de q̄rto ita dicit·

Caſſiano itinere itur ꝑ Politorū Arcenū: Minionem: Forum Caſſii: Arūtes camillarios: Tudernū: Varentanū: Vmbronē montē: Senaꝫ coloniam: Phocenſes: Lucam: ⁊ Caferonianū tranſitum in Gallias.

Luca ergo habet duos tranſitus: alterum Apuam ut ſupra:alterū Caferonianū/ ideſt poſterius Feronianū dictum a Luco Feronię quod Ptolomeꝰ notat:& rex Deſiderius uertit in petram ſanctā/ contra gentilē deā· Omnia montana inter petrā ſanctā & ipſam Lucam nomen retinēt corruptū

Carſenianam pro Caſeronianam• Politorum duplex/ & hoc in principio Thuſciæ uia Caſſiana:& alterum in Campania cuius meminit Liuius•Arcennā deleuerunt Romani principes/ Veientum in limite olim illis & Cęritanis cōmuni : uti Liuius in fine quarti libri ab urbe condita inſinuat• Poſtea reparatū oppidum addita•b• Barcennū dixerunt/ut in precedente itinere diximus• Nunc corrupte Braccianum dicunt:quod uel Barcennū uel Barceanū a poſteriori nomine/ aut Brigianū a priſco loci conditore dicere deberent ſaltem grāmatice/ſi non uernacula lingua•Minio fuit iter Eneę ad Lucumones: ut Virgilius ſcribit•x•libro Eneidos• Forum Caſſii a ſtratore uię domo Caſſiana dicitur:& utriuſqꝫ nominis argumentum habet• Nam & ſanctam Mariam fori Caſſii/uulgo For Caſſi dicimus/& oppidum Vetrallam id/ eſt ueterum aulam nominamus•Quare Eneas ab Euandro uenit in fanum Voltũrnę lucumqꝫ ingentem ad Lucumones/per Cęritis amnē Minionem ut ait Virgilius & per Vetrallas & Arūtes Camillarios & Tudernum/quia hec eſt uia Caſſiana• Ad hanc etatem a Camillariis deletis ad Tudernum/ & a Vetralla in Camillarios iter ſtratum Caſſianum lapidibus miris/& ſi interruptum multis in locis cernimus•De Aruntis Camillariis diximus in•xvi•Catonis fragmento: & de Tuderno queſtione xxx•Annia• Varentanū nomen retinet/circa lacum Volſinienſem:& ſpectat ad domum Pharnaciam: uulgo Pharneſiam• Vmbronem in mōte exiſtimo eſſe Sanctū Quiricū/ad cuius radices oritur Vmbro fluuius•De Sena/fragmento Catonis•xvi• diximus•Similiter ſuperius itinere tertio: & Catonis fragmēto•xvi•expoſitum fuit de Luca & Phocekiis uulgo dictis•Nunc de quinto itinere ſic habet Antoninus•

Thyberinū quod ⁊ Cyminiuꝫ iter:fertur Gallera:Lartheniano ſiue Veiēte:Roſulo:Sutrio Lacu Elbii: et iugis Cyminiis: Fano Volturne: cuiꝰ claris geſtis inuidit Liuiꝰ. Saleumbrone uolturne:Larthe amni:Volſinis:Cluſio ueteri olim Comerſolo: Cluſio nouo a quo nunc dictus Cluſentinus trāſitus Hanibalis:⁊ Pheſule tranſitus.

Cyminium iter quod nunc plubicum eſt ab urbe Roma per Cyminia iuga & Fanum Volturnæ nunc Viterbum / idcirco dicitur Thyberinum/nō quia per Thyberim eatur: ſed quia ē mediterranea lucina Thyberi• Vnde maritima regio etiam Claudiana dicitur/ nō quia nauigio eatur/ ſed quia eſt in maritima regiōe mari uicina•Gallera eſt nomen originis Arameę & Etruſcę dicta a ueteribus Gallis ideſt inundatis Vñ ut ait Xenophon/ ratem quę undas ſecat uocant Babillonici Galleram: Et Etruſci Galeam ut ibi expoſuimus•Larthenianū & Veiens eſſe idem oſtendimus•xv•fragmento Catonis:& ibidē diximus de Sutrio• Roſulo mōti manet nomē• Lacus Elbii & Cyminiꝰ ibi/ubi & uicus Elbii•Mons Cyminius & ab eo iuga cyminia notu ſunt in tranſitu publico unde contemplatus eſt· Q ·Fabius opulenta arua Etruriæ: ut ſcribit Liuiꝰ in nono ab urbe condita· Fanũ Volturnę adhuc quatuor litteris ſacris inſcriptis in monetis uetuſtiſſimis/ & loco manẽtibus/ atqꝫ in ore uulgi frequẽtatiſſimis/ dicimꝰ F·A·V·L· Volturnę· Quid autem ſibi uelit quod ait: cuius preclaris geſtis inuidit Liuius: equidem alii alia exiſtimant· Dicam & ipſe opinionẽ meã· Suetonius tranquillus in uita Cai Calligulę ſcribit/ paululũ abfuiſſe quin ab omnibus bibliothecis ſtatuas & ſcripta Liuii deleret ꝙ illum uti uerboſum & negligentem in hiſtoria carpebat· Eſt autem negligens is qui ſupprimit quę referenda ſunt: & uerboſus qui abſqꝫ probatione contradicit afferenti rationes & auctores· Et his duobus peccauit Liuius in multis ut patet· Sed ex multis quo ad fanum Volturnę hec exempla ſint· Celius Thuſcus Larthes fani/ iuuit Romulũ implorantẽ ab eo auxiliũ contra Ceninenſes Cruſtuminos & Latinos & retulit triumphũ: Et id idem fecit contra Sabinos Galeritus Lucumo· Et ob id ipſe primus poſuit p̄toria Romę/ & diuiſa Roma in tres tribus impoſuit nomina: & tertiã partem dedit Thuſcis: ut clare tradũt Propertius in Elegia ad Vertũnũ/ & altera paululũ precedẽte: & Varro in primo de lingua latina: & Fabius pictor de origine urbis Romę: & Dioniſius Halicarnaſſeus in ſecũdo libro: & Mithici ſub fabula Iani eiaculantis aquas ſulphureas in Sabinos· ut Macrobiꝰ in prĩo Saturnaliũ/ & Ouidiꝰ in prĩo de Faſtis indicãt· At liuidus fuit Liuius/ ut hic notat Antoninus: qui ut funditus extingueret Thuſcoꝝ ſplendorem & triumphos obnubilaret ab eis partos non a Romulo geſtos/ omnino etiã ſcribere unum uerbum neglexit· Quod profecto inuidiſſimi hominis eſt officium/ & negligẽtis ueritatẽ in hiſtoria· Similiter fuit uerboſus: quia abſqꝫ certo auctore & ꝓbatione dicit contra Varronẽ/ ꝙ Lucerũ nomen eſt incertę originis· Fabius enim pictor antiquior eo oſtendit ab hiſtoria eſſe Etruſcę originis atqꝫ certiſſimę· Rurſus Liuio antiquior & doctior Varro in primo de lingua latina dicit eſſe certę originis a Lucumone Luceres dictos: idqꝫ probat uetuſtiſſimis auctoribꝰ Iunio & Tolũnio Thuſcarũ tragediarũ ſcriptore: & item inexpugnabili argumento/ ꝙ Luceres eſt deriuatio Etruſca a Lucumone/ & nõ latina a Luco Aſili: ut Pedianus & Plutarchus in uita Romuli turpiter in grãmatica latina aberrantes dicunt: quia Lucus latine a luceo uerbo ꝑ antifraſim deriuatur/ & a Luco Lucii & Locani latina deriuatio eſt/ & nõ Luceres/ ut linguę latinę peritiſſimus Varro oſtendit· Nõ eſt igitur mirum ſi Cęſar excanduit ira cõtra ſcripta Liuii negligentia & ſupprimẽtia quę clariſſima erãt: & eum appellauit iure uerboſum/ qui contra Varronem afferentẽ teſtes antiquiſſimos/ & inuincibilem rationẽ/ uerboſa ſolum & anili loquacitate dixit Lucerum nomen eſt incertę originis· Et ideo ut utamur regula beati Hieronymi: Eadem facilitate Liuius & oẽs alii ſimiles cõtempnuntᷣ: qua ſine ratione ac certo auctore contra doctiores ſola uerboſitate uſi proferunt· Cũ uero conſtet Liuium nõ ignoraſſe quę Varro & Fabius pictor & alii referunt: cõſtat equidẽ illũ nõ ignoratiõe ſcientię ſed malignitate naturę in hiſtoria neglexiſſe dicenda: & uerboſe dixiſſe ſubticenda· Et ob id uti Caius ita & Antoninꝰ Cęſar eũ arguit iuidię dicẽs· Volturnę p̄claris geſtis iuidit Liuiꝰ· Salevmbrona interp̄tatᷣ natiuitas & egreſſio Vmbroꝝ/ qa Galli ueteres ibi genuerũt Vmbros: ut demõſtrauimꝰ in ·ii· fragmẽto catõis: & ·iii· comẽto Sẽpronii• Amnẽ Larthem e Volſiniẽſi lacu effluentẽ: mutata prima littera Marthẽ uulgus dicit/ uti Marthenianũ pro Lartheniano: & huius amnis partem uocat uulgus Cadutã Saleυmbrone• Volſinę urbs una ex•xii•primis Iani eſt: ut oſtendimꝰ in•iii•fragmento Catonis• Cluſium uetus dictũ antea Comerſolũ a duce: oſtendimus ſuper•xvi•fragmento Catonis: & ſuꝑ•iii•de Feſulis ꝙ fuit una ex primis•xii•Iani• Cluſentinũ ab oppido Cluſio nouo dictum: corrupte uulgus dicit Caſentinũ• Plinius quoqꝫ in•iii•naturalis hiſtorię• Cluſinos nouos & Cluſinos ueteres enumerat• Concludit autem Antoninus ꝙ iter Cyminiũ ſiue Thyberinus duos introitus habet in Galliam Ciſalpinã: Cluſentinũ & Pheſulanũ• De ultimo autẽ Itinere: ſic ſequitur (Antoninus•

Flaminiũ habet caſtrum nouũ Ocream: ⁊ Ocriculũ: Narniam olim Nequinã: Tuder: Hiſpellum• Aut a caſtro nouo Spoletum: Camerinũ: Vrbinuꝫ: Piſaurum: Ariminum•

Caſtra noua multa inueniuntur In itinere enim maritimo caſtrũ nouum eſt: ut ſupra oſtendimus & ĩ mediterraneo Flaminio nũc aliud caſtrũ nouũ eſt: & nomen retinet/ & eſt circa finem Sabinorum & principiũ Latii• Ocream eximiã Sabinorũ urbem uicinã thyberi/ & Galleſio Thuſciæ: demonſtrant illius ruinę & gẽmę ſepe effoſſę• Ocriculum habitat᷑ iuxta eam: & ab ea nomen retinet• Narnia a Nare amni eius/ cognomen habet• Nam propriũ illi nomen eſt Nequina: ut hoc loci Antoninus & Plinius in•iii•naturalis hiſtorię aſſerũt Tuder eſt in Veilumbris• Quare argumentũ eſt a Veis Etruſcis Tudernis ortos: de quibus Plinius in•xiiii•naturalis hiſtoriæ loquit᷑: & nos in•viii•fragmẽto Catonis expoſuimus• Hiſpellum nomen retinet: & ab eo tranſit᷑ Apeninus ad Galliã• Aut alio tramite ut ait ab eodẽ caſtro nouo ad Spoletũ• Eſt aũt Spoletũ metropolis Veilũbroꝝ antiqſſima/ uti & Camerinũ a Cameſe conditũ/ ſicut ſupra Semproniũ expoſuimus• De Arimino quę illi fuerit origo: ſupra•vii•Catonis fragmentũ expoſuimꝰ Qm̃ igitur Veilumbrorum etate nõ erat latina uel Greca lingua: conſequens eſt ut Spoletum nõ dicat᷑ ab expoliendo aut ſpoliando uocabulis latinis: ſed ab Arameis & Etruſcis uocabulis Polo duce: aut Spolo aue cuius auſpicio cõdita fuit/ ſicut a Capi Falcone Capua•

Expliciunt comentaria ſuꝑ Itinerariũ Antonini•

Fratris Ioannis Annii Viterbenſis ordinis predicatorum & Theologię profeſſoris: ſuper Beroſum Prefatio incipit.

b EROSVS fuit patria Babillonicus/ & dignitate Caldeus: ut Ioſephus contra Appionem grāmaticum/ & in primo de Antiquitate Iudaica ſignificat. Fuit ergo ſacerdos: quia eundem gradum in ſua re publica tenent Caldei: quem ſacerdotes in egypto: ut aſſerit in.iii.libro Diodorus Siculus. Quare fuit notarius & ſcriba publicus: quia penes ſacerdotes ſolos erat publica fides annaliū/ tēpoꝝ/ geſtorum & regum: ut auctor eſt Metaſthenes in libro de iudiciis tempoꝝ. Quā ob rem omnē Caldaicam deflorauit hiſtoriā & tanq̄ publicę fidei notarius tranſumpſit oīa tempora & antiquitates/ in quibus diluuii primi quod anteceſſit Nynum meminit nominās etiam Noam & filios eius: ut in eiſdem libris aſſerit Ioſephus. Et ꝓpterea tanq̄ fideliſſimo & publico antiquitatū tranſſumptori fides publica datᷣ: & ipſum ſolum ſequuti ſunt Perſę in Monarchiæ Aſſyrioꝝ temporibꝰ: ut idem Metaſthenes auctor eſt: & nos in comentariis ſuper eundem Metaſthenem expoſuimus. Floruit autem Beroſus ante Monarchiam magni Alexandri: quia idem Metaſthenes ſacerdos Perſa florens in principio Monarchię Alexandri ipſum ſequutus eſt in tēporibus Monarchię Aſſyriorū. Calluit item Beroſus Grecam linguam/ & docuit Athenis diſciplinas Caldeas precipue Aſtronomiā in qua ceteros anteibāt Caldei: adeo ut teſte Plinio in naturali hiſtoria/ Athenienſes illi ſtatuam inaurata lingua/ in publico Gygnaſio ponerent: ob diuinas eius predictiones. Cauſa ſcribendi & tranſumendi has caldaicas traditiones fuit: quia Greci ſolum uſqꝫ ad Phoroneum Priſcū regem Grecię attigerant/ & quidem cōmixtis multis antiquitatum erroribus: Et inuentis litteris apud Babilloniam ante hunc Phoroneum annis ſeptincentis & amplius/ teſte Plinio in.vii.naturalis hiſtorie ca.ultimo: cogebantur Athenienſes credere/ uti ibi credit Plinius uſum litterarum fuiſſe eternum/ Et litteras Aſſyrias ſemper fuiſſe. Quā ob rem ab eodem Beroſo edocti ſunt in hac tranſumptione breuiſſima: quid de temporibus & antiquitatibus haberēt Caldei: penes quos ſemper fuiſſet uſus litterarū. Diuidit autem hūc librum Beroſus in quinqꝫ libros. In primo tradit/ quid Caldei ſcribant: de temporibus ante primum diluuium. In ſecundo de Genealogiis primorum deorum ideſt ducum poſt diluuium. In tertio docet antiquitatem Iani patris: quem & Noam nominat. In quarto: de antiquitatibus regnorum totius orbis in cōmuni tradit. In quinto: ſingula explicat. Titulus huic libro eſt: Defloratio Beroſi Caldaica. Modus eſt orientalium/ ut breuem & publica fide tranſumptam narrationem: uocent deflorationem. Vnde & Ioſephus in primo de antiquitate Iudaica ſcribens: Beroſus inquit Caldeus: omnem Caldaicam deflorauit hiſtoriam: in quā ut contra Appionem aſſerit nominat diluuium: Archam Noam: & filios eius.

Explicit prefatio.

Eiuſdem fratris Ioannis ſuꝑ primū librū eiuſdem Beroſi prohemium incipit.

b EROSVS in primo libro tradit/ quid anteceſſerit primū diluuiū. Nam quinqꝫ fuerunt diluuia: ut auctor eſt Xenophon in libro de Equiuocis. Et unūquodqꝫ a particulari ſuo loco nomen habet/ excepto primo notato ſub Ogyge Phenice/quod antonomaſice inundatio terraꝝ dicitur/quia omnes terras diluit·Secundũ fuit Nyliacum ſub Prometheo egyptio:& egyptio Hercule: ut Diodorus in primo libro indicat· Tertiũ fuit Acticum ſub Ogyge Actico/quod ab Athenis in Aſię litora inundauit: ut Samotraces tradunt: & Diodorus in·vi·libro ſcribit:referens & illud Samotracũ infame mendaciũ de nuptiis Cadmi/poſt quas uoluerũt fingere fuiſſe conditã Dardaniam· Quartum fuit Theſſalicum/ſolum circa Parnaſum una hyeme ſub Deucalione: ut Ariſtotiles in·i·Metheororũ ſcribit:& Xenophon in libro de Equiuocis confirmat· Et tamen Grecia mendax audet eam in hiſtoria quaſi inundationẽ terrarũ fingere·Quintum fuit Pharonicũ/ubi nunc Alexandria Egypti ſub uate Protheo:ut Lucanus in ultimo libro inſinuat/&Xenophon tradit/& nos in comentariis eius ad longum explanauimus· Et ut idem Xenophon ait/& Solinus in collectaneis dicit:a primo diluuio nouimeſtri notato ſub Ogyge Phenice/uſqꝫ ad Deucalionem:fuerunt anni ſeptincenti:ideſt ducenti quadraginta nouem ante Nynum: licet Cato in ſecũdo fragmento originũ dicat/ ante Nynum preceſſiſſe inundationẽ terrarum annis ferme ducentis quinquaginta·Et totidem Fabius pictor dicit de origine urbis Romę· Sed unũ annũ addũt:ueriuſqꝫ Solinus:Xenophon:& Archilocus tradunt:quia ut idem xenophon & Archilocus tradunt:Deucalion ortus fuit ſecũdo anno Spheri regis Aſſyriorũ:a quo retro supputando in Euſebio & Beroſo uſqꝫ ad principiũ Nyni: ſunt anni unus & quinquaginta ſupra quatrincentos· Quare reſiduũ ſeptincentoꝝ/erunt anni nouem & quadraginta ſupra ducentos quibus Nynum anteceſſit inundatio terraꝝ·Ex his ꝓbat᷑ irreuincibiliter a tẽpore demonſtrato a Solino & propriis Epithetis Iani/ eundem fuiſſe Ogygem/Ianũ &Noam·Nam qui prefuit primo diluuio ante Deucalionem annis ſeptincentis/& pater antiquiſſimus deorũ & hominũ poſt diluuiũ/fuit nomine proprio dictus Noa· Porro ante Deucalionẽ annis ſeptincentis prefuit diluuio Ogyges cognomine/quia ſub eo notatũ fuit primũ & nouimeſtre diluuiũ:& id idẽ Iano Epitheta propria Noę a latinis tribuunt᷑:ut a Iuuenali & Propertio tribuitur ſibi regnũ aurea etate quę p̄ceſſit Nynũ : & ꝙ ſit antiquiſſimus pater diuũ/ ut in precedẽtibus pluries ꝓduximus· Quare iidem & eodem tẽpore ſunt Noa/Ogyges & Ianus· Sed Noa fuit proprium: Ogyges uero Ianus & Protheus ideſt Vertũnus ſunt ſolum pronomina eius· Ponam tamen hoc loco ſinguloꝝ dicta: de tẽporibus ante Nynũ·Fabius pictor de origine urbis Romę· Aurea inq̄t etas cepit ſub Ogyge ante Nynũ annis circiter ducẽtis quinquaginta: & eam primus omniũ Nynus uiciauit· Cato in ſcđo fragmento de originibus/ Italiæ inquit origo ſplendidiſſima fuit:tum tẽpore:tũ origine gentis· Et narrata diſſenſione inter Caldeos & Scythas de origine orbis:hec ſubinfert· Inter utroſqꝫ cõuenit ante Nynũ circiter ãnis quinquaginta & ducentis/ quibus durauit aureũ ſeculũ/ terras fuiſſe inundatas:homines porro in Scythia ſaluatos: & ex his ueniſſe Ianũ cum Dyrim & Gallis progenitoribus Vmbroꝝ·Hii quidem ex latinis auctoribus·Porro ex Grecis Xenophon in libro de Equiuocis:Iberis inquit annus ut plurimũ quatrimeſtris eſt:Caldeis uero econtra ſemꝑ ſolaris/niſi in antiquitate diſciplinarũ qua ſemꝑ utunt᷑ menſtruo·In ceteris eo pacto annos intelligũt:quo Semiramis in colũna ita excidit·Mihi pater

Iuppiter Belus:auus Saturnus Babillonicus:proauus Cur Saturnus ethiops:Abauus Saturnus egyptius: Attauus:Celus/Phenix/Ogyges·Ab Ogyge ad meũ auũ/ ſol orbem ſuũ circũluſtrauit ſemel/ac trigeties & centies· Ab auo ad patrẽ:ſexies & quinquageties·A patre ad me:bis atq; ſexagies·Columnã:templũ:ſtatuas/Ioui Belo ſocero/& eius matri Rheę in hoc Olympo:Semiramis dicaui·Ex hac inſcriptiõe p̄dicti anni ducenti quadraginta nouem colligunt᷑· Totidẽ aſſignat Archilocus in Epitheto tẽporũ ſuꝑ quem comentaria cõfecimus·Sed nõ modo ducentos quadraginta nouem annos ante Nynũ aſſequuti ſunt poſteriores Greci:uerum etiã ſeptincentos & amplius·Qđ & Plinius in·vii·naturalis hiſtorię ca·ultimo indicat· Hãc enim ꝓpoſitionẽ aſſumit·Aſſyrias lr̃as ſemꝑ fuiſſe arbitror· Hanc aũt probat/quia litterę Egyptię quę antiquiſſimę habent᷑:longe poſt Aſſyrias fuerũt:nec Aſſyriarũ inuenit᷑ principiũ/& auctor ſicut Egyptiaꝝ·Hoc probat a Phoroneo antiquiſſimo rege Grecię:qui teſte Xenophonte in libro de Equiuocis regnauit primo anno Nyni:longe ante Phoroneũ iuniorem filiũ Inachi ſecundũ Argiuoꝝ regem·Ponenda ſunt uerba Plinii in ſupradicto libro· Antichydes inquit repertas fuiſſe in egypto litteras a Menone quondã nomine tradit/idq; monumẽtis ꝓbat:ãnis·xv·ante Phoroneũ antiquiſſimũ regem Grecię·E diuerſo Epigenes apud Babilloniã ſeptincentorũ uiginti annoꝝ/ſiderũ obſeruationes/coctilibus laterculis inſcriptas docet/ grauis auctor in primis· Qui minimũ: Beroſus & Critodemus octoginta & quatrincentoꝝ annoꝝ·Ex quo patet:eternum fuiſſe uſum litterarũ·Hec Plinius·Sed nota ꝙ nõ ualet hec cõſequentia Plinii·Nõ inuenit᷑ auctor & principiũ litterarũ phenicarũ/ſiue Aſſyriaꝝ:ergo ſunt eternę:quia oppoſitũ cõſequentis ſtat cũ antecedente Similiter abſumptum eſt falſum/ꝙ nõ inueniat᷑ principiũ: quia teſte Diodoro Siculo in·iii·libro licet Caldei opinent᷑ mundũ fuiſſe eternũ:tamen principiũ aſtronomię & litterarum ſe nactos fuiſſe aſſerunt/ante aſcenſionem ſiue monarchiam & eleuationem Alexandri/annis quadraginta tribus milibus·teſte autem Xenophõte in libro de Equiuocis:annus in antiquitate litteraꝝ/ a Caldeis menſtruus accipitur per lineam medii motus lunaris:quo pacto quadraginta tria milia anni menſtrui/reddunt circiter tria milia ſexcentos trigintaquatuor annos ſolares·Qđ ſi ut ſupra Philonem expoſuimus/& in chronographia noſtra/ ex publica fide annaliũ ꝓbabimus:monarchia Perſaꝝ durauit a primo Arbace ad Alexandrũ annis·cccc·xcv·monarchia uero Aſſyrioꝝ durauit a Nyno ad dictũ Arbacem:annis· M·cc·xxxiiii·a Nyno uero ad inundatiõem terraꝝ antecedentẽ : omnes ſupputãt annos· cc·xlix· & ab inundatiõe ad Adam primũ conditũ hominem·M·dc·lvi·ut Moiſes ſupputat Geneſis·v·ca·cõſequens neceſſario eſt:ut Caldeoꝝ & Phenicũ litterę ſub conditiõe Adę ceperint:qa ab Monarchia Alexandri uſq; ad Adam colligunt᷑ quadraginta tria milia anni mẽſtrui:ſiue tria milia ſexcenti trigintaquatuor ſolares:ut patet colligenti annos publicoꝝ annaliũ Monarchię Perſicę & Aſſyrię/atq; diluuii & precedẽtis tp̄is:ſicut mox ſuꝑius cõputauimus·Quare ꝑ lr̃as gentiliũ tp̄a certiſſima aſſequuti ſumus/ab Alexandro uſq; ad Adam·Qđ etiã diuũ Ieronimũ nõ latuit in comentario ſuꝑ illud apoſtoli ad Hebreos:Fide credimus aptata fuiſſe ſecula: ut ex inuiſibilibus uiſibilia fierent·Caldeoꝝ inqt ueteꝝ traditio eſt/ huius uiſibilis

& formati mundi/fuiſſe inuiſibilem & informem preiacentem naturā ſempiternā a nullo ꝓductā:quā poſteriores Greci Ilem/chaoſqꝫ uocauerūt/Moiſes uero abiſſum Hanc materiā ad uiſibilitatem & formā fuiſſe a meliore natura deductā confitent᷑ atqꝫ uti Moiſes primo ſceptro ſtellis ornari celos:ex temꝑe non ab eterno ꝓdunt:inde terram plantis/& animātibus/poſtea piſcibus aquas:uolucribus aerem: poſtremo hominem dñm mundi factū· Quę omnia Naſo in oꝑe magno a Caldeis accepta/ad unguem ꝓſequutus eſt· Quin etiam annos & uiros ante regnū Macedonum ſub Alexandro ꝓdunt᷑ a ꝗbus orti ſunt:annis circiter quatuor & triginta ſupra ſexcentos & tria milia· Quos ſi retro ab Alexandro ſupputes:peruenies ad Adam primū· Quod ꝓfecto Moiſes in omni eoꝝ diſciplina atqꝫ hiſtoria eruditus conſcripſit & quod erroris erat/in ipſo inicio eliſit dicens· In principio creauit deus celū & terrā/quę erat inuiſibilis & incōpoſita:quia tenebre erāt ſuꝑ faciem abyſſi· Hec Ieronimus· Itaqꝫ Caldei/tꝑa longe ante Nynum & diluuiū fuiſſe ſcribūt/ uti & Moiſes atqꝫ Critodemus/ Epigenes/ac Plinius· Sed Beroſus ne crederet᷑ nimis uelle limites apud indociles grecos excedere:indefinito tempis initio uſus eſt dicens· Ante aquarum famoſam cladem:multa preterierunt ſecula· Quę ut clariora fiant:comētaria ſequentia/ſuper quinqꝫ Beroſi libros iam edimus·

Explicit prefatio·

Eiuſdem fratis Ioannis Viterbenſis comentaria incipiunt ſuper primum librum Beroſi·comentarium primum·

i N hoc primo libro Beroſus:ut ſupra expoſuimus agit de his quę preceſſerunt inundationem terrarum· Et facit duo· Primo premittit exordiū Secundo narrat inundationem priſcam· Primum ſic abſoluit·

a **Āte aquarū cladeꝫ famoſaꝫ qua uniuerſus periit oꝛbis:multa p̄terierunt ſecula: que a noſtris Caldeis fideliter fuerunt ſeruata·**

Facit Beroſus auditores attentos dociles:& beniuolos· Attentos ꝗdem:dum rem magnā preponit dicēs· Ante aquaꝝ fomoſam cladem qua uniuerſus periit orbis· In aliis enim inundatōibus uidelicet Nyliaca:Actica:Theſſalica & Pharonica:ſola terra illa periit ubi inūdatio obtigit· Vnde Euſebius & alii chronographi & hiſtorici:notāt eo tꝑe quo ꝑs illa periit:alias orbis ꝑtes habuiſſe incolumes ſuos reges & terras· Hæc uero prima oēs terras ſubruit· Et ideo abſolute terraꝝ inundatio a Barbaris & Grecis & Latinis dicit᷑· Vnde & Moiſes hoc notauit cū dixit. Deleta fuit diluuio omnis caro ſub celo· Famoſam uero cladem dicit:ꝗa ab infami uita Gygantū ꝓuocata fuit celeſtiū ira:& a cōiunctiōe magna aſtroꝝ:& magna fama celebrata a Caldeis & Phenicibus & aliis· Reddit item auditores dociles:dum notat ſe dictuꝝ de priſca inundatōne/& pluribus ſeculis & etatibus quę illā anteceſſerūt· Poſtremo reddit beniuolos/dum illis nō grecanicas nugas & fabulas ꝗbus animos hominū errare cōpellunt:ſed tradere ueritatem:quā ſacerdotes Babillonioꝝ publica & fideli/atqꝫ ꝓbata fide/in Archiuis ſimul & publicis bibliothecis cōſeruauerūt:pollicet᷑ quā etiā Moyſes ipſe ſecutus ē:ut Hieronymus in comētario dicit:ſuꝑ illud apl̄i ad Hebreos:Fide credimus aptata formataq; fuiſſe ſecula· Qđ aūt ea differētia fuerit inter priſcos Grecos & Caldeos/ꝙ Greci fabulas nugaſq; & errores ſeminauerūt:Caldei aūt firmā & ſolidā uerāq; doctrinam tribuerūt:teſtis eſt acerrimus Grecanicę ꝑtis alias defenſor Diodorus ſiculus in·iii li·ſic de utriſq; dicēs· Caldei inqt Babillonioꝝ antiqſſimi fuere:q eū locū in ſua republica obtinuerūt:quē ſacerdotes in Egipto·Ad cultū enī dei deputati ꝑ oēm uitā ſuā phāntur/ꝑitiſſimi Aſtrologię habiti·Et paulo poſt· Nō enī queādmodū Greci oīm doctrinā ſuſcipiūt:ſed pueri a patribus ꝓgeniē ſequutis/diſcūt philoſophiam omniū aliaꝝ reꝝ cura poſthabita:doctiſſimiq; euadūt:cū qa a teneris ānis in ea doctrina erudiunt᷑:tū ꝑcipue/qa diutius in illa ꝑſeuerant· Apud Grecos aūt ut plurimū tarde ad philoſophiā accedūt paululūq; in ea morati uertunt᷑ ad queſtū lucri gratia:& neq; de more doctrinā parentū ſequunt᷑:ſed ſua ſponte uariis ſtudiis incūbunt:& lucri gr̄a nouis ſemꝑ opinionibꝰ ſtudētes/deq; maximis diſciplinis altercantes incertos diſcipulos reddūt:animūq; hominū ꝑ oēm uitā errar᷑ cōpellūt:& nulla in eis certa ſnīa dubiū/& in cōfuſo relinquūt·Hec Diodorꝰ:in quibꝰ plura nos edocet·Primū ꝙ Greci nō fuerūt ſequuti doctrinā maioꝝ:ſed nouas opiniōes lucri gr̄a adīuenerūt·Fuerūt aūt maiores Grecoꝝ Barbari/teſte Strabōe in Geographia Grecię:ꝓbatq; illud/qm̄ plura uocabula barbara ſua etate in Grecia ꝑmanebāt· Et qm̄ apud priſcos Barbaros ueritas rerū erat: cōſequēs neceſſario fuit: ut relicta maiorū ꝑquiſita & inuēta ueritate:ſua ſponte in fabulas & nugas inciderēt: quibꝰ hominū aīos a uero ꝑuerterēt·Secundū eſt:qa de rebus maximis ſemꝑ altercant᷑:queſtus & lucri gr̄a· Vn̄ Ioſephus cōtra Appionē grāmaticū/Greci inqt mutuo ſe de mēdacio redarguūt:& nō pudet eos de eiſdē cōtraria ſcribere·Scimꝰ enī quot in locis Hellanicus de genealogiis & tꝑibus ab Agiſilao diſcrepat:& in quātis Herodotū corrigit Agiſilaus:& quomodo Ephorus Hellanicū in pluribꝰ oſtēdit eſſe mēdacē:& Ephorū Thymeus:Thymeū poſteri:Herodotū cuncti·Tertio dicit ꝙ fabulas & errores inuenerūt queſtus gr̄a·Et iō ut mēdacia facilíꝰ ſeminarēt:ſtuduerūt ornatui uerborū·Nihil enī magis ꝓficit ad decipiendū q̄ delectabilis fabula& lenociniū ornatus ut ſignificat de Grecis Lactantiꝰ in primo diuinaꝝ inſtitutionū ca·xv·dicēs·Apud etiā malos reges/ panegiricis mendacibꝰ adulant᷑:qđ malū a Grecis ortū eſt:quorū leuitas inſtructa dicēdi facultate & copia:incredibile eſt/quātas mendacioꝝ nebulas excitauerit· Quartū eſt:ꝙ ubi qs doctrinā eoꝝ ſequit᷑:ſemꝑ aīo fluctuat/ & per oēm uitā errat·Qđ & Cato ad Marcū filiū ſcribēs/ut auctor eſt Pliniꝰ·xxix·naturalis hiſtorię:ca·priō:ita uaticiniū ꝓtulit·Dicā de iſtis Grecis ſuo loco Marce fili:qđ Athenis exquiſitū habeā:& ꝙ bonū ſit illoꝝ lr̄as aſpicere nō ꝑdiſcere·Vincam nequiſſimū & indocile genus eoꝝ·Et hoc puta uatē dixiſſe· Qn̄cūq; iſta gēs lr̄as ſuas dabit:oīa corrumpet· Tūc etiā magis:ſi medicos ſuos huc mittet·Vere impletū eſt uaticiniū Catonis·Nā oīs illa theologia/philoſophia/& naturalis diuinatio/& Magia/quas diſciplinas teſte Beroſo eruditiſſimꝰ Ianus tradit: & in quibꝰ Thuſci/teſte Diodoro Siculo in·vi.li·uſq; ad etatē ſuā erāt admirabiles toti orbi:equidē ſuſceptis fabulis & diſciplina Grecoꝝ corrupta ſunt:adeo ut oīa fabuloſa & erronea Gre/

canica norint:& nihil de origine/diſciplinis/& ſplẽdore antiq̃tatũ Italicaꝝ(qđ turpe & impiũ eſt)neſciãt:ut deplorabat nr̃ Aqnas in Satyra ubi dicit·Quid rãcidius q̃ ꝙ nõ ſe putat ulla formoſam:niſi quę de Tuſca Grecula facta eſt·Et itẽ·Oĩa inq̃t Grecę/cũ ſit turpe magis/nr̃is neſcire Latine·Bonũ eſt inq̃t Cato illoꝝ lr̃as aſpicere ut uenenũ & errores illoꝝ redarguant̃:& nõ ꝑ diſcere atq; cũ eoꝝ leuitate inſoleſcere/cõtra uetuſtiſſimas traditiões maioꝝ:q̃a oĩa corrũpet:qđ etiã Ariſtoteles fecit:uelint nolint Peripatetici:q̃a ut uerbis Diodori utar/cũ aliis ſemꝑ altercãs incertos diſcipulos reddit/& aĩos nr̃os ꝑ oẽm uitã errare cõpellit: ut patet in oĩbus diſſenſionibus Peripateticoꝝ etiã nr̃e etatis:in quoꝝ diſceptatõnibus nulla certa ſnĩa reddita/dubios ſemꝑ & incõfuſo auditores relinquũt·Ergo nõ ſolũ latinas origines & hiſtorias antiquoꝝ:ſed certiſſimas Ianigenas diſciplinas/ & toti orbi admirabiles/corruperũt/ſuſceptę fabulę ac nugaces diſciplinę:ut uere uaticinatus eſt Cato·Et iõ maxime ſibi beniuolos auditores facit in principio Beroſus:dũ nõ a nouiciis eſuriẽtibuſ queſtus gr̃a grecis/q/dũ oĩa norũt nihil intelligũt:ſed a Caldeis & maioribus fideliter cõſeruata:ſe tradituꝝ cõnotat·Et hoc de ꝓhemio·Nũc ad narratiõem accedit:& facit tria·Primo narrat infamẽ uitã hominũ·In ſecunda precognitũ diluuiũ· In tertia:quo pacto genus humanũ ſeruatũ eſt in diluuio·De primo ita dicit·

Scribũt:illis tꝑibꝰ circa Lybanũ fuiſſe Enos urbẽ maximaꝫ gygãtũ: qui uniuerſo orbi dñabant̃:ab occaſu ſolis ad ortum. Hii uaſtitate corꝑis ac robore cõfiſi: inuẽtis armis oẽs opprimebãt:libidiniqꝫ inſeruientes: inuenerũt papiliões ⁊ ĩſtrumẽta muſica ⁊ oẽs delitias. Manducabãt hoĩes ⁊ ꝓcurabãt aborſus:in eduliũqꝫ p̃parabant:⁊ cõmiſcebãt̃ matribꝰ:filiabꝰ:ſororibꝰ:maſculis ⁊ brutis:⁊ nihil erat ſceleris qđ nõ admitterẽt: contẽptores religiõis ⁊ deoꝝ.

Vt in prefatione poſuimus/ & Ieronimus dicit:ꝙ mundus & mũdi formatõ ſit ex tꝑe/& nõ ab eterno:ex fide atq; hiſtoria credimus Veꝝ ꝙ ab Adã primo condito ceperint litterę & diſciplinę infuſæ nõ eẽ ex fide tm̃/ ſed etiã hiſtoria gentiliũ & traditõne Caldeoꝝ q̱ ſe Aſtronomiam & lr̃as habuiſſe ante Alexandri monarchiam tribus milibus & ſexcẽtis annis ac triginta quatuor aſſerũt:ut in p̃fatõne diximus·Epigenes quoq; ſeptincentos annos & amplius ante Nynũ & Phoroneũ inuẽtoſ ait Babilloniæ laterculos Coctiles inſcriptos ꝓ ſideꝝ obſeruatõe Quare iã ante inundatõnem terraꝝ annis paulo minus q̱ncẽtis/ ut ex dictis in ꝓhemio colligit̃: utiq; erant in uſu ars Coctilis: & impreſſoria atq; inſcriptiua:& lr̃e Phenices:& Aſtronomia:& eiuſcemodi·Que ꝑfecto oĩa cõueniũt his/quę Moiſes & diuinę lr̃e tradũt·Nã ut patet Geneſis·v·ca·ſanctus ꝓpheta Enoch natus eſt ante inundatõem terraꝝ anno·xxxiiii·ſupra mille:q̱ teſte Iuda apoſtolo cognõie Tadeo/in ſua canonica:ꝓphetauit de iudicio futuro tã aquaꝝ & diluuii q̄ ultimę cōfragrationis: & ea teſte Ioſepho in primo de antiqtate Iudaica inſcripſit duabus columnis/altera Eręa/altera Latericia· Erāt igit᷑ in uſu litterę/& ars fuſilis & latericia & uaticinia/mille annis & amplius ante inundatiōem terraꝝ· Porro uiuente Adā/& agente annū ſexcenteſimū & uigeſimūſecūdū/natus eſt idem Enoch: ut ſupputat Moiſes Geneſis·v·ca· Quare cōiectura & argumentū firmū eſt/ab ipſo attauo eius primo Adam/eundē Enoch ſuſcepiſſe litteras & diſciplinas: cuius tꝑe fuiſſe litteras & diſciplinas Adę infuſas Theologi aſſerūt: & eodē tꝑe ſe cepiſſe litteras & Aſtronomiā Caldei affirmāt: ut ſupra expoſuimus· Et ideo nō inmerito Moyſes dicit᷑ a Ieronimo ſequutus Caldeos/ab Adam uſqꝫ ad Habraam· Et ut alii exiſtimāt hii Caldei tenuerūt ex hiſtoria Adę: quia Adam ſcripſit primus ex reuelatōe de mūdi atqꝫ ſui creatiōe: & texuit hiſtoriā geſtoꝝ uſqꝫ ad Enoch cui ꝓſequendam reliquit hiſtoriā· Enoch aūt ꝓſequendā reliquit Lamech ꝓphete patri Noę: & Lamech filio eidē Noę: Noa uero reliquit poſt diluuiū Caldeis: a quibus Habraam & reſidui ueritatē/reꝝ geſtaꝝ ſcripſerūt· Vnde cū hiſtoria Caldaica de antiqtatibus q̄ ſimillima eſt Hebreę: ac ꝓpterea Moyſes ꝑ teſte adducit᷑ a Maſea Phenice & Ieronimo Egiptio: ut aſſerit Ioſephus contra Appionē gramaticū: & in primo de antiquitate Iudaica· Nō eſt igit᷑ miꝝ ſi Moyſes & Beroſus conueniunt qui ex eodē fonte hiſtorię cōbiberūt· Itaqꝫ litterā Beroſi exponamus: que primo narrat infamē uitā hōium in cōi: inde in ꝑticulari· In cōi quidē: erant peccata: oppreſſionis/libidinis: & ꝓmiſcuę luxurię· In ꝑticulari uero quo ad oppreſſiones feritatem ſupremū ſcelus addiciebāt ut hōies māducarēt/ & aborſus in eduliū delicioſi epuli ꝓcurarent: ac ſi oua eſſent aborſus: & carnes humanę altilia· Neqꝫ hoc fabula eſt cū etate noſtra in Inſulis Cananeiis quaꝝ quaſdā nūc ſubegit glorioſus rex hiſpanię Ferdinandus: homines captos caſtrent/& in greges more pecudū ad cōuiuia ſeruent· Ptolomeus quoqꝫ in Geographia/etate ſua Ethiopes & alios Anthropofagos ideſt hominū comeſtores annotat· Plinius ī·v·naturalis hiſtorie ca·vii·aſſerit Scythas eſſe/qui humanis corꝑibus ueſcunt᷑· Et ſubdit· Incredibile quidē uideret᷑/niſi cogitemus in medio terraꝝ Sicilia & Italia fuiſſe huiuſcemodi monſtri gentes Ciclopas & Leſtrigones/& nuprime tranſalpes hominē immolari ſolitū: quod paulū a mandēdo abeſt· Hoc ſcelus ultū ꝑ diluuiū/mox ꝓhibitū fuit: a Deo dicente: Carnem cū ſanguīe nō comedetis· Et ut intelligas de carne humana dictum: Illico explanauit dicens· Quicunqꝫ enim fuderit humanū ſanguinē: fundet᷑ ſanguis illius· Sed de hoc copioſe tradidimus ſuꝑ Geneſim·ix·ca· Hec de peccato oppreſſionis ferinę: Porro de peccatis Luxurię: nihil erat ſceleris qđ ſupremę nō admitterēt/inceſtū: ſodomiā/ & brutalitatē· Qđ etiam Moyſes nō tacuit: dū aſſerit eas uxores accepiſſe quas eligerent/ſcilicet ſiue matres ſiue alias· Et item omnis caro corruperat uiam ſuam: ſcilicet Sodomia & Brutalitate· Quare ex his nati ſunt Gygantes ut ibi ait Moyſes: potentes uiribus & uiri famoſi ſcilicet uitę q̄ maxime infamis ſupradictis ſceleribus· Per Gygātes enim intelligimus homines uaſtos corꝑe: famoſos/ & deoꝝ cōtemptores: & hominū ſimiliter oppreſſores: ut Macrobius in primo Saturnaliū: & Diodorus in·vi·ſignificāt· Tria ſunt nūc cognoſcēda· Primū de Enos urbe qs eā cōdiderit: qñ: & ꝓpter quid: & ubi· Secūdo qñ ceperūt heę delicię & peccata·

Tertio q̄re nūc deus nō punit ea/ſicut tunc· Ad primū rn̄det Moyſes Gen̄·ca·iiii·ꝙ Caym dānato & excōicato a cetu iuſtoꝝ/ob fratricidiū ꝓfugit a facie iuſtoꝝ cū uxore:& habitauit ad orientalē plagā Eden/ideſt ꝑadiſi: & ibi edificauit ciuitatē:& uocauit eā a noīe primogeniti ſui Enos:& ut aiunt tā Hebrei ꝗ catholici/edificauit eā ad opprimēdū & excurrendū & p̄dandū iuſtos/ex poſteritate p̄ris ſui Adā & fratris ſui iuſti Seth·Edificauit aūt eā ad orientalē plagā reſpectu regiōis Eden Hebraice dictā/ſiue latine locū & regionē delicioſam:ſiue grece paradiſum· Eſt aūt regio Damaſcena ut ꝗdā ſuſpicant᷑:ꝗa ad orientalē plagā ei⁹ eſt mons Lyban⁹/in quo ē urbs Enos diruta:cui⁹ maxima & ingētis molis fundamēta uiſunt᷑:& uocat᷑ ab incolis regionis ciuitas Caym:ut nr̄i mercatores & ꝑegrini referūt:ꝗ in Damaſco & Lybano ſunt aſſueti· Aliis placet Edē ſiue locū deliciaꝝ & paradiſum dici:regionē Phenicā Laodicinā dictā:ꝓbantq; duob⁹ argumētis· Primo/ꝗa ibi eſt urbs Eden ſiue interp̄tatione greca ꝑadiſus:ut Ptolome⁹ notat in q̄rta Aſię tabula·Scđo ꝗa in ea urbe exiſtenti eſt mare ab occidente:& extremitas Libani & Antilibani ab ortu eꝗnoctiali uel ſaltē hyberno/ut patet ibidē·Ad primū ergo dubiū rn̄det᷑/ꝙ Enos urbē cōdidit Caym:poſt excōicationē ꝓmulgatā/& eiectionē a cōione Adę atq; iuſtorū: ut ſicut obſtinati excōicati poſſet latrocinari & p̄dari iuſtos:& in loco oriētali Libani ut ait Beroſus/ī ea ꝑte quę eſt magis oriētalis reſpectu urbis & agri ei⁹: qui a Moyſe dicit᷑ Eden:& a Grecis ꝑadiſus·Ad ſecūdū dubiū dicit᷑ ꝙ pctā Caym & excōicatę atq; impię poſteritatis ei⁹/ceperūt ſub fratricidio Caym:& adaucta ſunt:ī ſeptima generatione ab Adam: ut notat Moyſes Geneſis ca·iiii·ꝗa Iael: Tubal & Tubalcaim fuerūt ſexti a ꝓgenitore ſuoCaym & ſeptimi ab Adā: quoꝝ prim⁹ inuenit delicias ī arte paſtorali/papiliōes & tentoria·ſecūdus fiſtulā:cytharā:lyrā & organū cum uoce chorea & modulatiōe muſica:tertius uero arma & oē gen⁹ ferramēti:ut ibidē Moyſes exprimit·Hucuſq; impia ſeptima generatio ab Adā excreuit ꝑ uniuerſum orbē· Sed in hac ſeptima generatiōe īpia & excōicata:cepit iuſta poſteritas Adę cū excōicatis ꝑticipare cōiugio/& ſupradictis ſcelerib⁹ impioꝝ:ꝗa teſte Moyſe uidentes filii dei·ſ·iuſti hoīes:filias hominū & Caymicę poſteritatis/ꝙ eſſent pulcrę ideſt opulētę & fortunatę/nō obſtāte excōicatiōe: etiā ipſi acceperūt ſibi uxores ex oībus quas elegerāt·Qđ uero ſeptima etiā generatiōe iuſtoꝝ ab Adam/ ceperint iuſti effici ꝑticipes ſcelerū & uicioꝝ eſt argumēto:ꝙ Enoch ſeptim⁹ ab Adam fuit tranſlat⁹ ne malitia imutaret cor ei⁹:ut ſcribit᷑ Sapię·iiii·ca· Et iō rn̄det᷑ ad ſecūdū dubiū ꝙ impię poſteritatis Caym pctā/ſub Caym ceperunt:iuſtoꝝ uero ſub ſancto Enoch ꝓpheta: quē ꝓpter bonā uitā deus cito trāſtulit: ne cū aliis iuſtis iā ad impietatē inclinatis cōſentiret· Ad tertiū uero dubiū rn̄det᷑:ꝙ deus nō punit uniuerſaliter peccata:niſi cū in uniuerſis inueniunt᷑:qđ nō eſt nūc·Et p̄terea etiā ſūma peccata nō ſtatim punit:niſi addita obſtinatiōe/ſicut nūc Beroſus oſtēdit/ita dicēs ī ſecūda parte:in qua de p̄cognito futuro diluuio ſic ſcribit·

Tū multi p̄dicabāt ⁊ uaticinabant᷑:⁊ lapidib⁹ excidebant:de ea q̄ uētura erat oꝛbis ꝑditiōe· ꝫ enī illi aſſueti coꝛꝛidebāt oīa:

Precognita regio fuit priſca īundatio:tū ſpū dei:uti ſcūs Enoch: tū aſtroꝝ obſeruatiōe:ut quę Babillonię inuēta fuit/ & Epigenes atq; Plini⁹ notauerūt·Alibi ſcrip celeſtiuꝫ illos ira atqꝫ ultiōe puꝛgēte ꝓ īpietate atqꝫ ſceleribꝰ

ſimus atqꝫ ꝓbauimus hec duo ſimul ſtare: inundationē terrarū a cauſis naturalibꝰ ꝓceſſiſſe/ quas ſtudioſi ī monumentū exciderūt: & a diuina ꝓuidētia ſimul ab eterno ordinatā: ut quo potiſſimū tꝑe hoīes demerent᷑ perirēt. Deinde Beroſus oſtēdit in tertia ꝑte quo pacto genus humanū reparatū ſit ꝑ archę p̄parationē dicens.

Vnꝰ inter gygātes erat ꝗ deorū ueneratioꝛ ⁊ pꝛudētioꝛ cunctis reliquꝰ ex pꝛobis erat ī Syria. Huic nomē erat Noa cū tribus filiis: Samo: iapeto Chem ⁊ uxoꝛibꝰ Tytea magna: Pandoꝛa: Noela ⁊ Noegla. Is timēſ quā ex aſtris futuraꝫ ꝓſpectabat cladē: āno ſeptuageſimo octauo an̄ inundationē: nauim inſtar arche cooptā fabꝛicari cepit. Anno. lxxviii. ab inchoata naui: ex īpꝛouiſo exundauit oceanꝰ ⁊ om̄ia maria mediterranea. Flumīaqꝫ ac fōtes ab imo ebulliētes inundauerūt ſupꝛa oēs mōtes accedētibꝰ: atqꝫ impetuoſiſſime ⁊ ſupꝛa naturaꝫ e celo copioſiſſimis hymbꝛibus multis diebꝰ coꝛruētibꝰ. Ita oē hūanū genꝰ aq̄s ſuffocatuꝫ: excepto Noa cuꝫ familia ſua q̄ naui erepta ē. Nā eleuata ab aq̄s in goꝛdiei mōtis uertice q̄euit: cuiꝰ adhuc dicit᷑ aliq̄ ꝑs eſſe: ⁊ homines ex illa bitumē tollere: quo maxīe utūt᷑ ad expiationē.

Ioſephus hoc loco utit᷑ cōtra Appionē grāmaticū: dicēs Beroſum Caldeum & hiſtoricos phenicas nominare Noam & filios eius ꝓpriis nominibus: & diluuiū & archam. Et in primo de antiquitate Iudaica: hunc locū ad uerbū tranſſumens in teſtimoniū: eiuſdem inquit archę Noę atqꝫ diluuii memoriam faciūt/omnes qui barbaras hiſtorias conſcripſerūt quorū unus eſt Beroſus Caldeus qui narrans de hoc diluuio taliter eſt affatuſ. Dicit᷑ autem nauis eius quę in Armeniam uenit/ circa montem Gordieū aliqua adhuc pars eſſe/& quoſdā bitumen exinde tollere / quo maxime homines ad expiationem utuntur. Et ſubdēs de hiſtoricis Egyptiis & phenicibus: meminit inq̄t etiā horum Hieronymus Egyptius: qui antiquitatem phenicam noſcitur cōſcripſiſſe. Sed & Maſeas Damaſcenus in nonageſimo ſexto hiſtoriarum libro: ita de eis dicit. Eſt ſuper Myriadam excelſus mons in Armenia: qui Baris appellatur: in quo multos confugientes (ſermo eſt) diluuii tempore liberatos: & quendā ſimul in archa deuectū in mōtis Ocile ſūmitate fuiſſe: lignorūqꝫ reliq̄s multo tꝑe conſeruatas. Fuit autē iſte:quē etiā Moyſes Iudeoꝝ legiſlator ſcribit· Hec Maſeas· Nota ꝗa dicit Ioſephꝰ ibi/ꝙ etiā Greci qui barbaras hiſtorias tranſſumpſerūt nō ſolū diluuii & Noę reminiſcunt᷑:uerū etiā & longitudinis annoꝝ ſolariū:quibꝰ mille annis uixerūt·Sic enī ad uerbū dicit· Noa cū uixiſſet poſt diluuiū trecētis & quinquaginta annis/feliciter agens: mortuus eſt anno uitę ſuę quinquageſimo ſupra noncentos· Nullus aūt ad uitā modernā & breuitatē annoꝝ ꝗbus uiuimꝰ cōparās antiquoꝝ longitudinem putet falſa quę de illis ſunt dicta· Illi nāqꝫ cum eſſent religioſi/ & ab ipſo deo facti: tantoꝝ annoꝝ curriculis/rite uiuebat᷑·Deinde ꝓpter uirtutes & glorioſas utilitates quas iugiter perſcrutabant᷑: ideſt Aſtrologiā & Geometriā & Phiſicā/deus eis ampliora uiuendi ſpatia cōdonauit:quę nō caute diſcere potuiſſent:niſi nōcentis uiuerent annis·Per tot enim ānoꝝ curricula: magnꝰ annus implet᷑· Et ſubdit inducitqꝫ teſtes dicēs· Teſtes aūt dicti mei ſunt oēs ꝗ antiqtates apud Grecos & barbaros cōſcripſerūt·Nam & Manethon ꝗ deſcriptionē fecit egyptioꝝ:& Beroſus qui Caldaicam deflorauit: & Mochus:& Eſtyus: & Hieronymꝰ Egyptius qui Phenicā diſpoſuerūt:concordāt cū dictis meis·Heſiodus quoqꝫ & Eratheus:& Hellanicus & Agiſilaus in hiſtoriis ſuis:memoriā faciūt antiquoꝝ:ānis mille uiuentiū·Hec Ioſephꝰ· Quin etiā diluuii & tpis eius uſqꝫ ad Nynū meminerūt Xenophon libro de Equocis:Archilocus in Epitheto tempoꝝ:Fabius pictor de origine urbis Romę: & Cato in·ii·fragmento originū ſuꝑ quos oēs iam comentaria edidimus· Hactenꝰ in cōi ꝑ Beroſi littera dicta ſunt:nūc in particulari pauca excurramus· Noam fuiſſe uirum dei cultorē & iuſtum/& ſolū/uniuerſis ad impietatē declinantibꝰ·etiā Moyſes ſcribit·Fuiſſe uero gygantē & aſtronomię peritū:etiā ꝑitiores talmudiſtę aſſerūt· Fuiſſe aūt Syrū phenicā cognoīa ſua indicāt Ogygius Dyſir:uti in ſequēte comentario exponemꝰ·Dubitat᷑ uero de eo ꝙ ait:cepiſſe fabricari archā ante inundationē anno lxxviii·cū centū uiginti annos Moyſes ſupputet Geneſis·vi.ca· & Beroſus alibi teſte Plinio quatrincētos octoginta cū Critodemo aſſignet:ut in ſuperioribꝰ diximus Ad primū reſpondet᷑/ꝙ mandatū de fabricāda archa/Noa accepit ante inundationem annis centū uiginti ut Moyſes ſignificat· Quadraginta uero & duobus annis ꝓparauit ligna ob īmenſitatē operis faciundi· Et ita anno ſequēte ꝗ erat ſeptuageſimus octauus ante inundationē/cepit opificiū ingentis archę:ut Beroſus ſupputat· Qđ uero adducit᷑ de Plinio dicēte ante Nynū fuiſſe ſupputatos a Beroſo & Critodemo annos·cccc·lxxx·nō de archa id dixerūt:ſed de litteris inſcriptis & inuētis eo tꝑe:ut patet in·vii·naturalis hiſtorię:ca·ultimo ubi de his loquit᷑ Plinius· Rurſus: quia dicit ex improuiſo accidiſſe diluuiū:nō refert᷑ ad Noam/& eos qui nouerūt & inſcripſerūt coctilibus laterculis/ & lapidibꝰ:ſed ad deriſores: ꝗ illud neqꝫ credebāt neqꝫ ſperauerāt affuturū·Fuit aūt hoc primū diluuiū nouimeſtre: ut Solinꝰ aſſerit ī Collectaneis:& Moyſes Geneſis·viii·ca·& Xenophō de Equocis·Exceſſit uero oēs altiſſimos orbis montes·xv·cubitis:ut teſtatur Moyſes· Et ut ait/deleta eſt oīs caro ſub celo:excepto Noa cū ſua familia· Ex quo patet Talmudiſtas eſſe falſiloquos & mendaces/cōtraqꝫ diuinas līas ad morē ſuū exponētes:ꝙ diluuiū nō attigit montē Syon:argumēto uſi/ꝗa inuentū eſt ibi poſt diluuiū ſemē gyganteū: nō attēdentes ꝙ Noa cū filiis fuerūt gygantes/& Tytanes gygantes genuerūt/teſte Beroſo/ꝗ teſte

Moyſe poſuerũt urbẽ Titanũ in egypto: quã uocat Tanim dempta prima lr̃a: ut patet Numeri ca• xiii• tam ꝑ textũ ꝗ expoſitores• Hec de tꝑibus ante diluuiũ• Nũc ad ſequentes libros preparans auditores: ita concludit•

Ab hoc igit᷑ anno ſalutis hũane ab aquis pꝛimoꝛdio ſũpto: nr̃i maioꝛes innumeros ſcripſerũt Nos uero tedioſuꝫ illoꝝ ſermonẽ abbꝛeuiaturi: referemꝰ oꝛigines ⁊ tꝑa: ⁊ reges eoꝝ dũtaxat regnoꝝ: que nũc magna habentur: in Aſia quidẽ noſtrũ omniũ celſiſſimũ Babillonicũ: in Affrica Egyptiũ ⁊ Lybicũ: que unũ pꝛimo fuerũt: ⁊ ſub uno narrabimꝰ. Poſtremo in Europa q̃tuoꝛ noſtri enumerãt: Celtyberũ: Celte: Kytim qđ ille gentes Italicũ appellãt: ⁊ Tuyſconuꝫ qđ a Rheno fluuio per Sarmatas ĩ pontũ finit. Addũt quidã etiã quintũ dictum Ionicũ.

Ergo ſupior narratio quaſi quedã p̄fatio a Beroſo p̄miſſa eſt: ut quiſqꝫ cognoſceret a quo p̄cipue ãno & tꝑe/ ſuę gentis originẽ inchoare debeat: qa nõ añ diluuiũ primũ: qa nulla remãſit origo niſi Noanica quę & ogygiana phenica: neqꝫ itẽ ut Greci faciunt/ inchoãda eſt a Nyno: qa lõge ante cũ coloniis oppletus erat totꝰ orbis: & origines ſub Noa diſcretę• Et iõ quiſqꝫ dũ reqrit ſuę gẽtis & regni originẽ incipiat ab hoc anno ſaluationis hominũ a diluuio & uideat genealogias ducũ/ primarũ coloniarũ: & inde originẽ ſuã in cõi accipiat: & poſtea in ꝑticulari in q̃rto & •v• libro• Verũ qa in bibliothecis Caldeoꝝ ãnotabant᷑ ꝓlixe omniũ gentiũ & regnorũ origines/ & antiqua geſta/ quę faſtidium generabãt/ idcirco ipſe deflorauit ut Ioſephꝰ loquit᷑ oẽm Caldaicã hiſtoriã: & ſolũ de origine regnoꝝ etate ſua clarorũ loquit᷑• Fuit aũt Beroſus circa finẽ monarchię biꝑtitę Perſaꝝ & Medoꝝ• Fuit enim añ Alexandrũ/ qa Metaſthenes q floruit circa initiũ Alexãdri uſus eſt chronographia Beroſiana ꝓ monarchia Aſſyrioꝝ: ut tã in eiꝰ lr̃a/ ꝗ comẽtariis ſuꝑ eũ explanauimus• Itẽ adhuc durabat bipartita monarchia Aſię in qua p̄ualebat Babillonica ut hoc loci notat: ubi etate ſua Babillonicũ aſſerit p̄ſtantiſſimũ eſſe omniũ• Quare pro Aſia babillonicã originẽ & antiqtatẽ tradet• Pro Affrica uero egypti & Lybię originẽ exponet• Pro Europa uero in qua nulla erat monarchia: exponet origines Italię Hiſpanię: Germanię ꝑ Sarmatas uſqꝫ Tanaim & pontũ• Cur uero de Ionico nõ poſuerit ad longũ originẽ: exiſtimo id cauſę eſſe: qa poſita origine Grecię a diluuio ad Nynũ: ipſi Greci deinceps inter ſe diſſidebãt in hiſtoria• Et qm̃ nullis diſplicere uoluit/ quibus erat carus/ & a quibus donatus fuit publica ſtatua inaurata lingua: ut Pliniꝰ aſſerit: idcirco a Nyno deinceps raro tãgit Greciã• Ceteꝝ qa origo hr̃i nõ põt niſi ꝑ genealogias: ob id hũc ſecũdũ librũ Genealogiaꝝ p̄mittit tribꝰ ſequentibus•

Expliciũt comẽtaria ſuꝑ primũ librũ Beroſi de tꝑibus ante diluuiũ•

Eiuſdem fratris Ioannis Annii Viterbenſis comentaria ſuper ſecundum librum Beroſi incipiunt·

q Vi primi fuerint in orbe reges poſt diluuium & ante Nynum Grecis prioribus nõdum compertũ fuerat/ſed ſolũ Barbaris/ qui ſe primos rerũ utiliũ indigetes aſſerunt atq; ſcriptores: & multoꝝ tempoꝝ memoriam apud ſe fuiſſe cõſeruatam affirmant:ut Diodorus in primo libro auctor eſt· Igit᷑ Beroſus in hoc ſecundo libro de primis ducibus & eorum Genealogia poſt diluuiũ ita tradit : ut nulli ſit regno ſua ignota origo·Et primo quidẽ inducit prohemiũ de Iano patre omniũ & Tytea magna·Deinde Genealogias deſcribit·De primis ſic dicit·

n Eceſſe eſt igit᷑ nos ex pꝛemiſſis cõfiteri: qđ ⁊ Caldei ac Scythe ſcribunt:ſiccato ab aquis oꝛbe nõ fuiſſe niſi dictos octo homines in Armenia Saga:⁊ ab his omne hominuȝ genus in terris ſeminatũ: atqȝ ob id Scythas recte dicere et appellare Noam omniũ deoꝛũ maioꝛum ⁊ minoꝛuȝ patrem: ⁊ humane gentis auctoꝛẽ: ⁊ chaos ⁊ ſemen mũdi. Tyteam uero Aretiam ideſt terram in quã ſemen chaos poſuit : et ex qua tanq̃ȝ ex terra cũcti pꝛodierũt·

Multa memoratu digna his uerbis inſinuat Beroſus : quæ apud poetas legebamus/ & originẽ ignorabamus·Primũ igit᷑ ne dum apud Moyſen & Beroſum: ſed ẽt apud auctores latinos legimus: quo ſcilicet primũ loco poſt diluuium & ante Nynum cepit humanũ genus·Primi ſunt Barbari hiſtorici precipue Hieronymꝰ egyptius & Maſeas phenix : qui ut ſupradiximus teſtant᷑ Noam cum archa ſaluatũ fuiſſe in Gordiei Armeniæ montis iugo Ocila altiſſimo Eſt autem Gordieus mons in Armenia nõ procul Araxi fluuio/ a quo Moyſes uocat Armenię Caſpios montes altiſſimos·Ararat pro Araxat· Et ideo licet in Ptolomeo nõ cõtinuctur a ſcriptoribus mons Gordieus & Caſpius proximus anni Araxi: hoc tamen a uicio impreſſoris proceſſit: quia debẽt continuari: licet diuerſis locis/diuerſa nomina ſortiatur· Eſt autem Ararat ut Hebrei proferũt/ſiue Araxat ut Aramei:ſiue Araxis ut Greci ac latini/Fluuius Scythię in maiori Armenia/de quo Lucanus libro·vii·Armeniũq; bibit Romanus Araxẽ· Super hũc Auguſtus pontẽ/quem a magno Alexandro factum ruperat amnis impetus:firmiorẽ reſtituit: in cuius laudem Virgilius in·viii·Eneidos dixit· Et pontem indignatus Araxes· Ex hoc tres amnes fluere/ Phaſim/ Thermodonta & Tanaim· Orpheus mendax in Argonautica dixit· Nam ut Geographi cũ Ptolomeo certiſſime notant:aliunde ortum habent·Hac itaq; regione circa Araxem conſedit ab origine ſui gens Scythica/a Scytha rege eorũ dicta/ut eſt auctor Diodorꝰ li·iiii·

Et ideo locus primus quo cepit humanũ genus poſt diluuiũ fuit Scythia Araxea: ut Beroſus Caldeus & Hieronymus egyptius/ & Maſeas Damaſcenus atq; Moyſes ex Barbaris conſentiũt: ex quibus Archilocus Grecus in Epitheto tempoꝝ ſuꝑ quẽ iam confecimus comentaria: ita dicit ad uerbũ· Maſeas phenix Damaſcenus libro nonageſimo ſeptimo hiſtoriarũ aſſerit/ante Nynum ferme ducentis quinquaginta annis fuiſſe inundationem terrarũ: & quendam cui Moyſes antiquiſſimus hiſtoricus teſtimoniũ perhibet liberatũ/circa fluuium Araxem ad montes Caſpios: tumq; recente celo/& rudi humano genere uixiſſe aureã uitam: in qua nullo ferente leges natura ipſa uiuebat᷑: quouſq; Nynus & Semiramis arma gentibus intulerũt: & auream uitam uiciare ceperũt· Idem ſcribunt ex latinis Trogus & Iuſtinus in primo Epithomatũ de aurea uita ante Nynũ· Et in ſcđo libro aſſerũt id idẽ Scythas ſemꝑ fuiſſe ſuꝑiores de principatu humanę originis: ſequuti Catonẽ de originibus/cuius comentaria exegimus· Is in·ii·fragmento hec dicit· Caldei orbis ſempiternitatẽ ſibi ꝑſuadẽt: Phenicibus uero ac Sagis: magis placet origo· Inter utroſq; cõuenit: ante Nynũ circiter ducentis quinquaginta annis quibus durauit aureũ ſeculum terras fuiſſe inundatas/ & in Scythia Saga renatũ mortale genus· Siue enim ab eterno mundũ exiſtimes/& ignis principio cuncta poſſederit/ poſteaq; ſenſim in ſua loca elemẽta coeuntia hoĩes ꝓduxerint: ſiue ut fert᷑ ante aureũ ſeculũ/terras ſubrutas inundatio tenuerit/& exſiccata humo apparuerint homines: equidem principatus originis ſemꝑ Scythis tribuit᷑: a quibus auctis colonias per orbẽ miſſas ferũt: & ex his ueniſſe Ianũ cũ Dyrim & Gallis progenitoribus Vmbroꝝ in Vaticanũ & Ianiculũ· Et in principio fragmenti: Italię inquit ſplendidiſſima origo fuit: tũ tempore tum origine gentis· Cepit enim aureo ſeculo ſub principibus diis Iano: Cameſe: Saturno: gente phenica & Saga· Igit᷑ oẽs hiſtorici Greci/latini & Barbari: qui de priſcis ante Nynũ antiquitatibus cõſcripſerũt: unanimi cõſenſu affirmãt in priſca Armenia Araxea/cepiſſe genus humanũ quacũq; uia ceperit· Eadem regio prius Aramea Scythia/Saga dicta fuit: a qua poſtea longe lateq; antiquitꝰ oĩs ſeptẽtrio a Tanai in Sarmatas/& in orientalẽ Imaum montẽ/Scythicũ Araxeũ ſiue Arameũ Saga nomen cõicatũ fuit: ut Pliniꝰ in·vi·naturalis hiſtorię: ca·xvii·ſignificat dicens· Scythas populos/Perſę uniuerſos Sagas appellauere a ꝓxima Saga gente: antiqui uero Arameos· Cui argumẽto eſt prima urbs pone Araxim amnẽ/ubi teſte Diodoro gens Scythica parua numero/& ignobilis principio cõſedit· Nã ea Saga Albina ſiue ut Ptolomeus notat per ſincopatã compoſitionẽ Sagalbina dicitur· Et hoc de loco: ubi primũ cepit poſt diluuium genus humanũ tam ſecundũ diuinas litteras ꝗ̃ gentiles dictum ſit· Secundo memoratu dignum eſt nomen Saga/ut Aramei proferunt/ut Sangni: & Etruſci & Sabini/uel Sanctus ut latini· Hec nõ differunt ſignificato/ſed ſola deriuatione prolatiõis/ quia a Saga Sangni/ & a Sangni Sanctus deriuat᷑ mutata littera·g·in·c· Eſt autẽ Sanctus id quod purus religioſus ſacerdos Vnde Sagam Feſtus exponit ſacerdotẽ expiatorẽ: diuus uero Hieronymus in li·de interpretationibꝰ/Sagam interpretatur ĩmolatorem & ſacrificulũ· Congruit ei: qđ Moyſes ſcribit Geneſis cap̃·nono: ubi affirmat Noam cũ familia egreſſum ab arca primũ ſacerdotio & religiõe functũ: mox ſacra deo feciſſe· Vnde & ipſa familia eiꝰ

& poſteritas Saga:& qui cũ Iano in Etruriã uenerũt Thuſci/Sagi/ & Oſtium Padi ab his Sagum dictũ referunt auctores:p̄cipue Cato & Plinius. Cato enim in fragmento decimonono de originibus his uerbis utit᷑.Sangni gentilē Sabi dicunt Sabini/Sanctũ Romani/ Sagam Barbari/a quo primi Thuſci Sagi ideſt pontificii & ſacri expiatores dicti fuerũt. Plinius item li.iii.naturalis hiſtorię: ca.xvii.de Padi Oſtiis/circa quę Thuſci uenerũt:ita dicit.Proximũ inde Oſtiũ Capraſię deinde Sagus.Omnia ea flumina foſſaſqꝫ primi Sagi fecere Thuſci/egeſto p tranſuerſum amnis impetu/ in Atrianorũ paludes/quę.vii.maria appellant᷑:nobili portu Thuſcoꝝ Atrię:a quo Atriaticũ mare ante appellatum:quod nũc Hadriaticũ. Hec Plinius. Locus igitur & gens Saga ſic dicta fuit. Tertio memoratu dignum eſt/Noę ſiue Iani ubi conſedit ad Araxim prima urbs dicta Sagalbina: ideſt pontificia imperialis quia Saga pontificia eſt.Albina uero imp̄ialis ab inſigni imperii Albam: ideſt faſcibus. Eſt enim faſcis faſciculus: in quo uirga ſceptri & flagellũ cum ſecuri incluſa erant.Et hoc latini faſçes imperii:Aramei uero uocãt Albã: ut demonſtrauimus ſuper.iiii.fragmentũ Catonis:ubi & redarguimus eos nõ exili argumento:qui Thyberim exiſtimauerunt dictũ Albulã a colore: aut albam uirgã datam Cranę:in.vi.de Faſtis/latinã habere originē. Rurſus memoratu dignum eſt ꝙ octo ſolũ animas ſaluatas a diluuio/ tam Moyſes q̃ Caldea hiſtoria tradit: contra fabuloſos ſimul & hereticos Talmudiſtas:qui ut ſupra diximus nullo certo auctore dicũt multos gygantes fuiſſe ſaluatos in mõte Syon.Rurſus de primis cognominibus Noę/cognomine Iani:ut in.iii.libro dicet Beroſus. Primũ cognomē eſt Chaos. Vt ſupradixit ĩ prologo Hieronymus:idem eſt Chaos & Ile a quo Ileton. Eſt aũt chaos rudis & indigeſta moles ante omnes/& ex qua omnes prodeunt:ut Ouidius in primo Metamorphoſeos docet.Ad huius ſimilitudinē Ianus ſiue Noa dictus eſt chaos/& ſemē orbis:qa in eius renibus & ſemine informi ꝓdiit humanũ genus/ & ipſe oẽs p̄ceſſit tempore:ut idem Ianus apud Ouidiũ loquitur in primo de Faſtis. Et primo ꝙ oẽs longo tempore p̄ceſſit:ita aperit.Me chaos antiqui(nam ſum res priſca)uocabant/ Aſpice q̃ lõgi tẽporis acta canam. Deinde ꝙ mẽbra ſua ideſt filii/fuerint in ſeminali ſua ratione informi/ex qua ſucceſſiue formati fuerunt:ſic Mithice loquitur. Tũc ego qui fuerã globus & ſine imagine moles:In faciē redii: mẽbraqꝫ digna deo Mẽbra digna patre deo dixit: quia oẽs filii eius pro diis ex magnitudine beneficiorũ impenſoꝝ humano generi habiti ſunt. Vnde & pater deoꝝ maiorũ/ſcilicet filiorum/& minoꝝ ſcilicet nepotum & pronepotũ dictus fuit: quia oẽs fuerunt principes regnoꝝ & coloniaꝝ excellentiſſimi iudices & duces: qui qm̃ in regimine orbis uices dei exequunt᷑:tam apud gentiles q̃ Hebreos & diuinas litteras Heloim ideſt dii & numina dicunt᷑:ut eſt illud pſalmi.Ego dixi dii eſtis:& filii excelſi omnes.& in Exodo:Si inquit fur latuerit:cauſa referet᷑ ad deos.Et hoc pacto pro iuſtis iudicibus & principibus deos & numina ſecum regnaſſe Ianus dicit apud Ouidiũ in primo de faſtis his uerbis. Tunc ego regnabam/patiens cum terra deorum Eſſet: & humanis numina mixta locis.Aurea enim etate:iuſti principes regnabant:& iõ iure dii a diuinis litteris & gentilibus dicti/ quo ad uices dei/nõ diuinitatē ſubſtãtialiter.Rurſus illi cognomẽto fuit auctori hominum/ideſt conſutio:qa co auctore conſeritur humanum genus:ut aſſerit Macrobius in primo Saturnaliū· Ergo quia Ianus ſiue Noa poſt diluuiū preceſſit omnes tempore:dignitate:principatu:& effectiua origine:idcirco ſibi iure uendicauit cognomina Chaos/Yleton/Semen mūdi patrem principum & deoꝝ maioꝝ ac minoꝝ:& autorem conſutiūqꝫ humanę gentis:qui ſemen iaciens in uxorem Tyteam/uti celū in terram: ſeminauit omne mortale genus: Et ob id Tytea terra/ & Noa ſiue Ianus celum cognominatus eſt/ ut in tertio libro dicet᷑:quia ſicut ex ui celeſti & terra cuncta prodeunt:ita omnes geniti ſunt autoribus Iano & Tytea· Vnde & Tytanes dicunt᷑ terra geniti: ut Poete mithice loquuntur· Hec de principibus mundi Noa & Tytea: nunç ad Genealogias Beroſus ſe conuertit dicens·

Pꝛeter uero tres pꝛimoꝛes filios: Noa poſt diluuiū gygātes plureſqꝫ filios genuit. Quare ad abbꝛeuiandū plurimū cōferet: ſi omniū poſteritates figurabimus ab ipſo Noa ſumpto exoꝛdio: deinde ſigillatim a ceteris. Pꝛimum itaqꝫ dixerunt Ogygiſan Sagā ideſt illuſtrez ſacroꝝ pontificē Noam Dyſir.

Figuras Beroſus appellat genealogiaꝝ arbores a quo exemplari/ morem legiſperiti deſumpſerunt qui gradus conſanguinitatis inſtar arborum deſcribunt: Et per truncos & ramos/& Folia ſignificat aſcendētes ſeniores patres & auos/& deſcendentes filios & nepotes & circumſtantium conſanguineorum· Initium figure primę erit Noe continens omnes filios Noe ortos ante poſtqꝫ diluuium· Secunda erit Arbor poſteritatis Sami· Tertia Iapeti:Quarta Cham qui & Cameſes· Duo autem hec loco Beroſus tradit que conueniunt hiſtorię Moſaicę· Primum quia Noa gygas genuit poſt diluuiū gygantes ut ſupradixim⁹· Secundū/ꝗa etiā genuit alios filios:quos in arbore eius ſcribet· Nā teſte Moyſe nono capitulo Geneſis:mandatū Noa ſacrificans a deo accepit cum filiis:ut uacaret generationi/& ſolitarię terrę implendę· Neqꝫ tñ dicendū eſt ꝙ illud neglexerit/aut ꝙ illi tēpus defuerit/aut ꝙ illud p̄ceptū nō obligaret oēs/terra iā multiplicata qđ erat intentio latoris dei exp̄ſſa: ꝗa erat uir iuſtus & ꝑfectus/ut ait Moyſes:& uixit poſt diluuiū annis·cccl·ut tā Moyſes q̄ Beroſus ſcribunt:& terra funditus deſolata etiā ipſa lege naturę obligabat᷑ ad generationē· Qđ ſi Moyſes nō oēs poſuit:hoc fecit ꝗa ad originē Hebreā feſtinabat & ſolū tot ponere uoluit:quot linguaꝝ genera ſeptuaginta duo diſcreuerant· Neqꝫ ualet ꝙ Talmudiſtę dicūt/ꝗa ipſum Noa cognomento celū/filius eius Cameſes incantamēto teſtes illi ſecuerit:ꝗa ut teſtat᷑ Beroſus:hoc egit iam genitis filiis cōpluribus/& iam in ſeniū declinante Noa:ut narrabit᷑ in·iii·libro· Et ideo uitatis fabulis & erroribus Talmudiſtarū: qđ precepto naturę imo diuino cōgruit eſt tenendū & quod Beroſus exprimit certiſſimus & ueraciſſimus auctor· De Ogyge uero ideſt illuſtri Noa/ & Dyſir ideſt Ilice ut interpretat᷑ diuus Hieronymus· Eſt ſciendū qđ ait Petrus comeſtor Geneſis ca·xiii· & Ioſephus in primo de antiquitate Iudaica·

Habitauit inquit Habraã circa Hebron iuxta Ilicem quę uocatur Ogygi•Et dicit̃ ut ait ciuitas quatuor patriarcharũ:quia habitauerũt ibi & ſepulti ſunt Adam:Habraam & Iſaach & Iacob•Et ita Ogygi ante diluuiũ & poſt fuit patria iuſtorũ/etiã & ipſius Noę qui a patria Ogygiſan ideſt illuſtris ſacer cognomen habuit• Vnde omnes illũ cognominãt priſcũ Ogygem: uti Xenophon de equiuocis & Metaſthenes/quẽ prefuiſſe priſco diluuio dicunt: Et ex latinis Solinus dicẽs primũ diluuiũ fuiſſe notatum ſub Ogyge nouimeſtre:& ab eo ad Deucalionem ſeptincentos ſupputari annos•Sed ſub Ilice manebãt iuſti/quia arbores ꝓ templis & numinibus antiquis erant:ut etiã conſentit Plinius in•xii• naturalis hiſtoriæ capitulo primo• Et nota:quia Phenicia eſt a Damaſco uſq; Gazam: Quod patet/quia Ioppem Ieroſolimę portũ dicunt eſſe oppidũ Phenicũ:uti eſt illud Plinii in•v•naturalis hiſtorię capitulo•xiiii•Ioppe inquit oppidũ Phenicũ/inundatione terraꝝ ut ferunt antiquiꝰ• Nota ꝙ Ioppe fuit ante inundationẽ terrarũ ĩ Phenicia:ſed nõ primũ Phenicię oppidum:quia in principio Phenicię mediterranę antea Caim edificauerat Enos ut diximus: & prius Adam ceperat Hebron : ut in ſequentibus oſtendemus• Nunc Genealogiarum figurę ponendę ſunt•

Prima figura Noę quę & Iani patris•


Macrus•
Japetus iunior•
Prometheꝰ priſcus•
Tuyſcon gygas•
Noa cognomine Janus Ogyges ante diluuium genuit Sem Cam ⁊ Japhet• Poſt diluuiũ vero oẽs iſtos huic arbori annexos videlicet•
Crana•
Cranus•
Granaus•
Decem ⁊ ſeptẽ Tytanes•
Araxa priſca•
Regina•
Pandora iunior•
Thetis
Oceanꝰ•
Typheus•

Porro Tuyſcon tam Beroſo q̃ Cornelio Tacito teſtibus fuit auctor Germanię: cuius hęc poſteritas•


Tuyſcon Germanorũ ⁊ Sarmatum pater
Mãnus•
Ingaeuon•
Iſteuon•
Herminon•
Marſus•
Gãbriuius•
Sueuus•
Vandalus•
Hunnus•
Hercules•
Teutanes•
Araxa priſca genuit•
Scytham priſcum a quo
Napus ⁊ Prutus•

Hac Genealogia & arbore prima notandum eſt ꝙ omnes hii reputati ſunt filii Celi ac terrę/ſiue Iani & Veſtę/ſiue mauis Noę atq; Titeę• Nam Noa/Ianus & Celum cognomenta habuit:ut in•iii•libro Beroſus cõmemorat• Diodorus uero Siculus in quarto libro refert ex hiſtoria Scythica & Affricana/ ꝙ Celum qui primus omniũ regnauit apud eos habuit plures uxores : & ex Tytea ſubſtulit•xvii• quos a matre appellauit Tytanas:fueruntqꝫ omnes filii Celi numero q̄draginta quinqꝫ· Qđ ſi in hac arbore Beroſiana ſupputes filios tres primores ante diluuiū: &·xvii· Tytanas: & reſiduos·xiii·Et item·xi·ſucceſſores poſteritatis Tuyſconis:erunt omnes numero quadraginta q̄tuor·Sed notanda ſunt duo:ꝙ Noa ſibi in filios adoptauit Tuyſconis poſteritatem: & ideo in eius arbore ponnnť/& nō aliorū nepotes:in quo precellunt Germani & Sarmatę qui dicunť nunc Tuyſci a latinis & Gallis· Sarmatę autē populi ſunt Poloni: Gothi:Ruſſi:Pruſiani & Daci atqꝫ huiuſcemodi· Hec ſecundū deſcriptionem Beroſianā·De pluralitate uero uxorum Noę ſiue Celi decipitur Diodorus pluralitate ſinonima·Nam eadē uxor Iani fuit dicta Tytea: Terra & Veſta magna·Cum Beroſo cōcordat de Tuyſcone terra genito Cornelius Tacitus: de ſitu & moribus Germanorum· Nunc ſequitur arbor Sami·

Secunda arbor Genealogiarum Sami·


Samus qui ponitur pꝛimꝰ filius Noa genuit hos·v·
Arameus·
Arpaxeus·
Lugdus·
Aſſyrius·
Melameus·

Poſteritas Aramei·


Arameus filius Sami genuit hos qnqꝫ duces·
Getul·
Alan·
Ul ſiue Uol·
Meſa·
Auſon·

Poſteritas Arpaxei·


Arpaxeus filiꝰ pꝛimogenitus Sami genuit Salem·
Sala genuit·
Heber genuit·
Jctan ſiue Jſter genuit·
Dalmadan genuit
Sarmates genuit·
Saledus genuit·
Jader genuit·
Adulas genuit·
Azalus genuit·
Diclas genuit·
Obalus genuit·
Albanes·
Saus genuit·
Epirus genuit·
Obulas genuit·
Thyobum·

Poſteritas Meſę filii Aramei·


Meſa filius Aramei genuit quinqꝫ hos duces·
Getum·
Dacum·
Bannonē·
Brygum·
Thynum·

ridem occiderūt:ut in ſequentibus narrat Beroſus· Tertiodecimo notat Beroſus ꝙ eo tp̄e quo apparuit uirgo Minerua expoſita & Oſiris Iuppiter iuſtus prefectus eſt Egypto a Dioniſio:Ianus docuit Razenuos ideſt Etruſcos Turrenos: ut iſinuat primo libro Dioniſiꝰ Halicarnaſſeus de noīe Razenua·Docuit inquā phīam/ideſt phiſicā & Theologiā: Docuit itē Aſtronomiā/& diuinatiōes ideſt oracula habēda:Docuit quoq; ritus ſacroꝝ/& rituales·Sunt autē rituales(teſte Feſto)libri Etruſcoꝝ in q̄bus traduntᷣ ritus/quo pacto ſacrantᷣ ędes/fana/tēpla/urbes/exercitus & hmōi·Dubitatᷣ:ſi Razenui iā docti lr̄is a Scythia ꝓfecti ſunt/& Comerꝰ docuit eos iuſticiā & leges q̄ſi mox diluuiū/ut in p̄miſſis Beroſus indicauit: q̄uo Ianus pater tā ſero & q̄ſi poſt Nynū:dicitᷣ Etruſcos docuiſſe lr̄as & iura? Ad hec facilis eſt reſpōſio ꝗa rudes adhuc nō uacabāt ordinarie lr̄is & philoſophię ac Theologię:neq; lr̄is mādabāt/ꝗa carebāt gygnaſio publico q̄d Aramei uocāt cun Ichiū/ideſt luctā duoꝝ lr̄atoꝝ·Sed Siri dicūt cun Iechia·Cuit eni & cun dicūt binos luctatores· Verū ut Talmudiſtæ dicūt/differūt Iechia & Ichia ut cōmune uel ꝑticulare:ꝗa Iechia in cōi eſt colluctatio mutua ad alterū:ut etiā cōſentit Hieronymꝰ de interp̄tatiōe nominū·Sed Ichiū ut aiūt eſt colluctatio mutua lr̄aꝝ quā latini uocāt diſputationē uel exercitiū lr̄aꝝ Locus ē adhuc in Etruria urbe nō ꝓcul arce dictus Scythice CunIchiū ideſt locus gygnaſii:Ibi erāt ſacerdotes & uates Etrurię doctores & p̄fecti/inter quos tp̄e Tarquinii excelluit Calenus ollenus:ad quē Tarquinus miſit ꝓ uaticinio legatos de capite inuēto in Capitolio Romę/ & ibi in Etruria primum deſignauit uates: ut ſcribit Dioniſius Halicarnaſſeus de uita & tp̄ibus Tarquinii:& Pliniꝰ in·xxviii·naturalis hiſtorię·Vn̄ totā regionē illā uocamꝰ Cunichiū & Capitoliū uſq; ad hec tp̄a·

Iubalis filij

¶Quartodecimo notat Beroſus ꝙ āno·xlix·Nyni Hiſpanos rexit Iubalis filiꝰ Iberus:a quo Hiſpani Iberi:& quo pacto Barzanes ſup̄atus/pacē cū Nyno fuerit aſſecutus:ſuperius breuibꝰ enarrauimꝰ:& Diodorus in·iii·li·memoria ꝓdit· Magus uero q̄ ſecundus ſucceſſit ī Galliis rex:uocabulū Scythicū nō Perſicū eſt:ꝗa nōdū Perſa lingua Gallis erat:ſed Scythica·Nā Perſę magū/philoſophū uocāt:ſed Scythę Magog ꝓnūciant/& palatiū tectū intelligunt:ſicut & Magdel turrim ſignificāt·Ita hic magus:ideſt domificator & tector dictus ē:ꝗa primus Gallis tecta & oppida induxit plura/teſte Beroſo·Cui argumentū facit/ꝙ plura ab eo oppida/lingua uetuſta Gallica magā nominationē hn̄t in Ptolomeo:ut in Aquitana Nouiomagū:In Lugdunenſi Neomagū:Rothomagū:& Nyomagū:In Belgica quoq; iterū Rothomagū: Neomagū:Berbetomagū/& Breuomagū·Rurſus in Narbonenſi Vindomagum & Neomagū·Hinc Iuliomagū & Ceſaromagū: Iulii & Cęſaris tecta & oppida uocat Ptolomeus in Gallia·Ergo oppida & tecta dicta ſunt a primo inuentore Maga:& nō Magus ab eis:ſicut a primo pudicię cuſtode & introituū ſeruatore Iano/inuentoreq; Ianua dicta eſt :& nō Ianus a Ianua: ꝗa neq; tūc extabat lingua latina:cū p̄ Ianus nomē hoc teneret:& a nocturnis furibꝰ & adulteris cohercendis/Ianuas poſt diſceſſum Cameſis inueniſſet domibꝰ:atq; docuiſſet:& ob id a poſteris deus ianuarū/introituūq; & exituū habitus fuerit· Pari forma Iberus ſecūdus Hiſpaniaꝝ rex/nomē dedit fluuio Ibero:qui ortus in cantabribꝰ ſub radicibus mōtis Pyrenei ī Baleare pontū ſub ferrario ꝓmontorio mergitᷣ:ut noſter magnꝰ Albertus ſcribit. Eſtq; nauigabili cōmertio diues:ut teſtatur Plinius:Solinus:& Diodorus in·vi·li·Hinc boues Iberas Virgiliꝰ in·vii·Eneidos uocauit dicẽs· Thurrenoq; boues: in flumine lauit Iberas· Hinc Celtiberia & Iberia Hiſpanię dictę ſunt· Hic tñ primꝰ Iberos a ſe dictos in Scythia poſuit ſupra Armeniã inter Colchos & Albanos Caſpios: de qua Oratius: Herbaſq; inqt: quas Colchis atq; Iberia mittit/ uenenoꝝ ferax· Et Virgiliꝰ li·viii·Eneidos· Pictos acu clamidẽ: & ferrugine clarus Ibera· Q đ uero ab his ĩ Hiſpanias dixerit Scythicas Iberas/ & Perſas/ & Syras colonias: ſatis põt eſſe argumento ꝙ· M· Varro ꝑueniſſe in uniuerſam Hiſpaniã Iberas/ Perſas/ Phenices/ Celtaſq; & Pœnos tradit: ut Pliniꝰ refert li·iii·naturalis hiſtorię· Iber aũt ut Talmudiſtę aiunt/ lingua Aramea dicũt dici expiatũ/ nubibꝰ & hymbribꝰ: quẽ Greci Vmbrũ dicunt: ut intelligas primos Vmbros etiã Hiſpanias tenuiſſe uniuerſas/ ab Scythię gentibꝰ Vmbris ueniẽtes: ut inſinuauit Pliniꝰ Varronẽ ſecutus·

Celtiberia

De·iiii·rege Aſſyrioꝝ·

Hym Vx

Quarto loco r̃gnauit apud Babilloniaʒ uxoꝛ Nyni Aſcalonita Semiramis ãnis. xlii. Hec anteceſſit militia: triumphis: diuitiis: uictoꝛiis ⁊ imꝑio oẽs moꝛtales. Ipſa hãc urbẽ maximã ex oppido fecit: ut magis dici poſſit illaʒ edificaſſe q̃ʒ ampliaſſe. Nemo unq̃ʒ huic femine cõparãdus eſt uiroꝝ: tanta in eiꝰ uita dicunt̃ ⁊ ſcrbunt̃ cũ ad uituperationẽ: tum maxime ad collaudationem magnifica.

Superfluũ eſſet de rebus Semiramidis nos occupare: q ad nr̃a exponenda feſtinamus· Nã ea quę hic breuiſſimis abſoluit Beroſus/ copioſiſſime legunt̃ in auctoribꝰ qui eum ſequũt̃: Trogo: Iuſtino Diodoro p̄cipue in·iii·li·& aliis Latinis atq; Grecis hiſtoricis· In hoc comentario: hec ꝓ ſacris lr̃is notãda uident̃/ ꝙ Diodorꝰ in·iii· ſcribit Semiramidẽ natã ex Dea Aſcalonita/ quã Dircetẽ ideſt ſemipiſcem uocãt: eãq; dictã Semiramidẽ/ ꝙ Semiramis lingua Syra dicant̃ aues a quibus nutrita ſit: & potiſſime colũba: in quam moriens conuerſa eſt: poſtq̃ uixit ãnos duos & ſexaginta/ ut Ctheſias Gnydius ſcripſit: cũ quadraginta duobꝰ regnaſſet· Docẽt aũt ſacrę hec duo· Primũ deã Aſcalonitaꝝ eſſe Dagon/ lingua Hebrea dictã: quã iidẽ Hebrei piſcẽ interꝑtant̃· Hieronymꝰ uero meliꝰ: piſcẽ meroris dici aſſerit· Hoc ꝓpinquiꝰ cõgruit Diodoro: q ſcribit eam deã cũ adulterino cõcubitu peperiſſet Semiramidẽ: pudore atq; merore ductã ſeſe ĩ ſtagnũ demerſiſſe: & in piſcẽ cõuerſa/ ꝓ numine fuit a Paleſtinis habita· Alterũ eſt ꝙ Semiramidẽ ideſt auẽ & columbã Babillonii/ nõ ſolũ ꝓ conditrice urbis Babillonię habebãt: uerũ etiã uti Romani Romulũ deam uenerabant̃. Hoc ſacer uates Ieremias indicat: ubi cũ Babillonios Hebreoꝝ uaſtatores uẽturos uaticinaret̃: colũbã illoꝝ cõditricẽ exp̃ſſit dicẽs· Fugite inqt a facie gladii colũbę·

Semiramis

Huiꝰ primo ãno oꝛit̃ ex Rhea ⁊ Cameſenuo ĩ egypto Iuno egyptia cognomĩata Iſis maxima

Cur iſta cognomĩa ſortita fuerit Iſis Egyptia: Plinius in·vii·naturalis hiſtorię tradit: copioſius ue

frugifera: legifera: ſoror ⁊ uxor Oſiridis.

ro Diodorus in primo & ſecūdo libro ꝗ etiā in colūna eiꝰ triūphali in Egypto ſacris lr̄is inſcriptū ita eſſe aſſerit. Ego ſum Iſis Egypti regina a Mercurio erudita. Quę ego legibꝰ ſtatui nullꝰ ſoluet. Ego ſum Oſirides. Ego ſum prīa frugū inuētrix. Ego ſum Ori regis mater. Idē Diodorus paulo ſuperius ſcribēs: Saturnus inquit ſororē Rheam capiēs uxorē/genuit Oſiridē & Iſidē/quos Egyptii & alii uocāt Iunonē & Iouē qui uniuerſo imꝑauit orbi. Ergo ſplēdide mētiti ſunt cū Orpheo Greci: q ꝓſtitutā a Phenicibꝰ yo Inachi filiā grecā: fabulant᷑ fuiſſe Iſidē hanc reginā Egypti: ut tam Herodotus q̄ Diodorꝰ hiſtorici Greci conſcribūt: & Beroſo atqꝫ hiſtorię antiquiori Egyptię accedunt: nō Grecanicis fabulis mendacibus.

Eodē āno Sabatiꝰ Saga a pōto ſoluit ī Italiā ad patrē Ianū quē exceptuz hoſpitio poſt aliquot ānos illū Coritū creauit: ⁊ Aboriginibꝰ p̄fecit. Anno. vi. Semiramidis apō Rheni ſarmatas regnauit filiꝰ Tuyſcōis Mānus: ⁊ apud ianigenas Razenuos Veſta uxor Iani ſempiternū ignē cuſtodienduz uirginibꝰ puellis edoctis ſacra tradidit. Anno. xii. Semiramidis: Sabatiꝰ Saba cū Iano r̃gnat.

Ad Italiā & Germaniā ſermonē Beroſus uertit: triaqꝫ nos erudit/ quo tp̄e/ ſecūdo regi paruit Germania: & Saturnus ad Ianū claſſe uenit: & Veſtales puellas Thuſcas Veſta edocuit atqꝫ inſtituit. A. xii. āno Nymbroti uſqꝫ ad ſextum Semiramidis cōputant᷑ āni centū & ſexaginta quatuor ꝗbus regnauit Tuyſcon gygas: ad cuiꝰ medietatē tēporis nō ꝓuenerunt Babillonici reges: ꝗa uiri ſanguinum & doloſi/ut illi/nō dimidiabunt dies ſuos: ut teſtantur ſacra eloquia. Mannū ſucceſſiſſe Tuyſconi/etiā Tacitus refert de ſitu & moribus Germanoꝝ/a quo alueꝰ & fluuius Alemānus dicit᷑: ut nominis interp̃tatio conuincit. Aleeni Scythice & Alue interp̃tant᷑ alueū docti Talmudiſtę. Hinc Alemānus: Alueus eſt & fluuiꝰ Māni: a quo & Alemānos cognoīari nemini dubiū eſſe pōt. Ergo Tuyſcones filii: Alemāni uero nepotes ſunt. Gęli & terrę: ideſt Iani priſci ac Veſtę. Eodē anno Veſta mater docuit Veſtales Tuſcas/atqꝫ inſtituit cuſtodire ignē ſacrificū ſempiternū: quē etiā deus iuſſit imaculate atqꝫ inocenter Hebreos olim ſacerdotes ꝓcurare pro iugi ſacrificio dicēs: Leuitici/Ignis ſemꝑ in altari meo ardebit. Extat integrū Vetulonię paladiū: ab Iano & Veſta conditū atqꝫ ſempiterno igni ſacratū: ut inuictiſſimo argumēto ſunt/& ſacri cineres adhuc ꝑſeuerātes: & titulus/illis Ehtruſcis uetuſtiſſimis lr̄is inſcriptus: quę a nobis relata & ꝓlata ſunt in ſexaginta ſeptē reſolutionibꝰ. De Sabatio in prīo Saturnaliū Macrobiꝰ tradit: eū claſſe aduectū circa Ianiculū/comi hoſpitio ſuſceptū fuiſſe a priſco Iano: q̄ pro eius meritis primo creauit Italię Coritū: ideſt Iouē haſtatū. Nam ꝓprie primi Saturni: ſucceſſores uero regni

Ioues dicti ſunt:quos Etruſci Itos ideſt Ioues:& Coritos ideſt haſtatos Ioues uocabant. Teſte eni Macrobio in Saturnalibus/ Itum & Itim/Etruſci fiduciā Iouis ſiue Iouē & Iunonē dicebāt:ſicut Egyptii Iſum & Iſim. Porro Corim haſtā & ſceptrum uocabāt:ſicut Curis a Sabinis:& Quiris a Romanis ꝓferebat᷑. Hinc Quirites haſtatos Ioues/atqꝫ coronatos/rei publicę gubernatores/antiqui Romani uocabāt: ꝗa ante Romulum reges haſta & ſceptro pro corona utebant᷑: ut auctor eſt Trogus: & poſt eū abbreuiator eius Iuſtinus libro.xliii. Primo ergo illū comitē Cranę filiæ aſſignans/Coritū Aboriginibus creauit:ut melius indocile genus cōtineret᷑ in officio auctoritate pōtificis. Vn̄ ut illi uires p̄tātis augeret:ſecū participata potētia cōregnare ꝑmiſit. Macrobius addit:quia etiā docuit ruris peritiā:eum ſocietate regni muneraſſe. Qđ ꝓfecto ei reſpondet:quod nūc ſubinfert Beroſus dicens.

Anno.xvii. Semiramidis Sabatius Saga docet agriculturā ⁊ aliquantulū religionis.

Quod ambiguitatē ingerit: hoc eſt Ianum primum docuiſſe agriculturam & uinum & religionē/ ut ſacrę litteræ aſſerunt: & Beroſus iam conſentit: & Fabius Pictor aſtipulat᷑. Non ergo religionem & agriculturam docuit in Italia Saturnus Caſpius: anteq̄ Comarus & Ianus cuncta docuerant. Rurſus Comarus: Cameſes:Ianus/de more colonias poſuerunt & loca a ſe cognominata. Nō uidet᷑ igitur Saturnus conregnaſſe Iano: qui de more initi regni nulla loca & oppida condidit / nec a ſe nominauit. Nam ꝙ ab eo tota Italia dicta eſt Saturnia:nō id fuit eo uiuente/ ac agente aliquid in beneficium humani generis:ſed a Iano poſt mortem Saturni id nomen Italię inditum fuit:ut Macrobius Iginum & Trallianū ſecutus in primo Saturnaliū tradit. Sed hec non obſtant: quippe quia Ianus pater: ut retulit ſupra Beroſus docuit agriculturā ſimplicem & rudem : quę ſimul ad uictum & exercitium eſſet / non ad uitam uoluptuoſam. Sed Saturnus Caſpius adiecit aliquod adiumentum ad facilius metēdum/& putandum uineas & arbores: potiſſime falces fenarias: frumentarias: & ceſiuas ac putatiuas arborum:ob quod ſolus uendicauit ſibi nomen falciferum:dicente Ouidio:ueniſſe ad Ianum Saturnū/cum celicolis ſedibus pulſus idem eſſet/ prius pererrato falcifer orbe deus. Nec exponendum eſt / celicola regna Grecię / ſed Seythię: quippe quia celicolę ideſt Ianigenę primi Scythę fuerunt. Nam a Iano Ianicolę:& & ab eodem cognominato Celo celicolę iure dicunt᷑. Itaqꝫ ut breuibus reſumamus & Ianus primus agriculturam docuit ſed ſimplicem: At uero Saturnus uoluptuoſiorē. Et hanc reſponſionē innuit Macrobiꝰ in primo Saturnaliū cū ait. Ianus cum Saturnꝰ illū ferū & rudē ante fruges cognitas uictum/in melius redegiſſet/& ab eo edoctꝰ eſſet peritiā ruris:illū ſocietate regni munerauit. Qđ uero obiicit᷑ de religiōe iā Beroſus dicit aliq̄d religiōis/& nō religionē:& hāc docuit nō erudititiſſimas celicolas ſiue Ianigenas & Etruriā: ſed Latiū rude & Camertes Vmbros indociles:dicēte Virgilio i.vii. Eneidos de eodē Saturno. Is genus indocile:& diſperſū mōtibꝰ altis. Compoſuit:legeſqꝫ dedit : Latiumqꝫ uocari maluit:his qm̄ tutus latuiſſet in oris. Falſum quoqꝫ aſſumit᷑: cū fuit oppoſitū:ab eo ineunte regnū / nō fuiſſe de more uetuſto miſſas colonias/ & loca p̄bita a ſe cognoīata· Nã a Caſpiis Bactriis ſua patria/ Caſperulã dedit: & a ſe Sabatio Sabum filiũ noīauit/ a quo Sabini dicti fuere: & a cognoīe Sangny/ Sanctus a latinis dictus:& loca Sagnynaia:& Sabatia ꝓprio nomine extãt:& Cures ab auito ꝓnomine poſiti fuere· Nã de Caſperula & Sancto auctore gentis Sabinę:& Sabo denomīatore eaꝝ:noſter Sillius Italicꝰ uerba facit hoc modo in·viii·li·Et leti ꝑs Sanctũ uoce canebãt auctorẽ gentis: pars laudes ore ferebant:Sabe tuas:q de patrio cognoīe primꝰ dixiſti ppl̄os:magna ditione Sabinos·Et paulo ſuperiꝰ de Caſperula oppido· Hinc Amiterna cohors:& Bactris noīa ducens Caſperula· Marcus Cato de originibus aſſerit Sabinos dici nõ a Sebonię ut Greci ſomniant:ſed ut ait Sillius a Sabo filio Sangny·Nã Sabatio tria cognoměta a ſuis Curetibꝰ Sabinis & Thuſcis indita fuerũt· Fuit enĩ dictꝰ a religiõe atqꝫ fide Piſtius ſiue latine fides & fidius a ꝑticipatione regni cauſa Iano Semipater ſiue ſemirex: & a Saga patria Sangy/ut marmora exciſa uocãt/ſiue Sangni ut Cato ſcribit & Tuſci ꝓferimus ſiue Sanctus:& Sanctus Romani ꝓnunciabant·Huic eſt argumento in Faſtis Ouidius dicens·Querebam nonas/Sangto:Fidio ne referrem: An tibi Semipater· Tum mihi Sanctus ait· Cuicunqꝫ ex iſtis dederis:ego munus habebo· Noīa terra fero:ſic uoluere Cures· Ergo initi regni & originis ſuę: cõtra Grecũ Saturnũ:Sabiꝰ inuictiſſima monuměta reliquit:a Bactriis quidẽ Caſpiis Caſperulam oppidũ:& a Saga gente amnẽ Sagnynaiã iuxta Agillã:& Sangnynaiã regionẽ iuxta tẽplũ lacũqꝫ Vadymõnis:& paulo ſuperiꝰ oppidũ Sangninã iuxta Celenũ· Rurſus qa teſte Beroſo & Valerio maximo li·ii·ca·prio/a Cure genitus eſt Sabatius & a Curetibꝰ & Lydis Tuſci trahũt originẽ/teſte Valerio maxio li·ii·equidẽ i ꝓpinqua nobis Chyana regiõe atqꝫ Sabinis/Cures dicta/oppida cõdidit ab auito noīe·Verũ cũ teſte ut ſupra Ouidio/in Sabinis oppidũ abſolute Cures dicat᷑:in Etruria tñ Capenatũ ꝑ diſtinctionẽ ueteres/a regiõe chyana/uocauerũt Curi Chyanũ/ nõ Cocleanũ ut quidã originũ ignari ſcribũt·Quin etiã ut ītelligas cũ Iano Sabatiũ Caſpiũ & nõ fabuloſum Grecũ Saturnũ corregnaſſe:a ſuo ꝓprio noīe Sabatiã uocauit totã regionẽ Ianiculã uſqꝫ ad litus maritimũ ꝓtenſũ ab oſtiis thyberinis uſqꝫ amnẽ a ſuo cognoīe dictũ Sangninaiã/ ꝓpe Cęre uetus·Nã in Hetruria ꝓxima Romę/& ſecus mare eſt Sabatia ꝓuincia: ut Strabo in·v·docet: & Sillius in·viii·li·inſinuat· Eſte ꝓcul eſte ꝓphani Greci:totoqꝫ Hetruſco abſiſtite Luco:quia nullius uetuſtatis originem p̄claram nobis cõtuliſtis:aut Sabinis·Potius equo aīo adhuc ueraciſſimum Beroſum excipitote dicentem·

Anno Semiramidis·xxii· Sabatiꝰ Sabũ p̄fecit Sabinis et Aboꝛiginibꝰ: ip̄e iuxta ianiculũ cũ aliis Curetibꝰ regionẽ coluit ⁊ ibi obiit. Anno·xxxiiii·eiuſdẽ apd̄ Celtiberos r̄gnat Iubalda filiꝰ Iberi:apd̄ mõtẽ ſui noīs.

bulda rex·3ꝰ

Ergo de originibꝰ Italię atqꝫ Tuſcię non audiemus Grecos/ in his quæ contra eos ſunt argumenta ſimul & auctores inuictiſſimi/& teſtimonia locis ꝑſeuerantia·Nã Curetes Italos Sabatiꝰ Caſpius filius Curis genuit·Razenos Tuſcos/ Ianus cũ filio Crano/ & ſibi ex Iapeto nepote Comaro edidit Sabinos Sabus Cures protulit:a quibus prodiuerũt Sabelli: quos latini Samnites: Greci uero Saunitas appellauerũt: ut Pliniꝰ tradit in·iii·naturalis hiſtorię· Germanos quoq; nõ Greci fabuloſi/ſed Ianus & Veſta/ſiue Celũ & Terra cũ Tuyſcone filio genuit: ut Beroſus ſcribit: & memoria Germana prodit: & Tacitus refert de ſitu & moribꝰ Germanoꝝ· Neq; Galli a Grecis/ ſed potius a Gallis Aſia & Grecia/ cũ coloniis etiã lr̃as & diſciplinas conſequutę fuerũt: ut in ſupioribus comentariis probatũ eſt· Pari forma & Hiſpania nr̃a nõ habuit genitores fabuloſos Pyrenẽ: Luſum: Herculẽ: Panaq; & alios Grecos: qa hec falſa: & fabuloſa ſunt: ut in·iii·naturalis hiſtorię Plinius ſignificat Grecos deridens: ſed ut ibi aſſerit/ Varronẽ ſecutus & Beroſum atq; diuinas lr̃as: a Scythis/Iberis/Siriſq; ac Phenicibus/Iubale cognomẽto Taracone: & Ibero: & quem nũc tertio loco regnantẽ Iubelda inducit Beroſus· Eſt nomen compoſitũ ex tribus dictionibꝰ Iub el eda: ꝑ ſinereſim uero Iubelda· Conuertit̃ in latinũ/Magus deificę uoluptatis: ideſt philoſophus/theologuſq;: quia primus Theologiã & ſacra auxit & in delitiis poſuit apud Hiſpanos: ut interpretatio nominis accuſat· Nã teſte Hieronymo ac Talmudiſtis: Iobel magus dei: Eda uero delitię atq; uoluptas interp̃tat̃· Tenuit montẽ circa Beticã: quẽ in Ptolomeo corruperũt aliquantulũ ſcriptores: imprimẽtes Iubeda: corruptius uero nũc uernacula lingua profert̃ Gibetar· Nam proferendum ſimul & ſcribendũ eſt ut Beroſus: Iubelda aut Iobelda·

5. Babi
lonie rex

Quintus apud Babillonios regnauit Zameis Nynias filius Semiramidis: annis. xxxviii. In regno babillonico hic parũ reſplenduit: ornauit tñ templa deoꝝ ⁊ Caldeos ampliauit.

De filio Nyni etiã Nyno dicto: ſed cognoĩato Zatneis: Diodorꝰ in·iii·li· aſſerit natũ fuiſſe paulo ante patris Nyni priſci obitũ: & ob id Semiramis ſexũ uirilẽ mẽtita: regni curã habuit: ut Trogꝰ & Iuſtinus ſcribũt· Studuit religioni & ampliauit Caldeos ideſt ſacerdotes theologię/ phiſicę/atq; aſtronomię dicatos· Q̃d uero parũ fulgoris militię adiecerit: cũ Beroſo ſcribit Iuſtinus in primo libro dicẽs· Nynus inquit filius Nyni & Semiramidis/cõtentus elaborato a parentibus impio: belli ſtudia depoſuit: & ueluti ſexum cũ matre cõmutaſſet: raro a uiris uiſus: in feminaꝝ turba cõſenuit· Id ipſum uidet̃ cõſentire Diodorus in·iii·libro ſcribẽs· Poſt obitũ inquit Semiramidis filius eius cũ ſingulis pacẽ egit/nequaq̃ matrẽ imitatus: ſed oẽ uitę tempus/recluſus in regia/cõſpectũq; hominũ uitãs: inter Pellices & Eunuchos ociũ & delitias ſequutus: traduxit· Sed aliena & Babillonica dimittat Beroſus: & de noſtris nos inſtruat dicens·

Jany mors

Eius ãno primo cuz Sabatius obiit: ianꝰ pr̃ ſeniſſimꝰ filiũ ſuũ Cranũ Coritũ creauit: octauoq; poſt ãno obiit expletis uite ſue ãnis. cccl. ⁊ Ianigene illũ Vortũnũ appellãtes: tẽplũ illi ⁊ di/

De morte Sabatii ꝙ ante Ianum obierit: teſtat̃ Macrobiꝰ in primo Saturnaliũ/aſſerẽs Ianũ in honorem Saturni poſt eius deceſſum iuſſiſſe oẽm Italiã dici Saturniã: & cũ æra ſignaret illũ in honore habuiſſe· Nã illiꝰ ratẽ ex una p̃te: ſuã uero faciẽ ex altera impreſſit/

uinos homines:ut par erat impenderunt.

Qđ & bona posteritas imitata: puppim formauit in ęre:hospitis aduentū/testificata dei:ut in primo de Fastis Ouidius cōcinit. Berosus quoqꝫ de tpe/etateqꝫ Noę post terraꝝ iundationē cū Moyse cōgruit. Ex quo cōsequēs est: Habraā hoc āno fuisse natū ānos octo & quinquaginta: ꝗa totidē supputant̕ /a.xliii. anno prisci Nyni quo natus est idē Habraā:usqꝫ ad octauū huiꝰ Nyni iunioris:quo Ianus naturę cōcessit. Redarguūt̕ quoqꝫ de publico mēdacio corruptores sacraꝝ lraꝝ Talmudistę/q asserūt post mortem Noę fuisse conditā a Nymbroto turrim Babillonię:cum Nymbrotus/ut patet/ obierit ante octauū annū huiꝰ Nyni/ sub quo e uita Ianus discessit: annis ducentis uiginti:ut liquet supputāti ānos Beli:& prisci Nyni:& Semiramidis/cū octo annis uitę huiꝰ zameis Nyniadis. Qui uero honores Iano mortuo fuerint a Thuscis ipensi/satis ab Ouidio:Macrobio:& aliis dicti sunt:dignātes illū appellatiōe diuina/eū iusticię germē cū nōdum sub eo iusticiā facinus mortale fugasset: & itē uelū celūqꝫ sempiternū qđ tegit:cōprehendit:regitqꝫ oīa:& eiuscemodi deo digna. De Vertūno Iano diximꝰ sup Vertūnianā Propertii:q̄ diuini honores includant̕ in eo uocabulo.

Hoc āno Osiris inuētis a se ⁊ a soꝛore adolescētula frumēto et frugibꝰ:cepit docere illa in palestina:inde reuersus in Egyptū:⁊ inuēto aratro ⁊ his que ad agriculturā ꝑtinēt: sensim uniuersum ꝑagrauit oꝛbē:docens quecūqꝫ īuenerat:⁊ ita uniuerso imꝑauit oꝛbi: exceptis gentibus que iam in Babillonioꝛuꝫ uenerant potestatem.

Affert dubitationē : cur Osiris iā ferme sexagenariꝰ & Isis iā quinquagenaria dicant̕ tpe hoc inuēti aratri & frugū/pueri & adolescentuli:non a Beroso & Egyptiis modo/sed etiam a latinis/dicente Virgilio de eis in Georgica: Vnciqꝫ puer mōstrator aratri:& prima Ceres ferro/ mortales scindere terram instituit. Sed hec ambiguitas soluit̕ ex his quę supradiximus. Qui enī gyganteo ęuo uiuebāt/ad ducētos ānos dicebant̕ adolescētes:ad quatrincētos uiri ac iuuenes: ad sexcētos senes:inde decrepiti. Porro Osiris gygantum ęuū cū sorore sequebat̕:quippe ꝙ Isis ad sexcentos ꝑuenit:ut inferius edocebit noster Berosus:cū de Iasianis & Cybelicis nuptiis memoriā faciet. Inuenerunt aūt casu fruges Isis & Osiris/& illoꝝ aīaduersa utilitate/tradiderunt eā mortalibꝰ/ac ꝓpterea dii & imꝑatores orbis habiti sunt: ut Diodorꝰ asserit in primo & scđo &.v.li. Nā qui mortalibꝰ bn̄ficia impendissent duces:eos in imꝑatoꝝ & deoꝝ numerū homines habebāt:ut Diodorus & alii cōscribūt. Ergo Iuppiter iustus Osiris imꝑauit uniuerso orbi: ꝗa cū sorore de uniuerso orbe benemeritꝰ fuit: quippe ꝗa uniuersum ꝑagrauit orbē docens/& īpios tollēs:& iustos p̄miis donās ut in.v.libro Diodorꝰ est auctor: q̄ & in primo libro asserit: in eius egyptia triūphali colūna: ita inscriptum esse. M.inquit pater est Saturnus: omnium deorum iunior. Sum uero Osiris rex: qui uniuersum peragraui orbem : usqꝫ ad Indorū desertos fines: Ad eos quoqꝫ sum ꝓfectus qui ſeptētrioni ſubiacēt/& uſqꝫ ad Iſtri fontes:& alias partes uſqꝫ occeanū: nec fuit in orbe locus quē nō adiuerim:docens ea quoꝝ inuētor fui. Quę aūt docuerit:& ſi plura fuerint/hec tamen breuibus refert Tibullus dicens.

Primus aratra/manu ſolerti/fecit Oſiris: Et teneram ferro ſollicitauit humum.
Primus inexpertę cōmiſit ſemina terrę: Pomaqꝫ nō notis/legit ab arboribus.
Hic docuit teneram/palis adiungere uitem: Et uiridem dura/cedere falce comam.

Ergo Sabatius falcem/ Oſiris putare melius docuit: orbem nō eodē tēpore/ſed aliis & aliis tēporibus/ & ſenſim ut exprimit᷑ a Beroſo. Potuit autē in Paleſtina docuiſſe Samū Iani filiū quē Hebrei cognominānt Melchiſedec ideſt regē iuſtitię:quaſi epithetone Iani. Nā Samus quincentis annis uixit poſt diluuium: ut Moyſes aſſerit. Quare uiuebat hac etate. Et quia ut idē Moyſes ꝑhibet/ erat ſacerdos dei altiſſimi: idcirco eſt ualido argumēto pro primis inuētis in Paleſtina panibus: gratias egiſſe deo:& panē & uinū deo in ſacrificiū offerri inſtituiſſe:quia ob panē inuentū genus humanū fuerit erectum a mutua cede:ut Diodorus ſcribit in primo libro;figurans Meſſię cede/atqꝫ pane deifico/& ſacerdotio ſcd̄m ordinē Melchiſedech: orbē a morte cecitatis animarū liberandū. Poſt hec ad Europam ſe uertens Beroſus ait.

His temporibꝰ regnauit apud Celtas Sarron: qui ut cōtineret ferociā boiuꝫ tum recentū: publica litteraꝝ ſtudia inſtituit ⁊ apud Tuyſcōes Inghaeuon

Nomen arguit a Sarrone duce Zarronidas dici Gallos doctos: de quibus in.vi. libro Diodorus ſic ſcribit. Sunt inquit apud Celtas theologi ac philoſophi: quos uocant Sarronidas : q p̄cipue ab eis colunt᷑. Nam moris eſt apud eos/nullū abſqꝫ philoſopho ſacrificiū fatere. Exiſtimant enim ꝑ diuinę naturę conſcios:ſacra fieri oportere:tanq̄ diis ꝓpinquiores. Horū interceſſione:bona a diis cenſent petenda:quoꝝ conſilio & bello & pace fruunt᷑. Hec Diodorꝰ. Sane nō eſt exiſtimandū ante Sarronē nō fuiſſe litteras & Theologiā atqꝫ philoſophiā apud Gallos/ cū ſupra demonſtratū fuerit/ea extitiſſe Samothei etate:ſed ut Beroſus ait;nō erant gygnaſia publica:quę ſola mitigāt humanā ferociā. Hac eadē etate Germanis fuit rex Inghaeuon:de quo in Genealogiis diximꝰ. Inghaeuon ediculus incertus interpretat᷑ a Talmudiſtis doctis:q̄a more Scythico uagas edes docuit habitare: ut inſinuat Tacitus de moribꝰ Germanoꝝ dicēs. Nullas Germanoꝝ populis habitari urbes notū eſt:ne pati quidē inter ſe iunctas edes. Colūt diſcreti ac diuerſi:ut fons/ut campus/ut nemus placuit. Vicos locant/nō in noſtrū morē cōnexis & coherentibꝰ. edificiis. Suā quiſqꝫ domū ſpatio circūdat: ſiue aduerſus caſus ignis remediū: ſiue inſcitia edificādi. Ne cementoꝝ quidē apud illos aut tegularū eſt uſus. Matira ad oīa utunt᷑ informi:& citra ſpeciē aut delectationē. Quedā loca illiniūt terra/ita pura ac ſplendēte: ut picturā ac liniamēta coloꝝ imitet᷑. Solēt & ſubterraneas ſpecus aperire: & eos multos inſup fimo onerant: ſuffugiū yemi/& receptaculū frugibus. His ſimilia plura Tacitus proſequit᷑:argumēta uetuſtæ rudis originis: quę poſtea Romanis moribus introductis/deleta fuerūt:& in melius redacta.

rex·Bab

De·vi·rege Aſſyriorum·

Sextus Babillonie rex Arius regnauit ānis·xxx· qui adiecit imperio oēs Bactrianos. Naꝫ paulo ante moꝛtē Nynie Cameſenuus pulſus ab oī ferme oꝛbe in Bactrianos ſeſe ꝯtulerat: ⁊ illos magico p̄ſtigio ſibi deuixerat: adeo ut apd̄ illos maris uirib⁹ imꝑaret. Coacto aūt Cameſenu⁹ maximo populoꝝ exercitu inuaſit Aſſyrios: contra quē Nynus dimicans ſuperioꝛ fuit: ⁊ Cameſenuū obtruncauit inde paulo poſt ip̄e obiit. Quare Arius collecto exercitu: poſt patris Nynie obitum: Bactrianos ⁊ oēs Caſpios ſubiecit.

Si Nynus iunior īter pellices oē euum exegit/ pace cum gentibus compoſita: qūo bella contra Bactrianos geſſit· Sed huic queſtioni hoc ſit ſatis: Nynum iuniorē nunq̄ bella geſſiſſe/aut in conſpectum hominū a Pellicibus prodiuiſſe:ſed militiā per ſuos principes egiſſe:ut in·iii·libro Diodorus eſt auctor· Verū id fuerit diſſonum:ꝙ omnes auctores excepto Beroſo/ſcribunt a Nyno priſco fuiſſe interemptum Cameſem dictum Zoroaſtem· In qua re exiſtimo adherendū eſſe Beroſo: cū quia de Babillonicis bellis babillonico magis credendū eſt: tum uel maxime quia tēpora conuincunt ꝓ Beroſo· Nō enī Iſis egyptia nata eſſet primo anno Samiramidis/ ſi a Nyno pater Cameſes fuiſſet interemptus: qn̄ quidē adhuc Rhea & Cameſes non dū ex Egypto diſceſſerant· Equiuocatio tamē nominis Nyni in patre ac filio: cauſa diſcordię fuit· Sed hoc ad Europanos nihil attinet:potius de Thuſcis Europanis audiamus Beroſum dicentem·

Cranus Ianigena ſoꝛoꝛē ſuam moꝛtuaꝫ cum Ianigenis Razenuis ſuis ⁊ omnib⁹ ſimul Aboriginib⁹ ſolēni pompa celebꝛat Et illi Lucum iuxta Ianiculum amnē ſolēneſqꝫ ritus ⁊ dieꝫ ſacrat: ipſe ſenex filium ſuū Aurunum Coꝛitum creat.

Supra Beroſus ſignificauit Cranum ſucceſſiſſe patri Iano in Vetulonia: ubi ab eius nomine hac etate Craniſa pars Vetulonię eſt/ a qua fontem Craniſum dicimus Porro a cognomento eius Razeno/amnē Razenū & Razenenſem regionē tenemus· Inter Cornuetū quoq; atq; MontAtum/regio Cranichēſis eſt: ut cōtractus in Archiuis noſtri cōuentus nominat atq; ſeruat: quā uulgo quidam uocāt Cranchenſem· Ceterū in·vi·Faſtoꝝ Ouidius habūde canit ſolēnia Cranę:quā a poſteris aſſerit tranſpoſita littera·r·dici Carnem:a qua nomē Cardinis habet originē:ut ipſe ait· Ergo a Iano Ianua:a Crano & Crana Ianuarū orti ſunt Cardines/ac ꝓpterea fuit ſecundns Ianus Cranus:& Iana ſoror eius Crana. Quod Facius de Vbertis Florentinus hiſtoricus ſimul & p̄clarus Coſmographus p̄uidit atqꝫ ſignificauit:cum apud thyberim Noę patri/ ſucceſſiſſe aſſerit Ianum: ſupple iuniorem:quem Beroſus cognominat Cranū Razenuū:a quo Tuſci uocati ſunt Razeni ut Dioniſius Halicarnaſſeus in primo libro eſt auctor. Neqꝫ tamen arbitret᷑ lector Cranū ſorori ſtatuiſſe lucum & annuos ritus diuinos/ſed parentalia:quia nondum idolatria Tuſcanico pectori inſederat: ut paulo poſt uidebimus. Cranus inquit ſenex creauit filiū ſuū Aurunū Coritum/ ideſt coronauit eum Iouē ſibi ſucceſſorē in Etruria:a qua Beroſus in Hiſpanos proficiſcitur dicens.

[illegible] rex cel tiberoꝝ

Arii.xx.anno apud Celtiberos regnat Brygus: qui multa oppida ſuo nomini fundauit: adiectis nominib⁹ capitū originuꝫ: quibus illa conſignabat.

Brygum Aſiani Phrygū pronunciauerunt: qm̄ teſte Plinio in.v. naturalis hiſtorię Brygos qui ab Europa ī Aſiam pro ſedibus traiecerūt:equidem Phrygios dixerūt. Cū Brygi Hiſpani colonias ī Aſiam mitterent:etiam in Tuſcana Sabatia colonias conſanguineis reliquere/apud lacum Sabatiū:cuius portio una ab eis Brigiana eſt/a qua conditū eſt oppidū Brigianū:quod corrupte proferimus Bracianum/ſed ante Arcennū & prius Barcenū. Nam ut argumento coſmographico utamur: quo pacto uocatæ ſunt colonię in Alpinos a Thuſcis miſſę teſte Liuio in.v.ab urbe cōdita:equidē codē uocatę ſunt illarū origines:ut a Rheto Rhetii:& ab Etruſcis Cathenacus Cathenaces.& eiuſcemodi/quas Plinius in Alpinis enumerat. Seruarūt enī originū ſuaꝝ nomina/de mor̄ uetuſto/uti par erat. Ergo quia plinius Alpinos Tuſcos uocat Brigianos & non Bracianos:conſequens eſt: ut regio in Hetruria ſit & dicatur Brigiana a Brigis Hiſpanis conſanguineis: & non a Brachio Braciani: ut ignari originū ſuſpicantur. Vt autem intelligamus Brigos in immenſum coaluiſſe in Hiſpania: argumento ſunt/ꝙ opus fuit eos querere nouas ſedes & in Europa & in Aſia:ut inſinuat Plinius:& in Hiſpania multa capita originis Brigianæ fuere/ut Beroſus ſcribit. Quin etiam ut memorat Ptolomeus cum Plinio: in Aſia ſunt Phrigii. In Vindelicia Brigantes & Bartobriga:quam quidam Ratiſbonam nunc dici exiſtimant Item in Tuſcia Brigianos:In Hibernia Brigantes populos:& Brigum fluuium:ab eodem duce ac gente ſcribit Ptolomeus. Rurſus deſcribit in Luſitania quidē Laccobrigam:Mirobrigam:Arcobrigam:Merebrigam:Arabrigam:Talabrigam:Cotgacobrigam:Deobrigam:& in Tarraconenſi:Brigantium:Nemorbrigam:Tungobrigam:Volubrigam:Celiobrigam:Iacobrigam:Dobrigulam:Nertobrigam:& Sigobrigam. Itaqꝫ ut Magus/quia multa oppida in Galliis condidit/idcirco Galli oppida ab eo magna uocabant:ut in precedentibus fuit expoſitum:pari forma Hiſpani a ducis proprio nomine urbes uocabant Brigas. Hinc & Iuliobriga/& Flauiobriga in Hiſpaniis a Ptolomeo ſcribuntur. Nunc ad alios Beroſus:ſe confert dicens.

Brigos Jn hiſ

Brigas

T

Apud Lybiã regnauit priſcus Hyarbas: uir ferox armis et militia Paladue.

Priſcũ Hyarbam dicit/ad diſtinctionem ſequentium/qui regnauerũt in Numidia uſq; ad Didonem. Ab hoc Numidas appellãt Hyarbas/uſq; ad hanc etatem: q̃uis quidam paulo minus aſſueti ex noſtris/Arabas uocent. Nam Genuenſes Tunizium colẽtes: expreſſe Hiarbas uocant: & ſimiliter ipſi Numidæ: ſeipſos Hyarbas a duce nominãt.

Anno. xxiiii. Arii apud Ianigenas Razenuos regnat Aurunꝰ filius Crani. Anno. xxix. apud Celtas Dryius peritie plenus.

Supra retulimus / quid Ceſar in .vi. comentariorum de Dryiudi huius ſucceſſoribus ſcribat. Porro Diodorus in. vi. li. de eiſdem ait. Celtæ utuntur diuinatoribuſ Dryiudibus: qui apud eos dum auguriis & ſacrificiis futura predicant: plurimi exiſtimantur: omnium eis obtemperante plebe. Cum uero de magnis rebus conſulunt: mirabilẽ incredibileq; conſuetudinem ſeruant. Iugulant enim enſe hominem. Quo decidente/cum ex caſu/tum ex membrorum laceratõne/& ſanguinis fluxu: ex quadam rerum antiqua obſeruatione: norunt futura. De eis quoq; Lucanus in primo lib. multa proſequitur. Plinius item/in fine. xvi. libri naturalis hiſtorie. nihil inquit habent Dryiudę. Ita enim Galli ſuos appellant Magos. Sed ut ait Suetonius in uita Claudii: apud Gallos Dryiudarum religiõem diræ immanitatis/interdictam ſub Auguſto: eam Claudius penitus aboleuit. Huius Dryiudis etate etiam Tuſcis imperauit Aurunus. Ethruſci dicunt Aurunus: Latini Auruns. Vnde cum inito regno/de more poſuiſſet colonias. a ſe uocauit Aurunas: ſiue Auruntas. Teſte Plinio in. iii. naturalis hiſtorię: urbem in Tuſcis Aurunum poſteri uocauerunt Saturniam: quam nuper reſtituere dirutam Senenſes: quos Tuſciæ uetuſtiſſimos teſtes induxit Euander in. vii. Eneidos ad Eneam loquens. Fama inquit eſt uetuſtior annis. Auruntos ita ferre ſenes: his ortus in agris Dardanus: ydeas Phrigię penetrauit ad urbes: Neq; ut quidam ſomnniant/inducit Latii populos Aruncos: qui Eneę aduentu non extabãt: cum diu poſt conditos hiſtorici eos referant: & falſo demonſtraſſet ac dixiſſet: his ortus in agris Dardanus. Neq; etiam conſuetudinis eſt de rebus domeſticis/inducere teſtes externos. Et idcirco Auruntos Tuſcos producit teſtes/qui uetuſtiſſimi de domeſticis ſuis/& eorum origine teſtimonium ferre/& originis locum uere demonſtrare poterãt & dicere: his noſtris agris atq; planitię Dardanus ortus fuit: & hinc a Turrhena ſede Coriti patris ſui/profugit in Samotraciam & Phrigias urbes. Non ſolum autem has unas colonias in Tuſcia/ſed plures etiam per Italiam miſit: quarum regiones uocabulo Scythico Mont Auronas ad hanc etatem uocamus. Nam ut Talmudiſta q̃dam retulit: Scythę ueteres municipes & ſocietatem uocabãt Mont: Aramei uero Maont. Porro etiam nunc noſtri Genuenſes/Municipium & ſocietatem inſulę Chii/uocant Maonã & municipes Maonenſes. Itaq; Mont Aurunum: municipiũ Auruni dicitur: ſicut & Mont Dirimanum: & Mont Italianum: & Mont Heranum: & Mont Atum: &

Mont Tethym in hac planicie/interpretantur municipium Dyrim ideſt Atlantis ſoceri Coriti & patris Electrę:quippe quia Mauri Dyrim uocãt Atlantem/ut eſt autor Plinius in·v· naturalis hiſtorie· Neqꝫ ut quidam putant Mont dicit̃ a monte: quia ex his quedam non ſunt in mõte: ut Mont Aurunus Mont Atus & eiuſcemodi/Quare eſt barbarum nomen & municipium dicit̃·Quare & reliqua municipia ſunt:Itali:Herę:Atus:& Thetidis·Nã & pater Tethyos Ianus hic regnauit: ſicut & Turrhenus filius Atus:Et nõ eſt dubium cum patre profectos per orbem filios Iani Tethym & Occeanum/ nomina ſimul & colonias reliquiſſe multis in locis: ex quibus ut diximus in hac planitie eſt Mont Tethys: & prope Vetuloniam templum/quod hac etate templum fatale in Vadymonna dicimus:& Plutrachus id dicatum Tethidi aſſerit:dum in uita Romuli dicit/ Albanoꝝ regem miſiſſe ad templum fatidicum Tethyos in Etruria·Porro & Occeani/ Tethyos fratris & cõiugis colonię ſunt Cupranica oppidum/nũc Capralica:cuius amni capo Occeanum nomen eſt inditum

De·VII·Rege ASS·

Septim⁹ Aſſyriis imperat Aralius annis.xl. uir iſte claruit ingenio ⁊ ſtudio militari:⁊ pꝛimus adauxit pompas et gemmas:⁊ muliebꝛes delitiaſ. Apđ Lybiã Hyarbas cũ Paladuis feminis belligerãs:nõ fuit illis par. Quare donis occurrẽs ſe ac regnũ illaꝝ ꝑmiſit poteſtati.

De paladuiſ/ideſt iniciatis ad militiam Dymõnis Tritonidis Mineruę/ut in multis lucubrationibus explicatum eſt:& ſuperioribus comentariis memoratum extitit: quas greci amazones uocãt Diodorus in·iiii·li· cõmemorat: nulla ibi facta Hyarbę memoria Ex his tamen quę ibi dicit/colligere poſſumus/ aut hoc Hyarbæ cum eis bellum fuiſſe primũ:aut prius a regina illaꝝ Myrina ſubactos Numidas: nunc cum Hyarba rebellantes iterato ab eiſdem in poteſtatem redactos·

Apđ Tuyſcões regnabat Herminon uir ferox armis:⁊ apud Celtas Bardus:inuentiõe carminum ⁊ muſice apud illos inclytus.

Cum Germanos ſemper Tuyſcones appellet Beroſus: argumentum facit/ ante Romãos Ceſares fuiſſe Beroſum: quia nomen Germanum circa tempora Ceſaris cepit:ut Tacitus autor eſt de ſitu & moribus Germanorum· Cum ergo apud Germanos illoꝝ/rex ferocia militari notatus militiam ſuos doceret: apud Celtas carmen & Muſica docebatur/a Bardo·De utroqꝫ rege hec inuenio·Ab Herminone Germani Herminoneſ appellationem in partibus habent:ut Plinius in naturali hiſtoria:& Tacitus ꝑhibet in li·de ſitu & moribus eorum: de quorum militia & edocta inſtructaqꝫ ferocia ſic ſcribit·Acies inquit per cuneos permittit̃ cedere loco: dummodo rurſus inſtes· Nam hoc conſilii/magisq̃ formidinis arbitrant̃:Corpora ſuoꝝ etiam in dubiis pre liis referũt. Scutũ reliquiſſe: p̄cipuũ flagitiũ: & huic ignominioſo/neq; aut ſacris adeſſe/aut cetũ conciliũq; adire fas eſt. Quare multi ſupſtites: belloꝝ infamiã: laqueo finierũt. Hec Tacitus. Quiſq; plura de inſtitutione militari & bellica/a duce Hermione tradita legere cupit: ꝑlegat p̄dictũ auctorẽ. Porro de Bardica ſecta apud Gallos in.vi.li. Diodorus Siculus ſunt inquit apud Celtas melodiarũ Poetę: quos appellant Bardos. Hi cũ organis ueluti cũ lyra cantãt: hos laudãtes/& alios uituperãtes. Et paulo poſt: ſunt inquit hii poetę tanti apud eos: ut cũ extructa acie/exercitus eductis enſibus: cõiactiſq; iaculis ꝓpinquant: nõ ſolũ amici/ſed hoſtes quoq; eorum interuẽtu: a pugna cõquieſcant. Ita apud agreſtiores barbaros ira cedit ſapiẽtię: & mars reueret᷑ muſas. Hec Diodorus: q̄q̄ agreſtiores barbaros falſitate Greca noſtros cõſanguineos Gallos ſcribat: qui ante Grecos litteras & muſas habuere: & Aſię atq; Grecię illas contulere: ut in p̄cedentibus eſt comprobatum.

Aralii anno.x. Armeni Janigene Griphonii cuꝫ coloniis ſuis ad Aurunũ Janigenũ uenerũt quos exceptos hoſpitio: etiã ſedem cum Janigenis Razenuis aſſignauit. Claſſe quoqꝫ Auſon eodẽ tp̄e ab Aurunno fuit exceptus anno octauo ſequẽte: ⁊ ſibi ſedes in orientali Italia ab eodem conſignata fuit.

Mendaces in hiſtoria Greci quidam atq; latini Greculi aſſerunt Auſones Apulos dictos ab Auſone Vlixis filio cõditos/poſt Troianũ excidiũ. Horum falſitas & figmentũ refellit᷑/auctorib⁹ aliis Grecis & Caldeis. Dioniſius enĩ Hallicarnaſſeus in primo li. grecas hiſtorias referens ait/primas colonias ex Grecia in Italiã trãſportatas fuiſſe/ab Enotrio Archade/decem & ſeptẽ etatibus ideſt quincentis & decem annis ante Troianũ excidiũ. Nam teſte Diodoro Siculo in.ii.li. etas & generatõ perficit᷑ ſpacio triginta annoꝝ apud Egiptios &.xxv. apud Grecos: ut ſupra Xenophontem ſcripſimus. Is aſſerit eundem Enotrium: repperiſſe iam Barbaros colonos/qui (ut ait) tunc Auſones dicebant᷑. Quo ergo pacto potuere/condi & dici nuper Auſones/poſt Troianum excidium a filio Vlixis: qui ante iddem excidium Troianum/& conditi & Auſones dicti erant: plusq̃ quincentis annis? Ergo & ueraciſſimus noſter Beroſus grecam uanitatem elidat dicens: ante etiam Enotrium Auſones conditos in Apulia: ãno Aralii.xi. Auſon/Aus Hebraice a Moiſe profert᷑: qui antea in Syria curua/poſuit Auſitides: ex qbus Iob ſanctiſſimus oriundus fuit: ut teſtant᷑ Hebrei. Nam eius prouincia & urbs ab Hebreis non Vs: ſed Aus ſcribitur. De eius ducis origine: ſatis in genealogiis expreſſimus. Porro & de Peruſinis mentiunt᷑ greci/a ſe cõditos fuiſſe quippe quia ante Pelaſgos Peruſia nomen Scythicũ/& ferme Hebreũ erat. Pęrus enim Griphon & Peruſia Griphonia dicit᷑ ab inſigni. Non negamus grecos Pelaſgos cepiſſe/Cortoniã & partem auxiſſe Peruſię/& Turrheniam & his cohabitaſſe: ut ſcribit in primo li. Dioniſius Halicarnaſſeus: ſed reiicimus mendaces/qui fingunt Peruſinos primum aut a Pelaſgis cõditos/ aut uocabulo grecanico dictos: ut auctor uerax Beroſus explicat/& interp̄tatio nois ſempiterno illoꝝ inſigni cõgruẽs/efficaciſſime conuincit• Tãta eſt greca uanitas & glorioſa ambitio: ut cũ in cõtrariũ extent auctores & argumẽta: nõ pudeat illos de Italię origine cõplurima ſcribere/& nihil ꝓbare: & multa palã mentiri• Ergo a Iano oriũdi Peruſini: ab inſigni cognomentũ habẽt: & ãno priore Italiã tenuere q̃ Auſones Apulię•

Idẽ Aurunꝰ in Vetulonia lucũ ſacrauit crano: ⁊ ĩter Iſos ideſt deos ãnumerauit Iano quoqꝫ Vortũno tẽplũ ⁊ ſtatuã non ꝓcul urbe dedicauit: ⁊ deo Razenuo ĩ Vetulonia ſacellũ ꝯdidit•

Expõit Beroſus dici Iſum & Iſim deũ & deã: quę Itum & Itim ꝓferũt Etruſci/& interp̄tant᷑ Iouẽ & fiduciã Iouis ſiue Iunonẽ: ut Macrobius indicat in Saturnalibus Lucũ in ꝑte Vetulonię ad ꝑhennem aquã de more uetuſto ſacraſſe Crano: nomen Craniſus ideſt Cranus deus ẽ argumẽto• A cognomẽto uero Razenuo ideſt ſacro Inuo non extat nomẽ in ꝑte Vetulonię• Extat tñ Etruſca Ryyella inſcriptio: aſſerẽs Ichiam ſiue diſputatricẽ urbẽ ꝓximã Surrhenę fuiſſe dicatã Inuo uetuſto huiꝰ patrię regi: ut ꝓbatẽ tradidimꝰ in de origine lr̃aꝝ & philoſophię• Nã ut etiã ſepe ꝓbauimꝰ: quẽ Aramei Razenuũ: eundẽ Greci Seuaſton Pana: latini ſacrũ Siluanũ dicũt• Ergo uicus Etrurię/quẽ ad hec tp̄a uocamus Seuaſton pana: eſt locus ſacer Razenuo• De Iano Vertũno ſupra explicauimus•

Nouiſſimis ãnis Aurunꝰ Malot Tagetem filium creauit Coritũ et•xxxv• Aralii ãno obiit ⁊ ſucceſſit Malot Tages•

Apud Arameos ſiml̃ & Hebreos Malot dicit᷑ uates/angelꝰ/nũciator/reſponſor• Rex igit᷑ Tages cognomentũ Malot ſortitus eſt: ꝙ futura p̄cinebat: de quo Lucanꝰ in primo li•dixit• Fides nulla fibris/ſed cõditor artis finxerit iſta Tages• Hic unũ proximũ Vetulonię collẽ inferis ſacrauit inter Surrhenã Iani ac Veſtę urbẽ: & Kiteos ſiue Itali tumulos ſub fanum Volturrenæ• Eum ad hec tp̄a uocamus antra & criptas Malot Tayetis cũ Tagetis ſcribere debeamꝰ p•g•lr̃am ut Beroſus & p̄dictꝰ cõtractꝰ & poetę & hiſtorici ſcribũt•

Anno penultio Aralii claſſe uenit ad Malot Tagetẽ Ianigenũ Razenuũ pheton cũ ſuis• q inueniẽs oĩa ab Auſoniis occupata ab oriẽte ⁊ mõtana a Gallis ⁊ Aboriginibꝰ poſſeſſa: planiciẽ uero a Razenuis Ianige-

Certat Dioniſius Halicarnaſſeꝰ Grecus cõtra Catonẽ & Semproniũ & alios latinis de originibꝰ: aſſerens hos nr̃os ſcriptores ſimilia fabulis ſcribere: qa dicũt Lygures duce Phetõte/primos Grecos ex Actica in Italiã ueniſſe añ Enotriũ Archadẽ: cũ ipſe nullas colonias reperiat in Italiã e Gre-

nis habitata: donat⁹ fuit parte occidẽtali: poſſeditqꝫ cũ ſua poſteritate mõtes ⁊ totũ Eridanũ uſqꝫ in regionẽ proximã. Iſtis relinquens nomina locis.

cia traductas priores Enotrii: q ãdnauigauit ĩ Italiã ferme quincentis annis ante Troianũ excidiũ. Sed pro Catone atqꝫ latinis reſpondẽt Plinius in .iii. naturalis hiſtorię: & Iuuenalis in Satyra: ꝙ rationẽ & originẽ Italię pudet mutuari a Grecis: & latini nõ fabulas texunt niſi cũ ſequũt̃ fabuloſam Greciã mendacẽ in hiſtoria. Itaqꝫ ut Cato de originibus aſſerit: ꝑ multas etates ante Enotriũ Phetonteę Lygures colonię ex Actica uenerũt in Italiã: nõ tñ ex Actica oriũdę: ſed egypto. Nã teſte Moyſe & ſupra in Genealogiis Beroſo: cur filius Cameſis Saturni egyptii genuit Phetontẽ: quẽ ꝓlatiõe Hebrea Moyſes Phut/ Aramei Phet latini Pheton ꝓnũciant. Ab hoc prodiit Lygur. Primũ poſuiſſe colonias in egypto & Lybia nomẽ eſt argumẽto: quia Lybii ante Lybiũ egyptiũ Herculẽ: dicebant̃ a duce Phutei ſiue Phetontei: ut Hieronym⁹ aſſerit in comẽtario .x. capi. ſupra Geneſim. Ptolomeus quoqꝫ memorat ĩ Ethiopia egypti urbẽ Phut Iur: & in marmarica Phut enuti: & in Lybia phut fluuius: & uocabulo Arameo nõ greco fluuius in Lyguria iuxta Genuã Phet/ Riton/ uernacula olim lingua phe Riton/ ut Plinius nominat ĩ .iii. naturalis hiſtorię. Eſt aũt Ritos (teſte Hieronymo & Talmudiſtis) bonus ſiue religioſus a quo Rituales libri Etruſci dicũt̃/ teſte Feſto. Itaqꝫ Phet Riton ideſt latina lingua pheton bonus ſiue religioſus: indicat Beroſum ueracem/ eque ac Grecos mendaces. Exiſtimo aũt prebuiſſe occaſionẽ mentiendi Grecis nominis ſimilitudo: qui nomina & geſta Egyptioꝝ furati/ ſuis nouitiis nuper & heri ducibus tribuerũt: ut ingenue cõfitet̃ grecus Herodotus in .iii. hiſtoriaꝝ libro. Ergo cũ Catone de originibus fatemur ꝑ multas etates ante Archades/ ueniſſe phetonteos Lygures: & cũ Beroſo definito anno penultimo Aralii Aſſyrioꝝ regis/ ante Troianum excidiũ annis ferme octoginta ſupra ſexcentos ut in Euſebio de tẽporibus ſupputatur. Ergo ſi/ ut ait Dioniſius/ Enotrius claſſe nauigauit in Apuliã ad eos qui tũc dicebant̃ Auſones/ decem & ſeptem etatibus/ ideſt decem ſupra quincentos ãnos ante res Troianas: & ante eaſdẽ pheton Lygures traduxit annis ſexcentis octoginta/ ut cũ Beroſo latini cõſentiũt: cõſequens neceſſario eſt: ut Lygures multis etatib⁹ ideſt annis centũ & ſeptuaginta Italiam ante Enotriũ coluerint: quod teſte Dioniſio & Cato de originibus ſcripſit: & Caius Sẽpronius teſtatur: & alii illuſtres latini ſcriptores conſentiũt. Ex his patet multa latinos de originibus contra Grecoꝝ traditionem memoria ꝑdidiſſe: ſecutos Beroſum & alios uetuſtatum certiſſimos ſcriptores Conſtat quoqꝫ Lygures paucos a Iano Ianigenas poſitos inueniſſe: qui etiã montana & Galliam ciſalpinam uſqꝫ Iſtriam coluere: ut in ſequentibus exponemus.

Eo tẽpore Italia in trib⁹ locis arſit multis dieb⁹ circa Iſtros: Lymeos ⁊ Veſuuios uocataqꝫ

Quę hoc loci Beroſus interpratatur nomina: ſatis accedũt cõuerſioni nominũ Hebreoꝝ & aliarũ gentiũ a Hieronymo & Talmu-

ſunt a Ianigenis illa loca palenſana ideſt regio confragrata.

diſtis traditę. Aiunt enim Eſai & Eſan ignē & incendiū dici: quod Greci phlegrā uocāt. Pilam uero & palen: oſtiū & originē ꝑcuſſiōis interp̄tant᷑. Hinc Etruſco uocabulo a Ianigenis cōpoſito palenſana: eſt oſtiū ꝑcuſſiōis incēdii: ubi celeſtis afflatus primū exorbitās ꝑcuſſit. Eiuſcemodi enī cōfragratiōes fiūt ab exorbitatione octaui circuli: dū extra orbitatiōes ab occidēte in orientē iteratoqꝫ ad occidēs: accedit & recedit ſupra centrum Arietis & Librę duos paruos circulos deſcribēdo: ut Thebit aſtrologus docet. Nā cū motu acceſſus & receſſus ꝑuenit ad cardines ꝑui circuli: ſi cardo aſpicit᷑ ab ſideribus aquoſis īducit diluuia exorbitātia. Si uero aſpicit᷑ a ſidereo afflatu igneo gignit incēdia & cōflagrationes ī locis ſulphureis aptis incēdio: ut in Pyreneo Hiſpanię/aut Sodomis/ubi erāt putei butuminū. In locis uero nō aptis incēdio/nō flagrat ſed exeſtuat: hec celeſtis exorbitatio: de qua Plato in Thymeo ſcribēs: illa inq̄t quę uobis quoqꝫ cōperta eſt/phetontē ſolis filiū/ quondā ſolis currus aſcēdiſſe luciferos/illoſqꝫ exorbitaſſe ac incendiſſe terrena: fabula quidē putat᷑/ſed eſt uera hiſtoria. Fit enī celeſtiū longo circuitionis tp̄e orbiū exorbitatio: quā uaſtitas cōflagrationis ſequat᷑ neceſſe eſt. Hoc loco Plato equationē/motūqꝫ acceſſus & receſſus uocat celeſtiū orbiū exorbitationē: cū ꝗa hec ſola orbitatio fit longiſſimo tractu tp̄is: ut patet ex ei⁹ motu & equatiōe: tū p̄cipue/ꝗa extra oēm orbitationē alioꝝ ſiderū & orbiū/quę in longitudinē ab ortu ad occaſum ſemꝑ currit: hec etiā circū latitudinē & latitudinē undiqꝫ girat. Verū ꝗa ex incendio ſalſedo gignit᷑/ut teſtimonio eſt experientia & Ariſtotiles in Metheoris: cōſequēs eſt/ut oēs montes iſti/& hec diffuſa planicies dicant᷑ montes ſalſi uallíſqꝫ ſalſa latino uocabulo: quā teſte Hieronymo & Talumdiſtis Aarameis Gemeā & Gemellā: Scythę uero & Etruſci Cymeā & Cymellā uocabāt & ꝓferebāt: & Romani Cyminiā ꝓnūciant. Nūc uetuſta uocabula manent loco quidem originis Palenſanæ: montibus & iugis & lacui Cyminiis: & ſubſidenti planiciei & campo Cymeo & Cymello. Nam & clarus Viterbenſis miles Bartholomeus Berardi/legat conuentui noſtro uallem Cymellam/& rupes prati Cymellę regionis/ inter diruta uetuſta oppida Volcenam & Aralidon/ac amnes Veias ad Cybellariam: ut in teſtamento eiuſdem exprimit᷑/ſeruato in archiuis cōuentus in ſacculo contractuū eius: ac domini Viſcontis Gatti. Itaqꝫ/quoniā hec noſtra planicies ſulphurea & Thermalis eſt: & Veſuuia ſuapte natura incendia eructuat: & in Hiſtria aliquid his ſimile eſt: diameterqꝫ circuli parui exorbitatiōis igneo afflata ſidere ſolam hanc longitudinem in Italia repercutiebat/in qua hec tria loca continebant᷑: iure palenſana ideſt primū repercuſſa celeſti incendio/& a ſalſedine per incendium relicta Cymea & Cymella dicta fuere uocabulo Ianigeno. Ex his patet fabulam Phetontis myſtice acceptam ueram eſſe. Nam pheton exorbitationis incendium eſt. Ceciditqꝫ in Eridanum/caſumqꝫ defleuere ſorores: quia circa partem Italiæ primam Eridano oppoſitam Iſtriam cecidit: & ſorores eius duę aliæ partes Italię Cymea/& Veſuuia iddem incendium paſſę gemuerunt. Nam quo ad Phetontem Lygurum genitorem/certiſſimi (ut in aliis produximus comentariis) auctores ſunt Beroſus Caldeus: & Theophraſtus Grecus: & Plinius latinus in naturali hiſtoria & oraculũ Phetontis ac ſepulchrum in Ethiopia:illum nõ in Eridanũ ſubmerſum fuiſſe:ſed in Ethiopiã reuerſum ibidẽ ceſſiſſe uitę·

De·viii·rege Aſſyrioꝝ·

Babilonie

Octauꝰ rex Babillonie fuit Baleus cognomẽto Xerſes ⁊ regnauit annis·xxx·Hũc appellauerũt Xerſem ideſt uictorem ⁊ triũphatorẽ ꝙ īpauerit duplo plus gẽtibꝰ q̄z Araliꝰ·Erat enī militia ferox ⁊ fortunatꝰ:⁊ ꝓpagauit regnũ uſq; ꝓpe Indos.

Ex miris igitur celeſtium profectionibus: lis prima inteſtina Italię fuit. Non dicit primam/ quia ante hanc gygātum Tyrannica fuit: ſed hec prima inter Italię populos inteſtina: quippe ꝙ Aborigines ſequebant̄ factionem Dardani contēpnentis pro regno: & dicētis ſibi deberi Imperiū: quia Iaſius natus erat dum pater Cambo eſſet haſtatus Iuppiter & Coritus: ipē uero Dardanus dum ſolus eſſet Itus & Iuppiter: ac propterea ſe eſſe aſſerebat primogenitum. Econtra Iaſius ſeſe primogenitum aſſerebat: ꝙ regnum incipiat in Corito & finiat in Ito. Nō enim eſſet haſtatus ſceptroq; & corona donatus Coritus: cui non eſſet participatio in potentia regni: quā ſceptrū & haſta ſignificat ces ⁊ Syros ſubegit. Antea uero ãno.xx. huius īperii ab Italia Io in Egyptum regreditur Et lis prima inteſtina oritur ꝓ regno inter Dardanū ⁊ Iaſiū. Aborigines ſequebantur partes Dardani: Ianigene uero ⁊ Siculi cū Siceleo partes Iaſii.

Ita ea ratōne ſuperior Iaſius/ſecū Ianigenas & Siculos habens: etiam conſanguineū utriſqꝫ regem Hiſpaniæ Siceleum aduocauit. Ergo cum legimus Siceleum in Italiam profectum: intelligamus eius ꝓfectionis cauſam fuiſſe/inteſtinam ſubortā Italię litem cōponendam. Hec celeſtium profectio in Italia cōmouebat. In Theſſalia uero diluuium & ſub Phetonte greco in grecia/non in phetontea Eridana Italia: ſimul diluuium & incendiū diuerſis in locis induxit: anno Spareti.xxxiiii.&.xxxv. ut etiam Euſebius cōnotat. Sane ſciendum eſt a primo diluuio uſqꝫ ad Deucalionem/fluxiſſe annos ſeptincentos & menſes plusꝗ nouem: ut latini Chronographi tradunt: & ab his pendens Solinus collegit. Ceterum a diluuio Noę ſiue Ogygis Iani uſqꝫ ad Sferum/ſeptincenti ſimiliter anni ſupputātur a Beroſo per reges Aſſyrios: & a Moiſe per Patriarchas Hebreos. Quare primo anno Sferi natus erat Deucalion. At uero a primo āno Sferi uſqꝫ ad.xxxiiii. Spareti/quo diluuium/& incendium in grecia uenit: quattuor & octoginta annos cōputant ſimul Beroſus & Euſebius. Quare hiſtorici recte tradūt: qui ſcribunt Deucalionem ꝗ maxime ſenem/paſſum fuiſſe diluuium in Theſſalia.

De.xviii. Rege Aſſyrioꝝ.

Decim⁹ octau⁹ rex p̄fuit Babiloniis Aſcatades annis.xli. qui fundit⁹ omnē Syriā dictionis ſue fecit: cui⁹ anno.xiii. uitis inuenta apud Grecos narratur. Sub eodē anno Dardanus Iaſium dolo peremit: et fugiēs in Samotraciam: diu ibi latuit.

Iddem notat de inuenta uite Euſebius. Porro de Iaſio trucidato a fratricida Dardano ad Iaſinellas Vetulonię Thermas/exciſa marmora Cybelaria exprimūt: & de fuga eius a Coriti Turrhena ſede in Samotraciā: deinde in Phrigiam: cum Virgilius in Eneida tum etiam plures latini conſcribunt. Scribūt inſuper Siceleum cum Sicanis ab Hiſpania profectum excluſiſſe Aborigenes: a ꝗbus poſtea Siculi excluſi fuere. Et hoc pacto intelligitur Dioniſius Halicarnaſſeus in primo li. ꝙ Siculis ſemper fuerūt infenſi Aborigines: ꝙqꝫ diu poſt aduenietibus Pelaſgis ipſi Aborigines ſocia arma iunxerunt/contra umbros & Siculos: & ꝙ ceperūt ab Vmbris Corthoniam dictam Crotonem mediterraneam/& illinc inuadētes regionem condiderunt Turrhenam: & expulerunt Siculos a Phalari & Pheſcēnio & tota Italia. Et ut ait: ex his controuerſiis inter Siculos & Aborigines ſurrexit bellum omnibus Italię gentibus: cum antea nullum fuerit in Italia. Hec multa uerboſitate & diuerſis digreſſiōibus intermixtis/narrat Dioniſius: quę profecto ſimultas inter Aborigines & Siculos ex eo prouenit/ꝗ ut Beroſus inſinuat & hiſtorici exprimunt: Siceleus ſequutus partes Iaſii & Siculorum excluſit Aborigines• Hinc dolore parcitus Dardanus:dolis regem peremit:& parata forte in propinquo portu naui/fuga ereptus eſt:a Coriti Turrhena ſede in Samotraciã & Phrygiam:ut in•viii Eneidos Virgilius teſtatur commemorare Arunti ſenes•

Iaſio Coribantus filiꝰ ſucceſſit

Hic Coriban filius Iaſii/ nomen habuit proprium Ban:Cori uero pro inito ſceptro cognomentũ promeruit:quia ut ſepe diximus haſta & ſceptro pro corona utebantur ueteres• Sceptrum uero ſiue haſtam Romani dicebant Quirin: Sabini Curin:Ethruſci Corin:Hinc Coriban haſtatus Ban dicitur• Hunc Veiuzũ Herculeum fundaſſe Nuetum grauiſcam urbem/quam Cornuetum:ideſt haſtatũ & coronatũ Nuetũ dicit᷑:Vernacula uero lingua ꝑ ſincopã Cornetũ:& eandem ſacraſſe tribus ſacris litteris•N•S•E•ideſt Nuetum Bantis Eternum:probauimus ex inſcriptione uetuſtiſſima litteris etruſcis ſeruata/in eorum ſacro Antro:quam ad litteram conuerſam in latinum/& comentariis expoſitam poſuimus in•xl•Q•Anniis Itaqꝫ illius locutio latina hec eſt• Herculeus dans & ducens Veiuzas colonias:in augurauit foſſas:in auguratione ſacra• N•B•E• Nuetini proximi fluento nubiloſo ſiue grauiſco:Puer Ban inclitus primus fundauit/hoc luſtrũ•Secundus augur Oa: augur Aciulnus tertius: Yellus augur quartus extitit• Augur Aciulnus ciuis Surrhenus:gratis hoſpicia primus fũdauit/Veiuzis quas dedit coloniis:Et Cianus Veiuzus ſollicitator extitit•Auſtrorſum maris:auguriſ Aciulni eſt ſimulacrum:Cecorſum uero lumen antri ſtans:huius filius eſt•Et poſt Cecorſum antri/eſt Leo•M•Iã ſat eſt•Quid igitur hoc Luſtrale:Ad annos etatis natos:& augurio felices precatos & ab egrotatiõe liberos ut ciuitas habeat hereditatione•Hec ſacra Cornueti a Bante fundati inſcriptio:cuius rationem ſiquis ſcire uoluerit:legat noſtras reſolutiones alibi:poſt hec imprimendas cum aliis•

Aſcatadis ãno octauo:Cancreſ uictus Hebreoꝝ magica:periit in mari:cui apud Egyptios ſucceſſit Acherres. Apud Celtiberos Luſus: apud Celtas Allobrox:⁊ apd̄ Aborigines Italos Romaneſſus filius Rome. primus Saturnꝰ cõſecratus mox obiit: cui ſucceſſit filius eiꝰ Picus priſcus.

Luſs.14.

Renouatur igitur orbis:finita ꝑfectione celeſtium : quandoquidem ſub iddem tempus tot incliti ſuccedũt reges•Nam Picus priſcus(etenim iunior extitit ut ſuꝑ Manethonem uidebimus) ſuccedit patri Romaneſſo:in deos Latinos primum relato : Saturnus enim Sagni fuit primus totius Italię Saturnus:a quo Italia quõdam Saturnia dicta eſt decreto Iani:ut in Saturnalibus autor eſt Macrobius• Porro Allobrox quaſi Allodrox ideſt Auſtralis cõmixtio•Etenim Aramei Allo dicunt cõmixtionem:& dros ſiue Daros auſtrũ quod Hebrei Darem dicunt:ut Ieronimus

& Talmudiſtę conſentiunt· Hinc Allodaros ſiue Allodrox quem poſteri Allobrox protulerunt: dicitur cōmixtio uerſus auſtrum· Non eſt dubium hunc fuiſſe illum qui in Auſtralem Narbonenſis prouincie partem cōmixtas colonias deduxerit uocatas Allobroges: in quibus coſmographi urbes illuſtres deſcribūt Viennā: Gebennam: & Auinionē· Rurſus apud Hiſpanos Luſus ſucceſſit Hiſpanus & nō ementitus Grecus: ut in·iii·naturalis hiſtorię Plinius indicat Varronē ſequtus· Ab eo Luſitania nūc Portugallia dicta cultaqꝫ fuit: ut nomē ip̄m accuſat· Ieſum Aramei quē Luſum alii uocāt ſaluatorē interpretat᷑ Ieronimus· Eo cognomīto ut arbitror dignatus eſt/uel ꝙ ſaluberrimā coloniis inuenerit pr̄iam: uel ꝙ eam ab hoſtibus eripuerit Sed quod eſt graue in Beroſo: Magum Moiſem appellat/ qui diuina uirtute uicit· Sed uenia danda eſt gentilitati· Grauius autem aberrauit Trogus/& Iuſtinus eius abreuiator/qui in·xxxvi·epithomatum libro aſſerunt /fratres/Ioſeph uendidiſſe peregrinis mercatoribus: ueritos eius excellens ingenium: Eūdem a mercatoribus deportatū in egyptum ſolerti ingenio percepiſſe artes magicas/& ob id/ipſi regi ꝑcaꝝ fuiſſe: filiū eiuſdem fuiſſe Moiſem: quem paternę ſcientię hereditas & pulchritudo cōmēdarent: eundē Moiſem cū Hebreis uliginē & ſcabiē paſſis ab egyptiis pulſum ſacra egyptioꝝ furto abſtuliſſe: egyptios uero illa armis repetere ꝑgentes maximis imbribus domum redire compulſos · Sed hos errores copioſe confutabimus in ſecunda ſacra decade ſuper Exodum· Nunc ad Beroſum reuertamur: qui ad conditionem Troiani regni pergit atqꝫ feſtinat dicens:

Anno ultimo regis Aſcatadis: Ato donauit Dardanuꝫ parte agri Meonici: ꝛ ita regnū Troianū cepit. Dardanus ſi qua iura in Italie regno habebat: reſignauit Turrheno filio Atus.

Colligamus omnia in unū/ que de his tꝑibus & populis dicūtur Dardanus donat᷑ parte agri Meonici ab Atu Herculeo patre Turrheni· Eodem ergo Attauo patre Egyptio Hercule ortum genuſqꝫ habēt Ato & Dardanus ꝗa Atos ex ꝓgnatis Hercules & Omphales unus fuit: & Dardanus item ex eodē Hercule & Araxa genitus eſt: ut in genealogiis explicauim⁹· Iddē ergo genus Herculeū cōſanguineū erat Meonicū & Tuſcū Vetulonię: Quare nō fit ſanguinis mutatio: ſed agri & fortunę· Fortunę ꝗdem: ꝗa Dardanus diu p̄ſtolatus in Samotracia ſpe reuocatiōis in paternā ſedē Coriti: ea ſpe dāpnatus: cōtulit ſe tandē ad cōſanguineos Meones: quos abituros ob penuriā accipiebat· At uero Turrheno & Meonib⁹ fortuna fuit: ꝗa teſte Seruio & Strabone in·v·li·cū paruū & anguſtū iperiū/ſimulqꝫ regnū nō capet duos frēs Lydū & Turrhenū/ſimulqꝫ fame ac ſterilitate p̄meret᷑: Ato pr̄ ſorte iacta/e duob⁹ liberis Lydū ꝗdē ſucceſſorē regni retinuit Turrheno uero maiorē ꝑtem populi applicās foras/abire iuſſit. Eadē Herodotus ſentit & alii: quos cōtra ſe ꝓducit Dionisius Halicarnaſſeus in·i·li· Hęc igit᷑ eodē tꝑe fortunę fuere Turrheno & Dardano Herculeis: que illos ad cōmutandas ſedes coegit Quar̄ Dardanus ius Italici regni Coriti ſi qd̄ haberet Turrheno reſignauit: & Dardanū Ato donauit ꝑte Meonici agri: que poſt phrygia ab Hiſpanis Brigis dicta: ut ex ſuꝑioribus explanatū eſt· Nā teſte Euſebio de tꝑibus poſt conditā Dardaniā

Phriges Meonici dicti ſūt/uſq; ad tp̃a Tãtali regis Meonię/cui ſuberãt Dardanides Herodotus & alii quos producit cõtra ſe Dioniſius Halicarnaſſeꝰ ſcribūt Turrhenum adnauigaſſe in partem Italię: & conſediſſe ad ſeptẽtrionalẽ thyberis partẽ/ ubi erat Vmbris habitatio:& ibi ciuitates Turrhenas edificaſſe:ut ſuper Myrſilū diximus. Quare Turrheni ſedes in thyberina ſolū Tuſcia querẽda eſt ab Hortano oppido ad fines Aretinoꝝ/ ubi ſunt fontes thyberis: quia ab his fontibus eſt thyberis ſeptẽtrionalis oppoſitus atq; finitimus Vmbris: uſq; Horte Narq; fluuiū. Abinde enim uſq; in oſtia thyberina/nõ eſt ꝓquirenda Turrheni ſedes:quia ea portio thyberina/neq; eſt borealis/neq; Vmbros retinet:ſed Sabinos & latinos habet finitimos accolas:& ab orientali in meridianã oram ꝓſpectat. Sunt autẽ in hoc ſeptẽtrionali thyberino decurſu populi ut cernimus: primi quidẽ Aretini: Secūdi Traſimeni/quoꝝ capita ſunt Cortonia & Peruſia. Ergo quod Beroſus uocat Ianigenam Italiam:hanc partem Tuſcię & hos populos ſeptẽtrionalis thyberis intelligit ad quã Turrhenus uenit:conſedit:& urbes edificauit:& ubi Vmbris priſca erat habitatio:ut Herodotus & alii docẽt:referente illos Dioniſio in primo libro. Porro illum Cybeles Comi hoſpicio recepit: nõ modo/q̃a cõſanguineus erat:ut Beroſus indicat. Verū etiã quia(ut exiſtimo)in periculo cernebat filiū Bantẽ ab Aboriginū odio:ſperabatq; ſi Turrheno reliquiſſet Coriti ſedem:facile pacẽ cū Dardano adepturam ſe/atq; in noua Dardania ſacerdotiū cum filio habituram. Quod & euenit. Proinde illum Turrhenū/Cybeles donauit ciuilitate Razenua. Qua uero ciuitate decoratus fuerit Turrhenus:equidem Sillius Italicus in.viii.libro exprimit dicẽs. Meonięq; decus:quondam Vetulonia gentis. Ab initio igitur Veiuzo oppido Cybelis & Coriti ſede/Meonia gens decorata & illuſtrata fuit:ac ꝓpterea Vetuloniam Coriti ſedẽ notauit Virgiliꝰ dū dixit Dardanū ꝓfectū fuiſſe a Turrhena ſede Coriti ubi mira breuitate regiã regū Vetuloniã:& duos reges illã cognoĩantes/& ſibi e ꝓximo ſuccedẽtes Coritū & Turrhenū cognoĩauit. Ergo q̃a donauit illū ciuilitate Razenua:utiq; Turrheni nõ in Turrhenū nomẽ & mores:ſed ecõtra Meones in ciuilitatẽ nomẽq; ac ſtudia Razenua tranſiuere: & Razeni cū aliis cognoĩati fuerūt:ut autor eſt Dioniſius in primo libro.

Turrhenus adnauigãs in Italiã Ianigenã:a Cybele ⁊ Corinbanto tanq̃ʒ ex Herculeis: hilari hoſpito exceptꝰ ⁊ ciuilitate Razenua donatus eſt.

Ipſe Turrhenus multa Meonica ornamenta ꝓferens:dedit Corinbantꝰ uero ⁊ Cybeles ordinata Dinaſtia duodecim ducū duodecim populorū qui eſſent ex Ianigenis: ipſi in Phrygiaʒ ſe contulerunt.

Quę ornamenta Turrhenus protulerit: quę eſſet/& qualis Dinaſtia/ſiue potẽtatus duodecim ducum & Lucumonū: quia res prolixa eſt narratu : ob id remittimꝰ lectores ad.q.Annias. Sciendū eſt Cybelem eſſe cõmune nomẽ Babillonicū ad matres Deorū & Veſtas. Cy eni illi matrẽ. Belem uero & Belum/deum & deam uo cant· Dicit̃ autem Cybeles & deorũ mater/a multis puta genitura:nutritione:principatu:doctrina & additione· Ex his aliis & aliis temporibus:quinqꝫ Cybeles compertas habemus· Prima omnium fuit Tytea Veſta uxor Iani/quę ex Iano genuit & curauit deos homines:ſacra:& eoꝝ ritum:potiſſime ignẽ ꝑpetuũ:ut expoſuimus in duobus p̃miſſis libris· Secũda fuit filia huius:cui nomen fuit Regina: quę ſola nutritione dicta eſt magna deorũ mater:qa in gratiã Titeę matris educauit Tytanas: ut Diodorus in·iiii·libro auctor eſt· Et hęc duę fuerũt primę omniũ Cybeles Veſtę: in primo hũani generis ortu poſt diluuiũ: ut ex p̃miſſis ꝓbatũ eſt· Rurſus fuit tertia uxor Iaſii Tuſci Herculea/Veiuza ſuſceptrix magnæ Cereris in ſuis nuptiis cui propriũ nomẽ fuit Tyle: & cognomẽ a principatu ypitis filia Sypi regis Veiuzi:ut eius triũphalis Etruſca inſcriptio cõuincit: quę ferme centenaria ad Dardanum in Phrygiã pergẽs:uecta ut aiũt leonibus/ideſt Herculeis comitata Veiuzis: facta eſt regina prima antiſteſqꝫ ac doctrix ſacroꝝ in Phrygia:Cybelis ſiue crepitaculis Tuſcis ſacra Tuſca celebrans:& quidẽ caſtiſſime· Nã puerũ Atum quẽ ad ſacra nutricebat/in libidinẽ cũ Nympha perlaſſum/ ſeipſum caſtrare coegit:nec uoluit ſua ſacra fieri/niſi a caſtis & ex toto exſectis:ut oẽs de illius ſacerdotibus ſcribũt· Fuit & quarta Cybeles Phryga/poſt hãc multis etatib⁹ nata:& huic cõtraria meretrix: quę puella primũ a Phryge Marſia adamata:pauloqꝫ poſt ab Atu cognomẽto papa impregnata:& illo a parentibus obtrũcato cũ Marſia fugiẽs ad Dioniſiũ poſtremũ in Nyſam urbẽ/paulo añ Argonautas : ut Euſebius notat de tꝑibus quibus Nyſam cepit Dioniſius:ibiqꝫ ab Apolline iterũ ꝓſtituta fuit:cũ quo reuerſa in Phrygiã:ſepeliuit papã ſuũ:& adiecit in ſacris ſcuta ſonãtia: & meretricios luctus & querimonias: ut patet ex eius uita in·iiii·libro Diodori· Vltima fuit Cybeles uxor Iaſii Samotracis in nuptiis Armonię: quã Cadmus ſupinducẽs priſcę uxori circa tꝑa/Argonautica: certamẽ paſſus eſt ab eadẽ uxore: ut Paleſatus ſcribit & Euſebius notat paulo ante Argonautis· Ex harũ equiuocatiõe Greci ampliſſimã mentiẽdi occaſionẽ habentes quicquid de aliis dicit̃:huic uni tribuũt:ut patet in·vi·libro Diodori:& primo Dioniſii:qui ab hac Cybele & illius cognato Dardano Samotrace Dardaniã conditam & ſacra Phrygia inſtituta ſplendide mentiunt̃:cũ iam Dardania cõdita & ſacra inſtituta ferme ducẽtis annis ante has nuptias inueniant̃ in Euſebio & Spinga & Paleſato:& aliis Grecis ꝓbatis chronographis· Tandẽ Beroſus finem ſuo operi poſiturus:ita loquitur·

Porro etiã ſub Aſcatade apud egyptios fuere reges Cherres ⁊ Armeus: qui cognominatus eſt Danaus: et Rameſſes cognomento Egyptus. Itaqꝫ qui reges ⁊ tempora tradunt̃ a noſtris de primorib⁹ regnis orbis

Patet ex hoc ultimo: cur Beroſus Athenienſib⁹ hoc opus/ ſolũ uſqꝫ ad Dardaniã conditam ꝓtulerit· Quia uidelicet ante dardaniam conditã tꝑa Grecis ignota erant· Porro tẽpora quę ab Egyptiis ſepe furabant̃: erant confuſa egyptiis ante Dardaniã conditã:quippe quia ſepe menſtruo pro anno utebant̃: aliqñ autem bimeſtre:

a Jani diluuio primo uſqꝫ ad Dardanie regnū condituꝫ: his noſtris breuiſſimis ānotationibus ſint hactenus dicta.

nonnunq̄ uero trimeſtre: ut Diodorus in primo & ſecundo libro ſignificat. Porro Egyptii ſub Danao & Egypto/ānis ſolaribus ſūt uſi: quēadmodū Scythę: Caldei: Hebrei & Etruſci ſemꝑ ſunt uſi: edocti a Celo annum ad curſum ſolis/&.xii.menſes ad motum lunę: ut Diodorus ī quarto libro & Beroſus in premiſſis aſſerunt. Quare ex Caldeis ceteris temporibus Atheniēſes cum erudiuiſſet: eoſdem ſub Dardania condita remittit ad Egyptios a quibus etiā deos & ſacra furati ſunt/ teſte Herodoto in.ii.libro. Unde & Egyptius Manethon annis ſolaribus utitur: poſt Dardaniā conditā: ut in eius ſupplemento atqꝫ Euſebio conſtat: de quibus comentaria ſequentia conſcripſimus.

Expliciunt Comentaria ſuper quinqꝫ Beroſi libros de Antiquitatibus.

Incipit prefatio ſuper ſupplementa Manethonis ad Beroſum•

m Anethon ſacerdos egyptius hiſtoricus ut Euſebius dicit de temporibus Argi quarti regis Argiuoꝝ cuius tempora in Dinaſtiis idem Euſebius ſequit̃: quanq̃ in pluribus deficit in annis & geſtis latinis quę ad latinam correctionẽ reduximus in Chronographia Etruſca• Hic a Ioſepho producit̃ in multis pro teſte tã contra Appionem grãmaticum q̃ in primo de antiquitate Iudaica•

Explicit prefatio: Incipiunt comentaria•

Manethonis prima pars cum comentariis•

b Eroſus inter Caldeos hiſtoricos probatior: deflorauit breuiſſimis annotationibus omnia Caldaica: de potiorib⁹ regnis orbis: a diluuio maximo quod eorum maiores ſcribunt fuiſſe ante Nynum uſqꝫ ad precipuũ regnum Troie cõdituꝫ. Nos quoqꝫ ubi ipſe reliquit ꝓſequemur ea: que nobis ex noſtris hiſtoricis uel eorum relationibus cõſequuti ſumus: per noſtros egyptios reges ꝓgrediendo: ut ipſe egit ſub Aſſyriis•

Poſt Caldeos hiſtoricoſ ſequunt̃ Egyptii ſcriptores• Cui eſt argumento/ꝙ egyptii a ſuis nõ potuerunt tp̄a ante Nynũ cognoſcere/ neqꝫ de diluuio maximo noticiã aſſecuti ſunt/niſi ex Caldea priore hiſtoria• Vnde arbitrati ſunt Egyptii ſe fuiſſe ab initio & primos in orbe genitos: ut Diodorus in primo lib• & Trogus atqꝫ Iuſtinus in•ii•ſignificãt• Quare nõ iniuria dixit Manethon diluuium maximũ a priſcis Caldeis memoria proditũ fuiſſe/nõ a ſuis maiorib⁹• Qđ tñ ſe id credere inſinuat: dum de ueritate Beroſum collaudat/aſſerens illũ nõ probatũ modo ſed ꝓbatiorẽ inter Caldeos hiſtoricos• Verũ qm̃ & ipſi Egyptii per alia orbis regna colonias multas miſerũt ſub Oſiride & aliis regibus: ut Diodorus in primo narrat: idqꝫ memoria ſeruauerunt/& quibus tẽporibus & regibus ꝓpagati fuerũt in poſterũ: idcirco etiã ſuas annotationes ꝓbatas ueraciſſimaſqꝫ eſſe cõmemorat: dũ eas nõ per opinionẽ ut ſolent Greci/ ſed per certiſſimas ſeruatas uetuſtas hiſtorias/ & ſucceſſiuas ſcribentiũ Egyptioꝝ relatiões ſeſe ſcripturũ ꝓmittit: ꝓgrediendo ꝑ Egyptioꝝ reges & tp̄a: eque ac Beroſus ꝑ ſuos Aſſyrios ꝓgreſſus eſt• Et hoc eſt prohemii Manethonis comentariũ: Sequit̃ liber•

Egyptus eiecto fratre Danao regnauit annis •lxviii• Ab eo Egyptus nomen accepit Pharaones pro dignitate dicebantur• Anno huius quinto regna

Manethon ad Egyptios reges cõuerſus ab Egypto rege nomen ultimum accepit• Nã teſte Diodoro Siculo in primo libro prius occeana & Nylea: poſtqꝫ Aeria dicebatur/ut meminit Euſebius de

uit Amyntes annis·xlv·Anno ſexto regnauit Dardanus annis·lxiiii· Decimo anno Danaus Argis: annis·l·

huius egypti temporibus: Quin etiã ab Oſiris nomine & cognomine Oſiriana ab egyptiis & Mizreia ab Hebreis teſte Moyſe dicta fuit· Hic Egyptus frater fuit Danai cognomẽto Armei ut ſcribit Euſebius: qui cum regnaſſet quinq; annis pulſus eſt a fratre Egypto· Cauſa uero ab hiſtoricis enarratᷣ: quę quia celebrata etiã apud poetas eſt: idcirco ab ea ſupſedimus· De Pharaonis uocabulo: idẽ Euſebius paulo ſuperius de regis egyptii Amenophis temporibus ſic habet· Ex libris Manethonis ſacerdotis egyptiorũ/legimus hec uerba· Egyptiorum reges omnes tunc Pharaones dicebantur: non hoc propriũ habentes nomen/ſed pro dignitate reges tunc utebantur hoc nomine/ſicut & apud nos Imperatores Auguſti appellantᷣ· Habebat ergo unuſquiſq; Pharao propriũ nomen· Hec Manethon. Ex hoc intelligimus hunc Manethonẽ fuiſſe Auguſtorum temporibus & donatum ob litteras ciuilitate fuiſſe Romanũ accolam: quia ſcribit dicens/ſicut apud nos Imperatores Auguſti dicuntur: ac propterea cũ de aliis tum precipue de antiquis Italię regibus potuiſſe ſcribere non minus uere ꝗ Beroſus: cui etiam facit argumentũ: ꝙ Dinaſtias Egyptias & reges ſcripſit ferme uſq; ad ea tẽpora· De Amynte Aſſyriorum rege & illius temporibus Manethon conſentit Euſebius· Similiterq; de Dardano & Danao· Quare coetanei fuerunt Dardanus: Danaus & Egyptus: & ſecundus Archas filius Iouis ex Calliſcone/ a quo ſecunda in Peloponeſſo Archadię nomen fuit· Nam oblitteratũ fuit priſcum ab Archadio nomen: & Pelaſgia ab accolis dicta eſt· Archas uero iunior in dictionem redactis Pelaſgis regionem eorum Archadiam nuncupauit/anno primo Egypti huius cui cognomentum fuit Rameſſes: ut auctor eſt Euſebius· Pharao egyptia lingua ferus & ferocię plenus dicitur/teſte diuo Hieronymo: quem Etruſca lingua Eth· Greca uero Troſſolum & Tromatoreum dicimus: quibus nominibus Meones appellauerunt Vetulonienſes: ut in precedentibus expoſuimus multis locis·

Amyntas

Anno·xviii·hui⁹ regnauit Turrhenus apud Ianigenas ãnis li· Anno·xxxiii·in Creta regnauit Aſteri⁹· Anno eiuſdem·xxxv·apud Celtas Romus: a quo Romandi: ⁊ biennio poſt apud Aborigines Faunus priſcus: Apud Athenienſes Pandion· Anno·l·apud Aſſyrios Belocchus iunior: ⁊ anno·lxvii·apud

Belochus

Exiſtimant quidam hunc Aſterium Cretenſem fuiſſe Iouem illorum cantatiſſimũ· Nam Apteras qui & Saturnus Cretenſis regnauit annis·liii· Exorſus anno quarto· Granai regis Athenienſis uſq; ad annum·xxxvi·Erictonii athenienſis: quo illi apteritæ ſucceſſit in Creta fili⁹ eius aſteri⁹ ut cõputãt Chronographi greci quos ſequitᷣ Euſebius de tp̄ibus· Quare: q̃a Saturno Cretenſi quẽ

Aborigines imperabat Amnꝰ Faunigena.

Greci fingunt:eunucaſſe Celum patrem & fugatum a Ioue ſucceſſore: cõſequens eſt ut nomen propriũ Iouis magni Cretẽſis fuerit Aſterius perinde ac Saturni patris Apterites• De Romo uero nil aliud compertũ mihi eſt/ q̃ quod hoc loci Manethon exponit• Nã in Prolomeo legimus Romandiſſos in Gallia Belgica : & in decurſu Rhodani ſub Vienna oppida Romonũ & Roma qđ poſtea per interpretationẽ dicunt Valentiã Turrhenũ uero noſtrum auctorẽ Turrheni nominis fuiſſe regum Aboriginũ Fauni & eius filii Amni temporibus latini hiſtorici produnt: quos ſecutus Sillius Italicus in•v•libro aſſerit lacum Peruſinum fuiſſe regnatum amno Faunigena:cuius filiam Nymphã Agillam Turrhenus locari uxorem filio ſuo Traſimeno expoſtulabat:a quo Traſimenus lacus nomen accepit• Dicit aũt priſcũ Faunũ patrem Amni quia fuit alius iunior paulo ante Eneę aduentum in Italiam/ut ex hiſtoricis patet/ & Euſebio de temporibus/atq; iſto Manethone:& nos locis ſuis exponemus•Horũ nominũ pluralitate imo equiuocatiõe quidam capti/ & ipſi aberrant/ & caliginem in hiſtoriis ante oculos ingerũt:& alios aberrare compellũt•Quare ſũmopere cautos eſſe oportet ab equiuocatione nominũ atq; indigeſtione temporũ: qui ueraces hiſtorias adipiſci uoluerint•De temporibus uero Pandionis & Belochi iunioris:eadem ſcribunt Manethon & Euſebius de tẽporibus/hoc adiecto:ꝙ ãno•l•dicti egypti regis quidam aſſerunt ueniſſe primũ Cadmum ualde adoleſcentulũ: priſcum ex cuius filia Semele natus eſt Dioniſius liber pater•Nã qui ex Samotracia fuit Cadmus diu poſt extitit/ut Euſebius ſcribit: & nos ſuper Xenophontẽ & Archilocum & alios expoſuimus•

Secundus poſt hunc Pharao Menophis ĩperat apud egyptios annis.xl.cuiꝰ ſecundo ãno apud Troianos regnat Erictonius annis.xlvi. Tarquon priſcus apud Razennos Ianigenas: qui nũc dicunt̃ Turrheni ⁊ Tuſci ob Turrhenuz ⁊ peritiam diuinorũ que a Iano didicerũt: regnat annis.xxi. Apud Celtas Paris: Apđ Celtiberos Teſta Lybius Tryton.

De tẽporibus Menophis & Erictonii Troiani cõuenit inter Euſebium & Manethonem•Sed tu emendatius narrantẽ lege Archiloci Epithetũ de temporibꝰ•Verũ aũt dicit/ꝙ Genuit Erictoniũ Dardanus ex Bathea filia Teucri ut hiſtorici tradũt : & Diodorus in•v•libro ſcribit•Nam ut hiſtorici perhibent & Euſebius de tẽporibus refert:quartus Atheniẽſium rex dictus eſt Ericthonius• Eodem nomine dictꝰ eſt Ericthonius Vulcani & Mineruæ filius & iiſdem temporibus fuit : & ab Homero Erictheus nuncupatur Fuit & Erictheus•vi• rex Athenienſiũ filius Pandionis & pater Cecropis iunioris•vii•Athenienſiũ regis• Huius Ericthei filia fuit Orithia:quã Aſtrei filius Boreas Trax rapuit• Quare caue:quia equiuocū eſt Erictheus ſiue Ericthonius/ſicut & Tarchon: qm̄ tres fuere Tarchões Primus filiꝰ fuit noſtri Turrheni circa Dardaniā cōditā: cui Turrhenꝰ pater cōdendarū·xii·urbiū miniſteriū delegauit: ut Strabo in·v·cum ceteris ſcriptoribꝰ aſſerit· Alius Tarchon fuit rex Vetulonię poſt primū annis ferme centū octoginta uidelicet etate Euandri & Herculis greci: Nā teſte Solino ad hūc Tarchonē legatus miſſus eſt Caccus: quem ſub Euādro pemit Hercules· Tertius ſucceſſit Mezentio poſt crematā Troiā: ad quē Eneas ueniēs claſſem atq; milites cōtra Turnū & Mezentiū procurauit: ut auctor ē Virgiliꝰ in·x·Eneidos·Ob hanc rem Manethon hūc appellauit priſcū: de hiſq; tribus etiā memoriā agit idē Manethon· Porro ꝙ Turrheni a Thurreno dicti ſunt: nō cū uerioribꝰ ſcriptoribus tenet· Qđ uero ob peritiā diuinorū & a ſacrifico ritu a grecis Tuſci dicti ſint: Pliniꝰ i·iii·naturalis hiſtorię/& alii cōſentiūt· Adiicit aūt Beroſus & Feſtus ꝙ a Tuſco Herculis filio Tuſci primum dicti ſunt· Verū ſatis diſtat an ꝑ ypſilon grecū ſcribas Tyſcos: aut ꝑ·u·latinū uel·o·Tuſcos uel Toſcos ut idē Feſtus inſinuat/& nos in Anniis·q·ſatis explicauimꝰ· Rurſus Paris apud Celtas r̄gnauit inqt: ſub Menophi/& apud Celtiberos Teſta· Paridē cū fuiſſe qui Pariſios ppl̄os ĩ Lugdunēſi Gallia cōdiderit/nulli dubiū eſſe pōt: quorū metropolis ad hāc etatē Pariſius dicit᷑: ſupremaꝝ omniū diſciplinarū gygnaſiis & beati Aquinatis noſtri Thomę ſtudiis & ſcolis inclyta· Horū populoꝝ Ptolomeus & plures alii in geographia nō obliuiſcunt᷑ quoꝝ hac etate prima eſt Pariſius: inde oēs qui continent᷑ in longitudine quidē ab oppido nūc dicto Thedes uſq; ad Corpheum: in latitudine uero a Poyſſo uſq; Barum proximum uni ex ramis annis Sequanę· Teſta uero Lybius Triton Mineruę Palatuę compatriota/proximuſq; Numidię id uerum eſſe coarguit: quod·M·Varro & Plinius in·iii· naturalis hiſtoriæ ſcribit etiam ex Pęnis Affricaq; Hiſpanos habuiſſe originem· Ab eo poſitos fuiſſe Conteſtanos finitimos Betice ut auctor eſt Ptolomeus: ipſum nomen accuſat: Horum populi nimirū ſi militia ualent: quando quidem ex Tritonide Mineruaq; militię principe ortum habuere·

Anno ſeptimo eiuſdē apud Aſſyrios regnat Belopares: ⁊ Minos regnat in Creta. Anno uero decimonono Athenienſibus regnat Ericthеus. Anno trigeſimo quinto eius apud Tuſcos annis quindecī regnat Abas: a quo poſiti ſūt abii Tuſci: ⁊ anno eiuſdeꝫ trigeſimo tertio Argis regnat Abas Argus.

Duos fuiſſe Minoes legimꝰ quorum priſcus hic eſt: quem Manethon anno·vii·Menophis ait iniiſſe Cretenſe regnū: Euſebius uero anno octauo· Hic priſcus Minos fuit filius Xanthi Cretenſiū regis: ut periti greci ſcriptores cōſcribunt: qui cū Sarpedone priſco fratre de regno diſſentiens illum fugauit & Cretam obtinuit Poſt hunc ānis uiginti quatuor ſupra centū fuit Iuppiter Cretenſis q teſte Euſebio eo āno rapuit Europam Agenoris filiam: & ex ea ut oēs hiſtorici & poetæ aſſerunt genuit Minoem iuniorem eodem anno: qui ut idem Euſebius de temporibus notat: anno·xxxviii·etatis ſue ulturus mortem Androgei mare obtinuit & Athenienſium regem & Theſei patrem Aegeum dictioni parere coegit: Laumedontis anno nono· Ceterum de temporibus Beloparis & Erictei & Abãtis Argiui/ diſcrimen non eſt inter Manethonem atq; Euſebium· Fuit autem Abantis Argi neptis ex Iaſio filio Atalanta uenatrix/ quam ardenter Meleager adamauit/ ut omnes greci & latini ſcriptores referunt· At Abas Tuſcus is fuit teſte Manethone qui Tuſcos Abantes populos fundauit circa maritimam a Grauiſcis uſq; ad oppidũ quod ad hãc etatem Cap Abium uernacula lingua/ Latina uero capud Abantum dicimus· Ex his maritimis Eneę ducem unum claſſis aſſignauit Lartes Targon: qui Abas toruus a Virgilio dicit̃·x·Eneidos· Abas tñ a patria/ toruus uero nomine nõ credulitate dictus eſt·

mpides

Anno·xxx· Menophis Cadm⁹ ⁊ Phenix a mari rubro ꝓfecti: apud Sydonem regnauerunt. Poſt ſeptenniũ Cadm⁹ docuit rudem greciã: ⁊ regnauit Thebis. Apud Aſſyrios regnauit Lamprides ⁊ ultimo eius ãno Zetus et Amphion expulerunt Cadmum.

Greci qui omnia ex opinione ut libuit de temporibus & genealogiis ingenue mẽtiti fuerũt/ nihil certi afferentes/ ut auctor eſt Ioſephus contra Appionem grãmaticum/ & Euſebius de temporibus primę Olympiadis/ & alii clariſſimi ſcriptores: etiã & equiuocatione nominum ſepe capti ſunt· Plures enim fuere Cadmi ut Xenophon tradit/ plures Phenices: plures Zeti: plures Amphiones aliis & aliis temporibus ſibi mutuo ſuccedentes· Quo fit ut tanq̃ ritu diſtincta & ſe mutuo longe remota tempora tribuant· Sed qui fuerunt hi qui a mari rubro diſceſſerunt: & qua etate: ſoli Manethoni tanq̃ qui patrias hiſtorias nouerit & autori de reb⁹ egyptiis certiſſimo/ haud dubie credendum eſt: Fuere phenix & Cadmus primi/ Syria oriundi· Phenix natu maior·xxi·anno in Sydone regnauit & a ſe primus regionem Pheniciã de uetuſto more nũcupauit/ cum antea Canaam diceret̃/ & fuit pater Agenoris Syri nõ Egyptii ut hiſtorici graues aſſerunt· Horum equiuocatione quidam illuſi ſcripſerũt eos eſſe q a Thebis egypti profecti ſunt: ut ꝑ eis notat Euſebius de tẽporibus Dardani Sed falſum eſſe cõſtat: q; & Manethon egypti⁹ patrię hiſtorię ſcientiſſim⁹ his aduerſat̃ & phenix egypti⁹ filius fuit Agenoris nõ pr̃: & egypto nõ Syria oriũdus· Fuerũt alii frẽs Cadmus & phenix greci: ferme ãnis octoginta ante Troianũ excidiũ: filii Amyntoris: Phenix adolecẽs teſte Homero i·viii· Iliados cũ ſuggeſtiõe mr̃is fuiſſet cõgreſſus pr̃is Amyntoris pellici/ & pr̃ id ꝑſenſiſſet: ad aliũ adoleſcentẽ regẽ Peleũ Achillis poſtea patrẽ/ Phenix diffugit pr̃is irã· Peleus illũ benigniſſime ſuſceptũ & unice dilectũ atq; militię ducẽ creauit· q Peleo referrẽs ut potuit paria: delopes illi atq; plures pp̃los ſubiecit· Qui ẽt lõge poſt/ Peleo natũ Achillẽ ut filiũ phenix aluit atq; nutriuit· Hec de filio Amyntoris phenice Homer⁹ retulit· At de illi⁹ frẽ Cadmo q Armoniã ſororem Dardani & Iaſii Samotracis uxori primę ſuperduxit: Spinga

& Palefatus ſcribunt/& Euſebius refert/fuiſſe nouimus triennio ante regnum Laumedontis patris Priami/cum uxor prima ob Zelotipiam Armonię recedensa Cadmo illi certamen intulit:ut etiã Xenophon & plures retulerint. Quare Samotraces ut reliqui Greci falſo aiunt/hunc Cadmũ fuiſſe filium Agenoris egyptii/cuius cognatus fuit Dardanus Dardanię conditor. Nam ante hunc annũ condita erat Dardania nõ minus annis uno & uiginti ſupra ducentos: neq; hac etate alius Cadmus & phenix inueniant̄ q̃ Amyntoris nõ Agenoris egyptii filii. Itaq; teſte Manethone in Syros & Grecos/Cadmum & Phenicem:fuerunt Egyptii Agenoris filii Cadmus & Phenix qui a mari rubro iuſſu patris profecti : alter apud Sydonē Phenix: alter apud Greciæ Thebas regnauit anno.xxxvii.Amenophis : tertioq; poſt anno pulſus fuit : ut tam Manethon q̃ Euſebius de temporibus ſcribunt. Quare raptus Europę paulo ante hunc annũ obtigit:& nõ poſt exactos nonaginta annos: ut Euſebius de temporibus pro Greca incerta hiſtoria notat.

Poſt Menophim cepta eſt dynaſtia Larthũ ut in Italia:que dynaſtia durauit annis ſolaribus.c.xciiii.Horum Larthum in Egypto primus fuit Zetus: qui regnauit ãnis.lv.cuius anno octauo in Dardania regnauit Tros: in Tuſcia uero anno huiꝰ.xxxiii. regnauit annis.xxxviii.Veibenꝰ ex familia Veitulonie.

Hoc nomen Larthes nõ propriũ eſt/ ſed cõmune dignitatis uocabulũ/ ſicut Auguſtus & Pharao. In triumphalibus Etruſcis inuenimus per aſpirationē ſcriptum Larth/ & Larthi. Erant enim in Dynaſtia ſiue potentatu Etrurię xii. Lucumones in Vetulonia reſidentes.xii.reges : quibus unus p̄erat:ut Seruius auctor eſt ſuper viii.Eneidos.Hic ſupremꝰ Larth uocabulo Etruſco ideſt regũ maximus dicebatur/ nõ ſolum quia ceteris preerat/uerũ etiã quia anniuerſarie ceteris duodecim reuocatis ipſe per uitam totam perſeuerabat.Hoc pacto potētatus & Dynaſtia plurium regum in Egypto cepit: quibus primus prefuit Zetus Larthes Nõ hic Zetus fuit qui pepulit Cadmum/ut ſupra retulit. Nam iſte fuit egyptius: ille uero Grecus. De horũ temporibus Euſebius & Manethon paria ſentiũt. Tros iſte fuit filius Erictonii & nepos Dardani qui in Dardania partem urbis maximã fundauit: atq; a ſe Troiam dixit: ut Euſebius de temporibns & ceteri conſcribunt: ſed de alio Larthe Magueo & temporibus tam Larthum Thuſcię q̃ Dardanię:in tēporibus Archiloci & hiſtorię Etruſcę ſupprimit Beroſus:ut qui nouitius hiſtoricus & externus. Nomen uero Veibennum quod a latinis Vibennum per ſinereſim in primo Varronis de lingua latina ſcriptum reperio/ſicut & Veiturgiã & Veiterbum per ſinercſim dicimus Viturgiã & Viterbum: ꝓfecto Etruſcũ eſt nomen qđ ſolũ Vetuloniatibus conuenit. Nam ben fililius apud orientales atq; Arameos & Hebreos filius dicitur. Hinc Veibennus ſiue Vebennus Veiorum filius & conciuis dicitur.

Verum ſepe nomen cõmune gentis: die luſtrico tanq̃ proprium uni imponitur: ut Romanus· Florentinus· Senenſis· Ita pari forma cum omnes Veizi ſiue Vetuloni ſint Vibenni: huic tamen propriũ fuit nomen: qui poſt Abantem Larthem regnauit annis tot quot in chronographia emendata Etruſca poſuimus·

Primo quoqꝫ ãno Zeti regnauit apud Celtas Lemannus: ⁊ xxxii· anno apud Aborigines: Mars Italus cognomento Ianus iunior· Anno eiuſdẽ· xxxv· apud Celtiberos Romus regnauit·

Lemannus iſte non dubium eſt quin is fuerit qui Lemannos poſuit & a ſe nominauit ſimul cum lacu Lemanno in prouincia Narbonẽſi quem Luxanę lacnm hodie incolę nuncupãt: quem Rhodanus ad pontem urbis Gebennę effluit· Idem enim Rodanus prius in lacum influit q̃ effluat: De Marte Italo cognomento Iano iuniore hec comperio· Euſebius de tẽporibus Eneę ſic ſcribit· Ante inquit Eneã Ianus: Saturnus: Picus: Faunus: & Latinus in Italia regnauerũt annis circiter·c·l· Cur uero circiter dicat᷑ profecto quia id nõ potuit habere ex certo latinę hiſtoriæ· Nam plus annis·xii· cepit dictus Ianus· Quod profecto ita patet· A·xxxii·anno Zeti ad excidium Troię circa cuius tempora ad Latinum uenit Eneas: ſupputantur ab eodem Euſebio anni duo & ſexaginta ſupra centum· At Ianus iunior Latinus cepit Aboriginibus imperare anno·xxxii· Zeti/ ut Manethon aſſerit· Quare duodecim annis amplius q̃ centum & quinquaginta cepit· Quia uero alii minus duodecim cepiſſe ſcribunt: idcirco Euſebius chronographus optimus/ ne cui detraheret/aut certum tempus quod incertum erat exprimeret/mediũ inter hec tempus/ & cum uocabulo circiter tradidit: dicens: regnauerunt in Italia annis circiter centũ quinquaginta· Ceterum Italiam Thyberinam & Latium hoc loci accepit ab hiſtoricis: quoniam ut ex omnibus conſtat in tota Italia Larthes Turrheni imperabãt: in Latio uero ſupradicti Latini ſubreguli Ianus iunior: Saturnus iunior: Picus iunior: Faunus iunior & Latinus· Q đ uero hic Latii ſubregulus cognomento Ianus fuerit Latinus Mars: ex primo libro Dioniſii Halicarnaſſei conuincitur: qui ſic ex latina hiſtoria ſcribens: Contigit inquit eo tempore quo uenit Euander/eſſe regem Aboriginum Faunum: pronepotem ut aiunt Martis: quem ut genium quendam ſiue indigetem: & ſacrificiis atqꝫ carminibus colũt Romani· Pronepos autẽ ad proauum refertur quoniam relatiua ſunt· Porro Ianus iunior ut Manethon & Euſebins numerant/ proauus fuit huius Fauni / ut patet numerando a Fauno filio per Picum patrem: Saturnum auum: & Ianum proauum· Quare idem fuit Mars Latinus & Ianus iunior: ut Manethon tradit· Ergo equiuocatio Iani & temporum ignoratio/multos in his latinos decepit· Nam ſi Tuſcorum uetuſtas tanta eſt ſimul & illorũ deorũ & legũ antiquitas/ut nullis hominũ legibus/diis & moribus cõueniãt/ut ꝓbabiliores greci cõſcribũt/& Dioniſiꝰ Halicarnaſſeꝰ in primo retulit· Porro antiquiſſimas leges atq; primos deos/araſq;: & religionē cana fides Ianuſq; dedit: conſequens neceſſario eſt/ ut hic Ianus iunior nullas religiones docuerit nec fuerit priſcus ille qui eſt pater omniū deoꝝ: qui nouitius inuenit᷑ paulominus centū ſeptuaginta annis ante Eneam: & cuius etate Turrheni florebāt Ianigena lege: religione: ſtudio: litteris & philoſophia· Nunc de Romo apud Celtiberos rege dicendum eſt· Romus hic fuit: qui cum procul Sagunto Romam in litore conſtituit: a poſterioribus Romanis per interpretationem Valentiam nuncupata· Nam Romus ualens & robuſtus ferme ab omni lingua/& hiſtorico· Quare per interpretationem & locum a coniugatis: ſi Romus ualens eſt/ & item ualens Romus: neceſſario conſequens eſt: ut Roma ſit Valentia/& Valentia Roma· Cui argumēto eſt Solinus qui in principio ſcribens: Romę inquit uocabulum primo ab Euandro datum: cū oppidum ibi offendiſſet quod Valentiam dicebat latina iuuētus: quod Archades habitantes/ſeruata nominis interpretatione Romam dixerunt· Hec Solinus· Verum qđ dicit uocabulum Roma primo ab Euandro eſt inditum/ intelligendum eſt appellatione Greca· Nam antea uocabulo barbaro etiā Roma dicta fuit a prima conditrice filia Itali: ut Beroſus & plures ueriſſime ſcripſerunt: & Plutarchus refert in uita Romuli· Eſt autem ſignificatio Romæ apud Grecos ſolum robur & robuſta: ſed teſte Hieronymo de interpretatiōe nominū Hebreoꝝ & alii Talmudiſtę ſonat nō ſolum robur/ſed ſublimitatem cū tonitruo augurio & imperio· Itaq; nō exigua cōiectura eſt Valentiam Hiſpanię primū Romam a conditore Romo dictam· Cui argumento eſt ꝙ eius liberi qui ei ſucceſſerunt eiſdem locis regnauerunt: ut paulo inferius locis ſuis uidebimus·· Vrbs itaq; Valentia ab origine uetuſtiſſima: etiā Valentinis heroibus inclita Borgiis/ hac noſtra etate decorata & ornata eſt Borgianis pontificibus maximis/ in primis beatiſſimo Calixto·iii·ſub quo mira dei prouidentia apud Pānones Turcus Mahameth inimiciſſimus Chriſtiani nominis/ cladem exercitus paſſus: & a quo transfigurationis Chriſti celebritas inſtituta eſt: Deinde & beatiſſimo Alexandro·vi·in cuius pontificatus exordio/e cauernis & latebris terrę/ uetuſtiſſimorum Italię regum triumphalia in hac ſua urbe Vetulonia nūc Viterbo etiā lepores perrodiderunt: uidelicet futurę ſub eo pontifice feliciſſimo propagationis imperii Chriſtiani/ & ſedis apoſtolicę illuſtrationis diuinū portentū· Eadem urbs Valentia illuſtriſſima effecta/ ortu beatiſſimi Laurentii martyris/& diui Vincentii confeſſoris/atq; glorioſiſſimo martyrio beatorum Valerii epiſcopi Ceſaraugustani & eius archileuitę Vincentii·

Pannias

Secundus Larthes Egyptius fuit Ranſes annis.lxvi. Anno eius.xxiiii. Aſſyriis impat Pānias. Eiuſdē anno.xxviii. Athenienſib⁹ regnat Egeus. Cadm⁹ Armoniaꝫ ſororē Iaſii Samo-

De temporibus Ranſis: Panniæ & Egei conueniunt Manethon & Euſebius de temporibus: diſſident uero in tēporibus certaminis uxoris Cadmi: ꝙ Manethon id geſtum eſſe anno Ranſis·lx· ſcribit: Euſebi⁹ uero·lviii· Ex quo patet Cererem magnam panifitracis, ducit uxorē. Olbius regnat apud Celtas. Anno. lx. Cadmus ex Zelotipia prime uxoris ob Armoniam diſcrimen certamenqꝫ patitur.

Eiuſdē anno. xxiiii. Ceculus cognomento Saturn⁹ iunior regnat apud Aborigines: et tertio anno poſt apud Turrhenos regnat Oſcus: cui⁹ inſignē fuit ſerpēs. Hic ex Vetulonia multas colonias ſeminauit: apud quaꝫ erat oriundus magna familia.

cam nō potuiſſe adeſſe hui⁹ Cadmi & eius cognati Iaſii Samotracis nuptiis/ quę diu ante naturæ conceſſerat/ ut in Anniis queſtionibus & aliis comentariis/ & inſtitutionibus Etruſcis expoſuimus.

Inter omēs latinos auctores hæc cōueniunt. Primū quidem quia Ceculus Preneſtinę conditor urbis fuit Aboriginum rex in Latio. Idem fuit Martis Latini fili⁹ At uero qui Marti patri ſucceſſit in Latio fuit cognominatus Saturnus ut ſupra demonſtrauim⁹ Quare Ceculus rex Martis Latini filius: cognominatus fuit Saturnus. Ergo tres fuere in Italia Saturni. Primus fuit Sabatius q fugiens arma Iouis Nyni ad Ianum priſcum: exceptus fuit ab eo: & participata potentia illum illuſtrauit. Hic fuit pater Sabinorum & Samnitum: ut ſepe oſtendimus. Alius fuit filius Romę Romaneſſus nepos Itali: qui primus Aboriginum Saturnus creatus eſt: ut in eiſdem oſtendimus. Tertius fuit Ceculus filius Iani iunioris: nominati Martis: ut nunc explanauimus. Primus fuit priſcis aureis ſeculis: Secundus tempore Iaſii: Tertius tempore Ranſis Egyptii & Oſci Vetulonienſis ut ex his patet. Oſcus uero Etruſcum nomen eſt: a uenenoſo & terrifico ſerpente dictum quem ad hanc etatem Etruſci Oſcorzonē dicimus. Quare rectius dicit Manethon Oſcum & Oſcos ab inſigni principis ſerpente dictos: q̄ Seruius ſuꝑ. vii. Eneidos dicens/ Oſcos dici: ubi plurimi habundant ſerpentes. Profecto & ab inſigni duces uetuſti appellari inſtituebant: ceu Macedon a lupo/ & Anubis a cane: ut in primo libro Diodorus eſt auctor. Nam egyptia lingua Macedon lupus/ Anubis uero canis dicitur. Quin etiam & Iuppiter in Aquilam & taurū & aureum in pluuiū uerſus a fabuloſis Grecis fingitur: ꝙ ad raptum/ ſtuprumqꝫ Gammedis/ Europeqꝫ atqꝫ Danaes uſis/ ſit inſigni Aquila & tauro: & corruptore auro. Hic Oſcus Vetulonienſis adeptus imperiū Italiæ plurimas colonias dedit/ ut ait Manethon: & a ſe Oſcas & Volſcas quaſi Voloſcas ideſt conſulares Oſcas cognominauit: quarū Volſci in Latio primi fuiſſe conditi apparent/ ꝙ uocabulo Turrheno eos Voloſcos ideſt priſcos Oſci enim fuerunt Capuani Oſcos appellauit: quos Virgili⁹ adducit. vi. Eneidos illo uerſiculo. Oſcorūqꝫ manus. Quo loci Serui⁹ ita ſcribēs: Capuēſes inqt dicit: q an̄ Oſci dicti ſūt. Teſte eodē Seruio etiā ſuꝑ. x. Eneidos/ cōſtat Capuā a Tuſcis cōditā fuiſſe: uiſo falcōis augurio q Tuſca lĩgua capis dr̄. Et ſubdit. Tuſcos aūt oēm pene

Italiam ſubiugaſſe: manifeſtum eſt· Vulturnū uero poſt dictam fuiſſe/ & a campis Capuā/ Liuius auctor eſt in·iiii·ab urbe condita dicens· Vulturnū Hetruſcorū urbem quę nunc Capua eſt: cepere Samnites· Eodē loci ait Capuam eſſe dictā a campeſtribus locis in quibus ſita· Reaſſumpſiſſe quoq; Capuę nomen a Troiano duce Capye: equidem Virgilius inſinuat libro·x·Eneidos: ubi ait· Et Capys hinc nomen Capuanę dicitur urbi· Vnde & Dardanos colonos illā habere dixit Lucanus in·ii·cum ait· Menia Dardanii tenuit Capuana coloni·

Anno eius.xiii. Ilus regnauit apud Troianos.lii.ānis: ⁊ Palatuus apud Celtiberos: apud Celtas Galatas iunioꝛ: qui uicit Sarmatas et condidit Galatas Aſie.

Tempora in Manethone inuemē data in Archiloco & noſtra chronographia reperies: ceterū nouimus ex precedentibus/ cū uaria origine reges Hiſpaniā regerent eorum caput originis nominari: quorū ultimus fuit Teſta Lybiꝰ Triton qui apud Carthageneæ prouinciā regnauit· Quare cum nō alii ſed illius poſteri a Carthagenea in Valentiam prorogaſſent imperiū: conſequens eſt/ ut Valentia ab eius filio Romo fuerit nominata· Argumento quoq; eſt q̄ circa ea loca filius Romi Palatuos: populos a ſe dictos Palatuos fundauit: quos & Ptolomeus ſupra Valentiā deſcribit ad montes uicinos· Galatas uero iunior a quo deuicti ſunt Sarmatę & Aſiani: etiam a patre ſuo Olbio innumeras colonias denominauit in Gallia: Sardinia: Sarmatia magna: Aſia & Cilicia: ut ī Ptolomeo & geographis nomina deſcripta Olbia perſeuerant· De uictoria uero atq; fortitudine exercitus huius/ quibus omnem Sarmatiam & Aſię magnam partem dictioni parere coegit· Diodorus Siculus ample in·vi·libro proſequutus eſt· Ceterum de Ilo id cōſtat: eum fuiſſe a quo Ilium in Troia fuerit cōditum: & cuius fratrem Gamnedem Iuppiter rapuit in Aquilam uerſus ut fabulantur Greci: tametſi eorum chronographus Euſebius de temporibus/ mendaces illos oſtendat ex temporibus patris eorū dicens· Ob raptum Gamnedis: Trois patris Ganymedis & Tantali raptoris bellum exortū eſt: ut ſcribit Phander poeta· Fruſtra igitur Iouis fabula & raptrix aquila confingitur· Hec Euſebius de temporibus Trois & Tantali·

Anno eiuſdem.xlvii. Picus iunioꝛ fit rex Aboꝛiginibꝰ: ⁊ apd Tuſcos regnat Tarchon ſecūdus annis.xliiii.poſt Picum. Anno penultimo Raniſis apd Celtas regnauit Namnes.

Fuiſſe Picum priſcum: ex precedentibus colligit̄· Hic Picus iunior pater fuit Fauni iunioris/ cuius etate regnauit Tarchon ſecūdus in Italia· Nam & ſi Tarchon iſte cepit regnare ſub Pici tēporibus: ſub eius tn̄ filio uſq; Euādri & Herculis tēpora perſeuerauit: ut Solinus in principio inſinuat cum dicit· Caccus habitauit locum cui Salene nomen eſt: ubi trigemina nūc porta

Hic ut Gellius tradit cũ a Tarquõe Turrheno ad quem legatus uenerat iuſſu Mariſię regis/ſocio Megalę Phrygę/cuſtodię foret datus: fruſtratus uincula & unde uenerat redux/ preſidiis amplioribus occupato circa Volturnũ & Cãpaniã regno dũ attrectare etiam ea audet quę cõceſſerant in Archadum iura: duce Hercule qui tũc forte aderat/oppreſſus eſt· Namnes autẽ quem Manethon ait regnaſſe apud Celtas/ſcriptus inuenit̃ ꝑ litterã·m·&·n·Namnes & Nannes: nec arbitror ſignificatũ uariari· Quare conſtat condidiſſe Namnetes populos in Gallia Lugdunenſi: iuxta deſcriptionem Ptolomei: ſupra Pariſius interq; Namnetes & Veſſones diuidit Sequana fluuius· Veſſonum metropolis eſt olim Auguſta Veſſonum: nũc Demont: At Namnitũ Auguſta olim condeuincũ iuxta Ptolomeum: nunc aut Venecial eſt aut proximis locis· Ab his Nantes per ſincopã quaſi Namnetes orti ſunt: manetq; illis nomen/Anglię oppoſitis· Eſtq; in Turonenſi ꝓuincia ciuitas epiſcopalis in Britania citeriori: quę comitatus titulo illuſtrat̃: ducis Britanię primogenito aſcripto·

Tertiꝰ Larthes egyptiꝰ Amenophis annis.xl.regnat et imperat: cuius anno primo Laumedon imꝑauit Troie. Anno uero tertio Soſarmus regnat Aſſyrius: et Hercules Amphitrionis naſcit̃ anno.vi. uixitqꝫ annis.lii.et periit igne: primus ex maximis pyrratis.

Satis congruũt mutuoq; ſibi cõſentiunt Manethon & Euſebius de tẽporibus Amenophis/ & Soſarmi/& Laumedõtis patris Priami· Ceterum diſſentio eſt quo tẽpore ortus ſit ex Ioue & Alchemena adulterinus grecus Hercules Nam cũ omnes hiſtorici tradãt illum periiſſe·xlii· anno Priami/ ideſt anno decimoſeptimo ante exciſam Troiam: uariant tamen quoto uixerit tempore/cum illũ pleriq; annis·xxx· plurimi uero lii·uixiſſe contemnãt· Quos Euſebius de temporibus Priami referens & ita ſcribẽs Hercules inquit cum ĩ morbum peſtilentem incidiſſet: ob remedium dolorum ſe proiecit in flammas/& ſic morte functus ẽ ãno etatis·lii· Quidam autẽ illum·xxx· periiſſe ſcribũt· Hec Euſebius· Fuiſſe autem illum cum Argonautis omnes ſcribũt: ac propterea probalius dicunt qui illum·lii·annis uixiſſe conſcribũt· Nam ſi·xlii· anno Priami ideſt·xvii·ante Troianum excidium periit: ſi ſolum·xxx·annis uixiſſet: equidem ante Troię cineres fuiſſet genitus anno·xlvii· a quibus ſi quadraginta duos Priami ſubtrahis: profecto remanent quinq; anni quibus ante Priami principatũ natus fuit· Quare qm̃ Priamus ſucceſſit Laumedonti patri ab eodẽ Hercule perempto: cõſequẽs neceſſario eſt: ut quinquẽnis Hercules cũ Argonautis nauigãs Laumedontẽ ꝑemerit: qd̃ equidẽ nõ tam falſum q̃ ridiculũ eſt· Ergo uerius ſcribũt qui illum occubuiſſe aiũt anno etatis ſuę·lii· Sic enim: decennis fortis robore cũ ſolo ictu p̃ceptorem ſuũ Linum Muſicũ ꝑemerit puerulus tardiore ingenio: ut Diodorus refert in·iiii· Neq; id facinus nõ potuit facile perpetrare/ ut decennis robore incredibili: & auxilio Iaſonis & Argonautarũ: & dolo non bello/Laumedontem nil eiuſcemodi ſuſpicantem noctu confoderit:qm̄ id a Pirratis & ſepe factum uidimus & ſepius geſtum legimus· Nam ut in aliis:Argonautę nil aliud q̄ Pirraticam inſidioſam geſſerunt· Et idcirco recte Manethon dicit illum fuiſſe primū ex maximis Pirratis:q̄q̄ puer diuino quodam & admirabili robore res cum Argonautis gereret omnia maris litora ut inſidioſus Pirrata latrociniis & ſtupris colluſtrans magiſq̄ illuſtrans·luſtrauerit/ut greca fabula refert·

Anno Amenophis· xiiii. apud Aborigines regnat Faunus iunioꝛ:⁊·xxix·anno Tuſcis imperat Thyberin⁹ ex familia Veia Vetulonie annis·xxxv·

De Fauno iuniore qui Euandrū excepit hoſpitio/& oppidum Romam Valentiam dictum illi conceſſit omnes latini & greci paria ſcribunt·De Thyberino uero Veiorum Vetulonię regulo:hec cōperio·Nomen illi fuit Thyberinus/cognomen Thybris ideſt infuriator:idq; cognomen illi a Pelaſgis quos pepulit a Tuſcia impoſitum fuit· Nam cum Pelaſgi paulo ante Siculos pepuliſſent cum parte Vmbroꝝ:cohabitauerunt Turrhenis pacifice uſq; ad Thyberinū iſtum qui per duas etates ideſt circa·l·annos regnauit ante Troianum excidium:ut paſſim in primo libro ſcribit Diodorus Siculus·Origo belli inter eos fuit:ꝙ Minos iunior miſit in Italiam Glaucum filiū ut cum Pelaſgis Imperiū teneret:exceptuſq; fuit a Ceretanis/ donatuſq; Scylla puella ex oppido Cęre ut quidam tradiderunt Qđ cum Thyberinus egro animo atq; iniquo perſpiceret:bellū intulit Ceretanis ad mare/& Phaleriis ad Thyberim:quo bello & ſi ipſe periit gygas ualidus nomen tamen amni dedit qui prius Albula dicebatur:& Vetulonienſes uictoria potiti:Glaucum & Pelaſgos tota Italia pepulerunt:& Enotum oppidum ualidiſſimum non procul urbe Roma cum cepiſſent:ſibi urbem poſuerunt:quam a ſui origine loci & gentis Veientem appellauerunt:ut Epigenes refert·Vnde in uita Camilli Plutarchus illos Enotanos ante fuiſſe retulit & a Romulo dictos Sardinianos/quia ab Veis Etruſcis qui intra fines Etrurię continentur originem habent·At uero Vei Etruſci Sardiniani coloni fuerunt:ut idem Plutarchus refert in uita Romuli·Coloni aūt Sardinię fuerunt:non ꝙ a Sardinia in Etruriam uenerint:ſed ꝙ natione Etruſci Sardiniam primi cum rege illoꝝ Phorco habitatam reddiderint:ut autor eſt ſtrabo in·v· & nos ad longū explanauimus in aliis locis·Sed de his hactenus·Nunc quid de Thyberino his cōformia referantur:iure ſubinferendum eſt·Regnauit inquit Manethon Thyberinus/anno·xxiiii· Amenophis·In primis hoc tempus dubito q̄ maxime quadre·Nam ut hiſtorici cōſentiunt fatidica Mantho/eiecto ab Athenienſibus rege Theſeo cui Manto ſeruierat:eadem uenit ad Thyberinum Vetulonię regem/ a quo fecundata peperit Ognum conditorem Mantuę·Hinc Ognus dictus fuit filius Tuſci amnis/ ideſt Thyberini qui nomen amni Thyberi indidit:dicente Virgilio in·x·Eneidos·

Ille etiā patriis agmen ciet Ognus ab oris: Fatidicę Mantus:& Tuſci filius amnis

De Thyberi uero nomine quidam opinant᷑ dictum ab Albanorum rege Tyberio qui in eo ſubmerſus fuit/ut placet Liuio & Ouidio in·ii·Faſtorum:dicenti·

Albula/quem Tyberim merſus Tyberinus in undis
Reddidit:hybernis forte tumebat aquis.

Sed huic reſpondent Seruius: Virgilius:& Plinius:& alii qui ſcribunt diu ante Tyberinum Albanum fuiſſe Thyberinum Tuſcum cui greci Thybrim cognomentum impoſuere. Nam Feſtus recte ait Thyberim dictum a Thyberi Tuſcorum rege uel a Thyberino rege Albanoꝝ: Plinius in.iii.naturalis hiſtorię capitulo.vi.dicit diſtinguens ſimul nomina & uerba. Tiberis inquit:ante Thybris dictus eſt:ſed prius Albula.Et Virgilius in.viii.ſcribit dicens. Tum reges/aſperq; inmani corpore Thybris: A quo/poſt Itali/fluuium cognomine Thybrim diximus:amiſit uerum uetus Albula nomen. Seruius uero cunctas opiniones referens: hec in pluribus locis ſcribit:maxime ſuper.viii.Eneidos.Thyberim alii a rege Aboriginū dictum putāt: qui dimicans iuxta eum occidit:Alii a quodam Aborigine:quem Glaucus Minois filius in Italia interemit Alii inter quos Liuius & Ouidius a rege Albanorum: Alii inter quos Virgilius & complures a Thyberino rege Tuſcorum: qui ibi occubuit: Alii a regis Tuſcorum iniuriis/qui circa ripas huius fluminis latrocinabatur & a crebris iniuriis quibus tranſeuntes afficiebat Thybrim cognominatum fuiſſe.Nec Ouidii uerba nos aſſerere cogunt ante Tiberinum Albanum non fuiſſe dictum Thyberim.Neq; etiam Liuius cōtradicit:quia & ſi a Tiberino Albano dicitur Tiberis ante tamen illum inuenitur nominatus Thybris.Hec Seruius Verū has opiniones ueras eſſe ex Manethone & hiſtoricis deprehendimus. Nam Thyberinus Tuſcus fuit atq; Vetulonus:Dictus eſt autē latrocinator/quia teſte Seruio latrocinari dicimus ducem/qui etiam conductitium habet exercitū.Et quia conduxit proximorum aboriginū militem ultra Tuſcos contra Glaucum & Pelaſgos:hinc dictus eſt latrocinator:& aborigines:& rex Aboriginum:& Tuſcus & rex Tuſcorum:& Veitulonus & regulus Veientum.De Glauco uero ita ſcribit Seruius li.vii.Eneidos:ſup illo Carmine Picta ſcuta labici.Glaucus inquit Minois filius uenit ad Italiam.Et cum ſibi Imperium poſceret nec reciperet/ideo ꝙ nihil preſtabat ſicut pater eius preſtiterat mittendo illis Zonam cum ante hac diſcincti eſſent. oſtendit ſcutum:a quo & ipſe Labicus dictus eſt:& ex eo populi Labici. Tempora quoq; Herculis:Thelamonis:Iaſonis & Argonautarum: Medeęq; & Cyrces illius ſororis amantis Glaucum: q̄ ueriſſime quadrant:ſi quę ſcribuntur animaduertimus.Aiunt enim ſcriptores:quoꝝ ſententiam Seruius refert ſup.iii.Eneidos:illo carmine: Dextra Scylla/leuum implicata caribdis.Duplex inquit eſt Scylla:una prope Caribdim Sicilię/que eſt ſaxum ſimile formę celebratę ꝓcul uiſentibus ut ait Saluſtius:alia fuit filia Niſi ut inſinuat Virgilius.vi.Egloga.Fuit & tertia filia Phorci & Creteidos Nymphę/Hanc amabat Glaucus quam Cyrce diligebat: ſed q̄ proniſſimus in Scyllā fuerat. Irata Cyrce/fontem in quo illa corpus ſuum lauare cōſueuerat/ infecit uenenis: in quem Scylla cum deſcendiſſet pubetenus:in uarias mutata eſt formas.Horrens itaq; ſuā deformitatem in mare ſe precipitauit.Hec Seruius Hāc tertiā Scyllam fuiſſe Tuſcam Ceritem autores aſſerūt:inter quos Epigenes precipuus eſt in Apologetico cōtra Italos:quo Thyberini & Glauci bellum refert:qui etiam ait Terminum Ceritis amnē a patris nominē Minoem appellaſſe/ quē in Minionē tranſmutaſſe ex cō temptu Tuſcos aſſerit: Fontem uero & mare ubi ſe precipitauit Mare Scyllanum dici• Nunc etiam etate noſtra ſic appellatur/& Tuſca uernacula lingua que ſinere ſi utit' Mar Scylliano uocamus• Eſt amnis iuxta Cerite oppidũ ad mare ubi Scylla ſe lauare cõſueuerat• Itaqꝫ ut diximus omnia quadrãt• Tẽpore enim quo regnabat Theſeus erat Manto & Thyberinus Tuſcus: Glaucuſ quoqꝫ filius iunioris Minois Scylla & Cyrce• & Hercules & Thelamon• Nam Cyrces in Italiam uenit cũ Argonautis: qui ab Hiſpaniis regredientes in Thelamonis portum/dictum a duce iuxta Turrheniam uenerunt: ut aſſerit Diodorus in•v• Inde Hercules/a quo ad hanc etatem dicitur portus Herculis in Tuſcia: in cõtinentem deſcendens & ad Fanum Volturrhnę in ſubciminiis radicibus ueniens: primo quidem ut ſuum robur oſtẽderet: Lacũ Cyminiũ nobis effecit/ut autores & Seruius refert li•vii• Eneidos

Quartus Egyptiis imperauit Ammenephos ãnis.xxvii. cuius anno.iiii. apud Celtas regnat Rhemus a quo Rhemi. Anno nono eius apud Aſſyrios regnauit Tautanes: et anno.xvi. apud Aborigines Latinꝰ: apud Tuſcos aũt regnat Mezentiꝰ.

Remus Celtarum rex a quo Remi quis fuerit/nondum comperi Sat eſt ab his Remenſes Gallos dictos: quos Lucanus in primo & in comentariis Ceſar comemorat/ ſuntqꝫ inter Bolgas proximi Celtis: & Sueſſonibus cum q̃bus eodem iure ac iiſdẽ legibus olim utebant'• finitimi ſunt Veromandiciſ: Treueris: Metenſibuſ: Catalenſi quoqꝫ & Laudunenſi dioceſibus: ac Siluę Arduenne a Ceſare celebrate• Metropolis eſt Remis ipſa: in qua rex Gallie ſolebat magna pompa religioni inungi & rex acclamari• Porro latinum fuiſſe filium Fauni quidam ſcribũt Alii uero adulterinum Herculis Pyrratę• Mezentiũ Agillinum ciuem autores concelebrant cum fuerit Tuſcus/ſed a capta Agillina dictus eſt Agillinus ut alibi ſcripſimus quẽ Virgilius in Eneidos li•viii• Lartem in luco ingenti ſanoqꝫ Volturrhnę/ crudelia exercentem/a ciuibus Vetulonię pulſum/ aſſerit profugiſſe in ſuum Ceritem oppidum: moxqꝫ inde militibus ſumptis ad Turnum cõtra Eneam profectus eſt: contra quos claſſem atqꝫ terreſtrem militiam Eneę ad ſe uenienti Tarchon rex conſignauit• Qui etiam Mezentius teſte Macrobio in Saturnalibus: antea Rutulis imparauit ut ſibi offerrent quas diis primitias offerebant• Tum latinos omnes ſimilis imperii metu: ita uouiſſe• Iuppiter ſi magis tibi cordi eſt nos ea tibi dare potius q̃ Mezentio: uti nos uictores facias• Et idcirco a Virgilio dictus eſt cõtemptor deorum• Hinc pia illa inſultatio ſacerdotis• Hec ſunt ſpolia & de rege ſuperbo primitię: raptas de co notans exuuias• Vnde contra latinos poſtea Turnum iuuit• Cetera in temporibus Ammenephis & Tautanis Euſebius & alii cõueniunt•

Secutus eſt ultimus Larthes ſeptẽ annis: poſt quẽ ſecuta eſt

Dinaſtię egyptiorum prime a diluuio uſqꝫ ad•xliii• annum Nini xv•fuere: ut Euſebius de tempori

Dinaſtia ſine Larthe ānis centum ſeptuaginta ſeptem ꝑ quā numerabimus qui Babillonii: Egyptii ⁊ Turrheni floꝛuerūt. Anno dinaſtie Diapolitanoꝛuꝫ pꝛimo Troia euerſa fuit: et āno tertio Eneas uenit ad Italiam: ad Latinū ⁊ Euandrū: ⁊ Turrenos apud quos regnauit Tarchon iunioꝛ annis.xx.

bus ſcribit·prima omnium iuxta Beroſum fuit Cameſi quem inter primos Deos iuniorem Saturnū appellauerunt egyptii:ut in Beroſianis explicauimꝰ:·durabatq; ſingula ſeptomanis ſub duodecim diis primis maioribus egyptiorum hoc pacto· Anno a diluuio·c·xxxi· teſte Beroſo Chemeſen primus tenuit Dinaſtiam egipti ſeptem annis:cui Chem Min urbem dedicauerunt: ut oſtendimus·Huic ſucceſſit Occeanus cū Thetide/qui colonias poſuit iuxta Nylum:a quo & Nylus antea fuit dictus Occeanus a quo innumeræ nymphe genitę ſunt·ut Heſiodus in Theogonia ſcribit:& Diodorus in primo libro de Nylo confirmāt· Poſtq̄ uero ſeptem annis Dinaſtia penes Nylum fuit·ceſſit tertio·& hoc ordine duodecim dii regnauerūt ſinguli in ſuis urbibus ſeptem annis qui ſummam annorum efficiunt quatuor & octoginta· Tres ex diis minoribus ſequuti:ceperunt augere tempus/quoꝝ primus principatū tenuit annis·xiiii·ſecundus·xxvi·poſtremus·xxxvii·qui ſimul ſumpti efficiūt annos ſeptem & ſeptuaginta:adiectiq; ſuperioribus dynaſtiis reddunt annos unum & ſexaginta & centum quos ſi addis centum & trigintaunum qui a diluuio ad primam ſub Chemeſe Dinaſtiam interfluxerunt:erunt anni duo & nonaginta ſupra ducentos:quo tempore ortus eſt Habraam anno·xliii·Nyni/ ut Euſebius de temporibus & Moſaicū tempus comprobant·Hoc anno cepta eſt·xvi· Dinaſtia ſub Oſiride:qui conceſſit Dynaſtiam Thebeis:durauitq; iſta annis nonaginta & centum:ut Egyptii & Euſebius ſupputant· Sequuta eſt paſtorum Dynaſtia·xvii·centum & tribus annis: ut iidem ſcribūt·Ab hac emerſit·xviii·Dynaſtia Dyapolitanorum annis quadragintaocto & trecentis: ut computant·Hinc in diuerſis locis Egypti luſtrauit·xviiii·Dynaſtia ſub diuerſis lartibus annis quatuor & nonaginta ſupra centum:ut ab eiſdem aſſeritur:qui ut aſſerunt iterato in Diapolitanos regreſſa eſt·&· xx· Dynaſtia dicta ſine larthibus/ut hic Manethon ſcribit:& Euſebius connotat· Itaq; per hanc Dynaſtiam progreſſus Manethon/ait eius primo anno Troiam ruiſſe: Euſebius uero ultimo anno precedentis Egyptię Dynaſtię illam notat euerſam· Sed plenius Archilocus tradidit de aduentu Eneę in Italiam quo anno in Italiam uenerit poſt crematam Troyam diuerſa opinio eſt: Hoc tamen conſtat Eneam profugum domo ueniſſe ad Latinum Aboriginum regem a quo primū Aborigines latini dici ceperunt: a latinoq; Comi hoſpitio exceptus Eneas etiam Latini filiam coniugio accepit:ob quod ortum bellum eſt inter Troiugenas & Aborigines & Rutulos· Nam teſte Liuio in primo ab urbe condita: Turnus rex Rutulorum/ cui pacta Lauinia ante aduentum Enę fuerat/prelatū ſibi aduenā egre patiens:ſimul Enę Latinoq; bellū intulerat· Neutra acies ex eo certamine abiit uicti Rutuli uictores Aborigines Troianiqꝫ/ducem Latinum amiſere·Inde Turcius Rutuliqꝫ diffiſi rebus:ad florentes Etruſcoꝝ ſine caſu eorumqꝫ regem Mezentium confugiūt· Qui nouę opes origine gentis & urbis res Troianas creſcere non tutum eſſe ratus:ſocia arma rutulis iungit·Parata claſſe atqꝫ militia ex·xii·populis teſte Virgilio:dum plus nimio exercet crudelia:ad ſupplicium queſitus Mezentius:a fano Volturrhnę inter cedes & ignes fuga elapſus:in cęriteqꝫ ſuum oppidum quod non longe eſt profectus·

Anno·vii· Aſcaniꝰ Latinis imperat: anno uero ſequēte Teuteus Aſſyriis et poſt Francus Celtis ex Hectoris filiis: ⁊ āno eodem Lydi mare obtinuerūt·

Lydi quos ait mare obtinuiſſe exiſtimo non fuiſſe Tuſcos ſed Meones in Aſia: quanq̄ & Tuſci tūc mare inferumqꝫ ac ſuperū & omnes inſulas circū Italiam ea tempeſtate occuparēt·Nam teſte Liuio in primo ab urbe condita·in aduentu Enee tanta opibus erat Hetruria ut iam non terras ſolū: ſed mare etiam per totam Italię longitudinem ab alpibus ad fretum Siculū/fama ſui nominis impleſſet·Porro quis Francus iſte Hectoreus aut quo pacto/rex a Celtis ſuſceptus fuerit:neminem legi·Vincentius tamen diligentiſſimus hyſtoriarum ſcriptor:illum cōmigraſſe in Franciam aſſerit euerſa Troia: & ob ingentem animi uirtutem/percarum Celtis/& regi acceptum etiam regis filiæ matrimonio iūctum fuiſſe ac poſt eum regnum in Gallia ſuſcepiſſe:Par Eneæ ſuo conciui fuit: qui pari modo regi Latino & affinitate & ſucceſſione regni Latini iunctus fuit·aſſerūt eum eſſe a quo primo Francię nomen·

Anno·xlii· Amazones templū Diane Epheſi ſuccenderunt: ⁊ anno xlvii·Ocnus impauit Italie annis·xlvi·uixit annis·xcvi· ⁊·xlix· Siluius Latinis: ⁊ Tyneus Aſſyriis·

Arbitror ſupputationem temporum corruptam fuiſſe a ſcriptoribus· Nam Euſebius temporum diligētiſſimus ueſtigator: aſſerit Siluium regnaſſe apud Latinos anno huiꝰ Dinaſtię·xlv·Hic Siluius poſtumꝰ eſt· Siluius q̄dem quia ruri educatus fuerat:poſtumus uero/ quia fecundata Lauinia coniuge Eneas obiit poſtqꝫ illius mortem partus fuit· Ab eo omnes Albani reges Siluii uocati fuerunt:ſucceſſitqꝫ fratri ſuo Aſcanio·Ocnus quoqꝫ iſte poſtumus fuit:quia Etrurię rex Thyberinus cum grauidam Mantuam feciſſet/circa Thyberim cecidit/in bello quod cum Pelaſgis & Glauco gerebatur:cui adoleſcenti omnis Tuſca militia credita fuit cum Enea ut narrauimus:omen ſcilicet futuri imperii:& ꝙ ipſe Lartes a patriis oris Thyberinis duceret agmen in Trāſpadanam Galliam ad condendam a nomine matris urbem:de quo Virgilius in·x·Eneidos·

Anno·xlv· Dinaſtie regnauit

Diſſidētiam comperio inter Manethonem & Euſebium de tem-

Latinis Eneas Siluius ⁊ Aſſyriis Dercilus ãno.xlvii. At.lxxii. Tuſcis imperat Pypinus annis quinquaginta duobus.

poribus:qui aſſerit Dercilum/regnaſſe anno Dinaſtię huius·lxxviii· & Eneam Siluium ·lxxiiii· quod profecto arbitror eueniſſe/ꝙ alius his paucis annis ragnauerit qui nõ habentur in precio apud Cronographos:ſed cum ſuccedente ſepe computantur·cum etiam ante hunc Eneam Siluium reperiamus regnaſſe Latinum fratrem poſtumi annis tribus·Vnde & ipſe Euſebius quaſi reſpõdens ad dictam diſſenſionem ſic ait· In alia hiſtoria reperimus quarto loco Latinum Siluium regnaſſe/Lauinię & Melampodis filium uterinum fratrem poſtumi:& quinto qui nunc hic quartus ponitur Siluium Eneam poſtumi filium·Porro Pypinus hic eſt: qui regiam Tuſcanicę Cybelis reparauit in agro Cybelario Vetulonię:ut exciſa triumphalia marmora memoria prodũt Non procul quoqȝ Vetulonia eſt ager Pypinienſis & Pypini regis Balnea:cuius loci Liuius meminit:cum in·ix·ab urbe condita ſcribens·Vmbri inquit cõcitata omni iuuentute ſua:Et magna parte Hetruſcorum ad rebellionem compulſa/ tantum exercitum fecerant:ut relicto poſt ſe in Hetruria Decio:ad oppugnandũ inde Romam ituros/magnifice de ſe/ac contemptim de Romanis loquentes:iactarent·Qđ inceptum eorum/ubi ad Decium conſulem perlatũ eſt:ad urbem ex Hetruria magnis itineribus pergit:& in agro Pypinienſi/ad famam intentus hoſtium:cõſedit

Anno.viii.regnat Latinis Siluius Latinus:⁊.c.xxi.Eupales Aſſyriis. Anno.c.lviii. Alba Latinis regnat: et.c.xxviii. Nyciꝰ Feſulanus Tuſcis annis.xlvii. Anno.c.lxvi. Pyſeus Tuſcus pyrrata ĩperat Italie annis.lii. Ita paulatim Aſſirii: Egyptii: Turrheni delitiis eneruati decreſcũt: econtra latini creſcunt. Itaqȝ ſubiciemꝰ breuiloquiuȝ quo pacto reges Aſſirioꝛũ:egiptioꝛum ceperũt eneruari: econtra grecoꝛũ ⁊ latinoꝛũ Aboriginum. Apud enim Tuſcos Piſeo ſucceſſit Tuſcus iunioꝛ an-

Ergo dimiſſis ceteris ꝑgit ad Romanum imperium:breuibus abſoluens aliorum diminutionem· Et Lutinus quidem Siluius ante Eneam Siluiũ regnauit ut diximus annis tribus:& poſt eũ annis quinquaginta ut latina hiſtoria tradit & Euſebius notat· Eupales regnauit ut hic Manethon ait apud Aſſyrios anno Dynaſtię centeſimo &·xxi· iuxta uero Euſebium centeſimo & decimooctauo·Similiter Alba Siluius quem ait regnaſſe Dynaſtię anno centeſimo·lviii·Euſebius ſcribit imparaſſe anno centeſimo quinquageſimoquinto·De Nycio Feſulano non eſt dubium quin is fuerit qui a Corſica Phocenſes expulerit/& a ſe dicta Nycea urbe poſita:Corſis tributa quotannis pen nis triginta nouē:huic Amnus annis•xxv•quē ſecutus eſt Felſinus ānis triginta tribꝰ. Hinc Bon annis uiginti octo Atrius uiginti ſeptē. Marſias decem ⁊ octo. Etalus triginta. Celius uiginti et uno. Ex latinis auteʒ ſecuti ſunt ꝑ quos ꝓpagati Romani imperium tenent•

dere Tuſcis īpauerit ut hiſtorici quidam ſcribunt:& Diodorus refert in•vi•li•breuibus dicens• Eſt inſula trecentis ſtadiis diſtans a Cercina & Ethalia: que a Grecis Cyrnos a Romanis Corſica appellatur•Caloiris in ea urbs eſt a Phocenſibus condita: qui a Turrhenis poſtmodum inſula pulſi ſunt• Nycea quoqꝫ a Turrhenis maritimis qui reliquas etiā Turrheni maris inſulas ſue dictionis fecerunt:condita fuit•Hii poſtea urbibus que in Cyrno erant ſubactis: reſinę/cereqꝫ/ ac mellis/ quorum ea fertilis eſt inſula:tributa poſuerunt•Ceterum Piſeus is eſt:quem ad Pyrraticam exercendam inueniſſe tubam:Plinius in•vii•li• naturalis hiſtorię ac ceteri ſcribūt•Cepit autem Pyrraticam teſte in•v•li•Strabone:cum ille Turrhenus ingenuus ſtatus & concordia cepit eneruari diſſenſionibus•xii•populorum•Quibus & delitię & loci opulentia:magno decidendi ab imperio/& paulatim cedendi locum Romanis adiumento & fomento fuerūt•Perſeuerauit tamen in eis que a Iano tradita fuit Philoſophia & interpretatō fulgurum & effectuum naturalium/atqꝫ Theologia/uſqꝫ ad etatem Diodori Siculi ſub Iulio ceſare: qui cum in•v• libro dixiſſet Turrhenos eſſe iuxta portum Thelamonis:mox in•vi•li•a porta Thelamonis quo incipiunt/ uſqꝫ in Cyminia iuga/eorum tractum/opulentaqꝫ arua:& diuitias imperium priſcum & peritiam breuibus deſcribens:Turrheni inquit fortitudine egregii/magno potiti imperio:ciuitates condiderunt plures atqꝫ opulentas•Claſſe quoqꝫ potētes cum diutius mari imperitaſſent:Italum pelaſgus ab ſe Turrhenum denomiuauerunt•Pedeſtri quoqꝫ exercitus preualidi:tubam primi adinuenerunt/ & bello admodum utilem/ & ab his uocatam Turrhenam•Duces exercitus:pluribus inſignibus decorarunt• Lictores illi:Eburneam Sellam: togam Purpuream addiicientes• Domibus addiderunt porticus: in quis ſeruorum & concurentium turba diuerteret: que imitati poſtmodum Romani in que melius aucta:ad ſuam rem publicam tranſtulere•Litteris quoqꝫ & rerum naturalium ac Theologię inueſtigatōne plurimo tempore impenſo:preceteris infulgurum interpretatione uerſati ſunt:adeo ut noſtra quoqꝫ etate uniuerſus ferme orbis/cum admiretur uiros/tum precipue fulgurum interpretibus utantur•Patriam uberem incolunt/quā ſtudio curaqꝫ efficiunt fertiliorem•Mēſa bis in die ſumptuoſe preparata:omnia que ad epularum delitias pertinēt habūde ſubminiſtrant•Stragulas inſuper ueſtes floribus diſtinctas:poculaqꝫ aurea uarii generis ac miniſtrorum/ſeruorumqꝫ numerum permagnum inuſus habent multiplices:ubi non ſolum ſerui famulantur: ſed etiam liberi plures• Poſtremo priore uirtute obiecta:potui ſe atqꝫ ignauię tradentes/haud iniuria/ partam maiorum ſuorum in bellis gloriam amiſerunt•Non autem eos parum ad delitias impulit patrię ſertilitas: que fructifera reꝝ copia/ad inerptiam uoluptatemq; traduxit• Sunt enim Turrheni campi lati: collibus diſtincti/ cultiq; admodũ/ & ſolo fertili ut qui aquis non hyemis tantum ſed eſtatis quoq; tempore habundent• Hec Diodorus• Reliqua ſubſequemũr in hiſtoria Etruſca Pontificia: que idcirco pontificiam dicimus ꝙ a pontifice Maximo Noa qui & Iano in Vaticano cepta: Iterato ad pontificem Maximum & ſedem Apoſtolicam ſubiecta rediit• Sic igitur in ea excurremus omnia tempora ſimul & reges & geſta quaſi ſub epithomate: ut ſequitur Chronographia & hiſtoria ſimul• Expliciũt Comentaria ſup ſupplementa Manethonis•

Eiuſdem fratris Ioannis Annii: Etruſca Chronographia Incipit• Prefatio•

m Iror cur Latini ſuam Chronographiam propriam a Iano principe & habitata priſca Italia ſub aureo ſeculo & longe Nynum precedente/nõ ſeruauerint cum Greci/qui teſte Ioſepho contra Appionem grãmaticum fuerunt heri & nuper omnibus iuribus & falſis tum fabulis tum Lenocinio ornatus & uerboꝝ pugnauerint perſuadere ſe antiquiſſimos hominũ eſſe• At Itali/ut renunculi/cũ in loco pinguiſſimo naſcant̃ & nutriant̃/ipſi tamen aridiſſimi exiſtant: ita cum ipſi ante plurimas gentes aureo ſeculo orti: opimam narrandi fulgidiſſimamq; materiam dicendi/de ſuis ſplendoribus antiquiſſimis habeant: ſibi tamen ieiuni & q̃ maxime macri: pinguiſſimam efficere pergunt Greciam/ & eorum fabulis & mendaciis etiam apertis ſtudent: Quare non mirum ſi quidam Latini/ut Greci nequiſſimi & indociles ad ueritatem reddantur: & in ſtulticia perſeuerent• Itaq; dicam quod & Cato ad Narcum filium ſcribit: Bonũ eſt inquit grecas lr̃as aſpicere non per diſcere: quæ ſi ad nos peruenerint: omnia corrumpent: & hoc puta uatem dixiſſe• Vincam tam̃ hoc genus nequiſſimum & indocile• Equidem & ipſe inſtitui Grecas nebulas a Latina Chronographia diſſoluere/ & per Etrſuca tempora quę magis certa in Latinis habentur/integra noſtris Laribus reddere/tum tempora/& reges/tum antiquitates & ſplendidiſſimas origines• Fundamento aũt utar aureo ſeculo quo ceperit ſub Iano Italia: & quo uti palladis ſcuto Gorgonibus Grecis oppoſito: omnes Latini contra grecam leuitatem & mendacia pro ſui antiquitate utunt̃ hoc pacto• Aurea prima etate Ianus & Saturnus coluerunt Italiam: ut Ouidius in primo de Faſtis alios ſequutus aſſerit: & Virgilius in• viii• Eneidos ſcribit• Porro Aurea etas longe ante Nynum condito uel ab aquis ſeruato mox primo homine fata eſt: ut idem Ouidius in primo Metamorphoſeos refert: durauitq; uſq; ad Nynum qui primus aureũ ſeculum uiciare cepit: ut Xenophon: Fabius Pictor: Cato: Trogus: Iuſtinus: & alii plures• Quare cũ ante Nynũ uetuſtiſſimũ nedũ nouellos grecos cepta ſit origo & antiqtas Italię: mouit me tantę ſplendor antiqtatis neglectę/ ad hiſtoriã antiqtatis Italicę ſuſcitandã: cuius labor cenſoribꝰ eruditiſſimis (ſcio) q̃ uoluptuoſiſſime gratꝰ erit: atq; ab eis ꝓbatus• Nam inuidoꝝ & Blacteronũ/quoꝝ noſtra etas/maxima eſt multitudo: neq; laudes appetimus neq; detractiões occultas timemus• Nã apertis reſpõdere q̃maxime parati ſumus• Ceteꝝ ſicut teſte Cicerone uera Philoſophia paucis eſt cõtenta iudicibus eruditiſſimis tñ: multitudinem conſulto ipſa effugiens: ita & cuncta noſtra de antiquitatibus opera• Finit prefatio•

Eiuſdem fratris Ioannis Annii Viterbenſis: ordinis p̄dicatoꝝ & Theologię profeſſoris: Etruſca ſimul & Italica emendatiſſima chronographia incipit·

o MNIS hiſtoria integra eſt/& certiſſima reddit᷑: quę ſuis ſubſtantialibus partibus cōſtat: quas tres eſſe manifeſtū eſt: narrationē: chorographiam: & chronographiā· Omne enī indiuiduū/ut Peripathetici tradūt/conſtat ſua ſubſtantia: & duobus ſubſtantialib⁹ principiis indiuiduantibus: quę uocāt hic & nūc/ideſt proprius locus & tēpus· Cūqꝫ narratio rerum geſtarū ſingularū ſit ſubſtantia indiuidua hiſtorię/quę res indiuiduas narrat: utiqꝫ neceſſario cōſequens eſt ut duobus principiis demonſtret᷑/loco & tꝑe: Nō enim integra & certa hiſtoria redditur/ſi ſolū dicat᷑· Magnus Alexander ſuꝑauit Dariū Monarchā: ſed adiciendum eſt/quib⁹ locis & tēporibus/exercitū eius fudit/fugauit: cecidit: uicit: Quibus principiis quicqd Grecia mendax audet in hiſtoria/tam p̄clare eliſimus in libro/ cui titulus eſt de mēdaciis priſcoꝝ grecoꝝ: ut uere pudeat hac noſtra etate/ quoſdā alias eruditos/mendaciis Grecoꝝ delectari: & illis aſſueſcere imo inſoleſcere· Bonū eſt inquit Cato ad Marcū filiū: lr̄as grecas aſpicere: nō ꝑdiſcere· Itaqꝫ pars localis hiſtorię quā Greci uocant Topographiā & chorographiā/quoad ſatis eſt/ expoſita fuit a nobis in comentariis ſuꝑ Fabiū pictorē: Semproniū: Catonē: Myrſilū: & fragmentum Itinerarii Antonini Pii: & ſuꝑ Beroſum/& Plinianā Topographiā: & in quadraginta queſtionib⁹ Anniis· Secūda uero pars eſt temporū/ quę publica & ꝓbata fide tenent᷑/ut ſuꝑ Methaſtenē & Phylonē oſtendimus· Eam partem Greci uocant Chronographiā ideſt temporꝝ digeſtionē/cuius ꝓbandi duo principia ſunt· Primū ut oſtendamus tꝑa quę afferunt᷑/nō diſcrepare a publica & ꝓbata fide/uti ſuꝑ Metaſthenē oſtendimus· Alterū ut reges & uiri digerant᷑/qui his tēporibus floruerunt & quoꝝ memoriā teneant auctores/uel loca/ſiue utrūqꝫ· Qđ profecto nos facimus in hac ſecūda parte/quę eſt de tēporibus: in qua primū extendimus uiros & tꝑa/ab Iano & origine Italię uſqꝫ ad Othonē Cęſarē· Inde retrocedēdo: tēpora & uiros preſcriptos ꝑ publicā fidē probamus· Tertiā uero partē hiſtorię quę narrat eoꝝ geſta: ſuo loco abſoluemus·

Eiuſdem fratris Ioannis Annii chronographia Etruſca digeſta: & emendatiſſima: cuius prima pars digeſtio Italię ſub aurea etate/ a diluuio ad Nynum & Cameſem tribus regibus annis ducentis quadraginta nouem hoc modo·

Solitudo Italię	c·viii·	Cameſes	xix·	Hercules	xxx·
Ianus primum aduenient·	xxxiii·	Iani ſcđus aduēt⁹	lxxxii·	Tuſſus	xxvii·
Comerus Gallus·	lviii·	Cranus Razen̄·	liiii·	Alteus	vii·
Ochus Veius·	l·	Aruns	xliii·	Heſperus	xi·
Sequūt᷑ āni triginta & quatrincēti a Cameſe ad Atlantē Italū a quo Italia ſub his regibus·		Tages	xlii·	Sequuntur anni ab Italo uſqꝫ ad excidiū Troię· cc·cc·liiii· ſub his regib⁹ Lartibus Italię·	
		Sicanus	xxx·		
		Enakii Lukii	xxx·		
		Apis	x·		
		Leſtrigon	xlv·	Italus Atlas	xix·

&

Morges	xx·
Coritus	xxxiii·
Iasius	l·
Coriban	xlviii·
Turrhenus	li·
Tarcon priſcus	xxiii·
Abas	xv·
Olanus	xxi·
Veibennus	xlii·
Oſcus	xxxiiii·
Tarcon ſecūdus	xlvi·
Thyberinus	xxx·
Mezentius	xxii·

Item a·xxii· āno Mezentii uſqꝫ ad ſextū Celii & principiū Romuli cōputatis quinqꝫ annis laboꝝ Eneę etiā tribus regni ei⁹ ſunt anni·cccc·xxiii· ſub his regibus Italię·

Tarcon tertius	xx·
Ocnus Bianor	xlvi·
Pypinus	lii·
Nycius	xlvii·
Pyſeus	lii.
Tuſcus iunior	xxxix·
Annus	xxv·
Felſinus	xxxxiii·
Bon	xxviii·
Atrius	xxvii·
Marſias	xviii·
Etalus	xxx·
Celii pars	vi·

A ſexto Celii quo cepit Romulus uſqꝫ ad pulſos reges: fuerūt anni·cc·xliiii· ſub his Larthibus·

Celii reſiduū	xv·
Galeritus	xx·
Lukius Tuſcus	xxv·
Cibicius	lxxxii·
Lucūo Cluſin⁹	xxxviii·
Rhetus	xx·
Yellus	xliiii·

A pulſis ab Roma regibus ad perdomitā ciuitatem Etrurię regnatum ē annis ducentis duobus ab his Larthibus·

Porſena Cluſi⁹	lviii·
Tolūnius Veiens	xxii·
Eques Tuſcus	xl·
Liuius Fidenas	xlviii·
Elbius Tuſcus	xxxii·

Poſt cedem Elbii regnauit prolarthes Turrenus eius filius annis·xxvi·& ciuitatem Etruriæ dedit Romanis·

Turrenus	xxvi·

Poſt datā ciuitatē Etrurię claruit poſteritas Elbii & Turreni ſub Romanis trecētis &·liiii·annis ex quibus Turrenus uixit uſqꝫ ad ſuperatam Thuſciā & ſignatum argenteū Numum Romę in triumphū annis duodecim·

Turrenus ꝗ ſupra	xv·
Titus	xl·
Volturrenus	xlviii·
Cecynna	lvi·
Menippus	xlvi·
Menodorus	xxxvi·
Mecenas	lvi·
Seianus	xxiii·
Skeuinus	xxxiii·
Otho Ferentinus	i·

Verum quia temporū & regum/publica & ꝓbata fides expetit᷑: & omnis alius auctor q̄uis alias eruditus abiicit᷑: ut Metaſthenes & comentaria eius/ & ſupior Monarchiarū chronographia cōprobant: idcirco publica & ꝓbata fides temporū: uirorumqꝫ danda eſt: & Othonis quidem meminit Suetonius de duodecim Cęſaribus· Eiuſdē & Sceuini: Cornelius Tacitus in uita Neronis & Othonis· Seiani meminerunt Iuuenalis in Satyra/omnibus in terris: & Phylo in libro legationis ſuę ſecūdo & in breuiario temporū/itemqꝫ Suetonius in uita Thyberii· Mecenatis reminiſcūt᷑ cū Suetonio poetę & hiſtorici· Menodorū memorat Appianus de bellis ciuilibus ꝙ iuuerit partes Iulii Cęſaris· Omniū uero ſimul ab Elbio ad Menodorū: memoriam facit Cato in·xix·fragmento originū· Verū publica fides temporꝝ: ab ipſis certiſſimis Olympiadibus ſumit᷑· Teſte aūt Liuio in nono ab urbe cōdita·Q·Fabius egregie ꝑdomuit Etruriā urbē: ſed nō cepit ciuitatē: quia ciuitas Etrurię data eſt nō capta: ut aſſerūt Valerius maximus & Cato de originibus· Nam Valerius maximus libro·iiii· in fine narraturus pudorē ſpurcicię Etruſci: his uerbis incipit· Quod ſequitu externis annectam: quia ante geſtum eſt:q̄ ciuitas Etrurię daret· Cato item in ſupradicto fragmento· Turrenus inq̄t:patre Elbio larthe ad lacum uadymōnis Ceſo:ad reddendam urbē Etruriam allici potuit anno ſecundo Olympiadis centeſimę uigeſime quartę·ſed ad recipiendas latinas litteras: numq̄ perſuaderi potuit· Ceterum a ſecundo anno centeſime ac uigeſimę quarte Olympiadis/quo Turren⁹ dedit ciuitatem Etrurię/uſq; ad primum annum Olympiadis·ccxii:quo teſte Euſebio:ſe interemit Otho/ſunt Olympiades octoginta ſeptē & tres anni:que ſimul efficiunt annos octo & quadraginta ſupra trecentos· Quare publica & probata temporum & dictorum uirorum fide/uere a Turreno ciuitatem Etrurie dante uſq; ad Othonis interitum anni ſupradicti ſupputati ſunt a nobis·Sed ꝙ tot annis floruerint:a principibus ipſis Romanis quibus cari fuerunt:ea mēte atq; ingenio mētiti ſumus:ut uel ad centrum ipſum ſagictam iecerimus:uel parum obſuerimus: ita ut chronographiā nō leſerimus·Hactenus de fide publica & probata uirorū & tēpoꝝ retrocedendo/ab Othonis interitu uſq; ad Turrenū datorē ciuitatis Etrurię· Nunc ab hoc Turreno retrocedendo uſq; ad Romulū reſiduū probemus· Annaliū Romanorū publicā fidem probatamq; tempoꝝ/Liuius tenuit in libris ab urbe cōdita qui reges fuiſſe Romę a Romulo ad pulſos reges annis·cc·xliiii·per eorū tempora clariſſime digerit/in primo libro ab urbe condita·A pulſis uero regibus uſq; ad perdomitam Etruriam: per ſingulos annos conſulū & magiſtratuū/enumerat annos ducentos:qui ſupradictis adiuncti efficiunt annos·cccc·xliiii·Olympiadeſq;·c·xi· completas·Eſt enī Olympias apud Grecos ſpatium quatuor ānorum: ſicut luſtrū quinquennium tenet apud latinos·Itaq; ſi a Romulo rege in primo libro/ab urbe condita Liuii/uſq; ad etruſcos ꝑdomitos a·Q·Fabio ad lacū uadimonnis in nonū librum annos ſupputaueris:ſupradictas centum undecim Olympiades conficies· Porro ut Fabius pictor:& Dioniſius Halicarnaſſeus in primo libro:& peritiores cōuincunt:& Euſebius de temporibus ſequitur Roma condita eſt a Romulo poſt ſex primas Olympiades: quas ſi ſupradictis addicias:erunt Olympiades completę·c·xvii·quando Etruſcos perdomuit Fabius:ceſo Elbio Larthe ad lacum Vadymōnis A·c·xvii·ad ſecundū annum centeſimę uigeſimę quartę Olympiadis/quando Turrenus dedit ciuitatem Etrurię iuxta Catonem:ſunt anni ſex & uiginti·Ergo publica & probata temporū fide/probauimus Turrenū fuiſſe prolarthem ſiue loco Larthis Etruriæ a ceſo patre ad datam ciuitatem/annis uigiginti ſex· Qđ uero a cede Etruſca ad lacum Vadymōnis fuerint anni reſidui uſq; ad Romulum·cccc·xliiii· in Liuio numerantur/a primo libro urbis conditę uſq; ad nonum·Larthum fidem faciunt in primis Cato:qui fragmento ſupradicto meminit Elbii/a quo uicum Elbii in Cyminio lacu Ptolomeus notauit·Liuius Fidenas poſthumus/etiam a latinis dux exercitus aſcitus: poſt incenſam a Gallis Romam/in primo Saturnalium memoratur a Macrobio· Equū a quo ęqui Phaliſci/ſeruat lapis effoſſus in Ry yello/in Thermis Pauli benigni· Tolūnii & Porſenę geſta ſimul & nomina refert Liuius in libris ab urbe condita ſecundo & quarto· Yellum ſeruant eius inſcriptiones in ſacrario cinerum Ry yelli:quam in lucubratione de origine litterarū & philoſophię Etruſcę dedimus· Rethum a quo Rhetios dictos/Plinius in tertio naturalis hiſtoriæ & quidam alii memorant· Lucumonis Cluſini geſta infelicia/ narrat in parte Liuius in quinto ab urbe condita· Cibicius adhuc inſcriptus ſeruatur in ſacrario cinerum Auguſtalis Surrenę· Lukius ideſt Lucumo Tuſcus cum inſcriptus/tum a Feſto memoratur ꝙ Lucenſes condiderit:tum precipue Lukium adhuc predium eius/nō longe a Luca illi fert teſtimonium· Celius & Galeritus Lucumo/ a quibus mons Celius & Luceres olim dicti: memorantur a Varrone in primo de lingua latina:a Dioniſio Halicarnaſſeo in ſecundo libro: & a Fabio pictore de origine urbis Romę:& a Propertio in quarto Elegiarum·Fides igitur publica & probata de nominibus illuſtrium uirorum / atq; temporibus ab urbe condita uſq; ad Othonem Cęſarem a nobis fideliter reddita eſt· Nunc retrocedendo de·cccc·xxx· annis ab urbe condita uſq; ad euerſionem Troię/fides publica & probata redditur/ in latina hiſtoria/quam & Liuius in primo ab urbe condita:& Euſebius de temporibus: & partim Manethon Egyptius in ſupplemento Beroſi tangunt· Et quāuis de annis Enee quidam uarient:ut plurimum tamen probatiores ſupputant/annos ſex a captiuitate Troię uſq; ad eius interitum·Cui eſt argumento inuincibili: quia ſi plures aut pauciores tribuantur:diſcordaret a publica & probata fide temporum Monarchię Aſſyriorum:a qua menſurantur priuatorum tempora:uti ſuper Metaſthenē Beroſumq; oſtendimus· Itaq; partim errando: partim regnando Eneas ducauit annis quinq;/Aſcanius triginta octo·Siluius poſthumus uiginti nouē·Eneas Siluius triginta uno·Latinus iunior: quinq̄ginta· Alba triginta nouē·Atis egyptus:uiginti quatuor·Capis:uiginti octo·Capetus:tredecim· Thyberin⁹ a quo Thyberis:octo·Agrippa:quadraginta·Remulus:decem & nouem· Auentinus:triginta ſeptem·Procas·xxiii· Amulius:quadraginta quatuor· Ergo a Troia cremata ad ſucceſſorem Amulii Romulū probati ſunt a fide publica latina:anni·cccc·xxx· Viros uero Larthes his temporibus regnantes q̄plurimos ponit Manethon: a Mezētio ad Atrium·Sed & alii auctores eos memorant:ut Tarchonem tertium Virgilius in octauo/& decimo Eneidos·Ocnum in eodem decimo Virgilius· Pypinū memorat Cybelaria inſcriptio:a quo Pypinienſis agri Tuſci meminit Liuius in nono ab urbe cōdita·Nyciū a quo Nyceā Turreni in Corſica:& Ethaliā Turrenā a duce inſulā·Diodorus in·vi·li·indicat:& noīa ipſa ꝓbāt·Marſię Turrenoꝝ ducis meminit Plini⁹ in·iii·naturalis hiſtorię/& ca·xiii·itēq; Cybelaria exciſa inſcriptio· Pyſeū ad claſſicū inueniſſe tubā ęreā Plini⁹ in·vii·naturalis hiſtorię & plures cōcelebrant Tuſco iuniori fidē facit Manethon ī ſupplemēto Beroſi: & uetuſtiſſima Tuſcanellēſis exciſa memoria:qua ꝓdit Tuſcanellā poſt Troię captiuitatē ab Aſcanio monopolim conditā/& ꝓceſſu tp̄is a Tuſco Larthe adauctā· Annū/Annia Tuſca uetuſtiſſima familia/a qua Antonin⁹ Pius oriundus fuit/ teſte Helio Spartiano eximio argumēto ſeruat·Hinc Bonū ſimiliter monumēta ꝓdunt cui⁹ familię zc̄·Familia Turna Bona:& Bona/& ut exiſtimo Bonella ꝑſeuerāt: & exciſa ęra ſub Antonino Pio quæ apud me ſunt ꝓbant·Atriū/etiā Atriaticū mare & Atria oppidū integre demōſtrāt ut quidā exiſtimāt:& Plini⁹ in·iii·naturalis hiſtorię/ca·xvii·uidet᷑ ſignificare:licet quidā a colonia Volaterrę dictū putēt/uti oſtēdim⁹ ſuꝑ fragmēta Catonis·Huc uſq; hos Larthes ſupradictos Manethon exprimit: & ſupradicti etiā auctores· Qui ſequunt̾:his locis ꝓbati ſunt uidelicet Felſin⁹ a quo ſit Bononia cōdita/tā Cato in fragmētis q̄ Sēproni⁹ de partitiōe Italię ꝓdūt/& ab eá primū Felſinā:inde a Bono ſucceſſore Bononiā dictā ꝓdunt·His ad publicā fidē oſtēſis afferendū eſt tēpus & Larthes monſtrandi/retrocedendo ab Troiano excidio/uſqꝫ ad eius fundationē:& inde uſqꝫ ad Italū·Eſt aūt tēpus a fundata Dardania uſqꝫ ad exciſam: qđ publica fide annaliū regū Troię Archilocus ꝓdit: & nos in eius cōmentariis explananim⁹ copioſe cc·xcvii·annoꝝ·Totidē ſupputat Euſebius de tꝑibus:eandē temporū publicā fidē ſecutus·Porro a cōdita Dardania uſqꝫ ad primū annū Itali/ ex publica fide antiquitatū/Beroſus centū & quinquaginta ſeptē annos colligit ꝑ reges Aſſyrios· Quos ſi ſuꝑioribus addicias:erūt anni·cccc·liiii·a primo anno Itali uſqꝫ ad Eneā & Troianū excidiū·Qđ ꝑfecto:& altera publica fide tēporū/ſubreguloꝝ Latii:ex Beroſo & Manethone tranſſumptoꝝ ita oſtendit̾·Mortuo Heſpero frē Italus reaſſumpſit Vetulonię iperiū:relicta filia Roma in Capena oppido/ qđ ſub Auentinū fundauerat ut aſſerit Fabius pictor de origine urbis Romę·Igit̾ ut Beroſus & Manethon ſignificāt: Roma regnauit in Latio ānis·xlvi·Romaneſſus ei⁹ filius·lxxix·Picus priſcus lvii·Faunus priſcus·xxx·Annus Faunigena q teſte Sillio locauit Agillā filiā Traſimeno filio Turrheni:regnauit ānis·liiii·Vulcanus·xxxvi· Mars cognomīe Ianus xxiii·Ceculus cognoīe Saturn⁹·xxxvi·Picus iunior·xxxiiii· Faunus iunior·xxiiii· Latinus Eneę poſtea ſocer·xxxviii·Ergo etiā ꝑ ſubreguloꝝ Latii publica tꝑa:demōſtrat̾ publica & ꝓbata fide fuiſſe ab Italo ad excidiū Troianū ānos·cccc·liiii·Ex publica quoqꝫ & ꝓbatiſſima fide Beroſi & Manethonis ſicut latini ſubreguli & eoꝝ tēpora/ita his correſpondētes Larthes Italię in Vetulonia & eoꝝ tꝑa ſupputāt̾ ab Italo uſqꝫ ad Mezētiū·Et nihilomin⁹ latini hiſtorici & monumēta/eos nō ſuppreſſerūt Nā de Mezentio memoriā faciūt: Liuius in primo ab urbe cōdita·Dioniſi⁹ itē Halicarnaſſe⁹ in·ii·li·Macrobi⁹ in primo Saturnaliū: & Virgili⁹ in·viii·&·xi·Eneidos· & deinceps·Thyberini patris Ocni/ex fatidica Mantei: a quo Albula Thybris dictus eſt:meminit Virgilius in·viii·&·x·Eneidos/& alii auctores·De Tarcone ſecūdo qui Caccū coniecit in Lambyrintū:etiā Solinus loquit̾ in collectaneis·De Oſco ſunt colonię Oſca quę & Capua(nā Oſci ſunt Capuenſes ut ait Serui⁹ ſuꝑ Eneida) & Voloſca ideſt antiqua Oſca/& p ſincopā Volſco:ut in Anniis qōnibus explanatū eſt· Veibenū cognoīe Maſſum conſeruant monumēta & urbis in Thuſcia Maſſę/ & Celius Veibenus a familia ut memorat Varro in primo de lingua latina:ubi Celiū montē aſſerit dictū a duce nobili Tuſco/Celio Veibeno ſiue ꝑ ſineraicā compoſitionē Vibeno·In ea enim compoſitione litteras·e·&·i·cōuertimus/& ſepe ſincopa utimur:ut Veilumbros/& Veibenos/& Veterbū:dicimus Vilumbros: Vibenos: Viterbum:ut alibi oſteddimus·Olanum ducem Thuſcię fuiſſe/qui primus Mediolanum fundauerit: eſt teſtis Cato in fragmento·vii·originum· Abas/a quo Abantes in Thuſcia populi ad caput Abium maritimi/perpetuū argumentum habet regionem ipſam:unde Lucumo nomīe Toruus/claſſis maritimę pro Enea princeps fuit ut auctor eſt Virgilius in·x·Eneidos/nominās ipſum toruū Abantē· De Tarchone priſco & patre eius Turrheno Meone: pleni ſunt Codices ſicut de Atlante Italo/& filio Itali Morgete: atqꝫ Itali ſocero Corito: & huius filio Iaſio· De Bante uero quē Beroſus Cori bantem uocat:ideſt haſtatum bantem: inſcriptio Grauiſca memoriā facit:ut in cōmentariis de origine litterarum Etruſcarū expoſuimus· Tanta igitur de probata & pubica fide/tempoꝝ & Larthū Etruriȩ dicta ſint:ab Italo uſqꝫ ad Mezentiū· Nūc ab Heſpero p̄deceſſore Itali ad Cameſem/tempora & Larthes ſunt demonſtrāda· Ea fidem publicā habent a Beroſo in·v·antiquitatū: qui per reges Aſſyriorum a Cameſe qui rexit primo anno Nyni colonias Italas uſqꝫ ad Italum ſupputat totidem annos/& Larthes quot aſſignauimus: quorum memoriȩ plures auctores habent:ut Cameſes:Saturnus:Ianus:habēt Iginū:Protarchum:Macrobium in primo Saturnaliū: & pro parte Poetas· Crani Razeni/meminerint loca Volturnæ ita dicta/& Myrſilus de origine Italiȩ/& Dioniſius in primo libro dicens: Tuſcos ſe appellare a duce Razenuos· Aruntis primi quem Beroſus Arunū declinat:memoriam ſeruant eius coloniȩ Thuſcȩ/Aruntini ueteres: Aruntini Rullienſes:Aruntini Fidentiores: de quibus expoſuimus ſuꝑ Catonis fragmentū ſextūdecimum & a xv·ad·xix·& aliis cōmentariis· Tagetem fuiſſe qui primus Thuſcos aruſpiciā docuerit:omnes cum Beroſo confitentᷣ· Sicani predia in agro Vetuloniȩ manent:quȩ dicimus uallē Sicaniā:ſicut Enakios amnes dicimus kat Enakios ideſt cōgregationes gygantū quos expugnauit Apis & filius eius Hercules egyptius· Vnde & uallem gygantū etiam circa Tuſcanellam dicimus/& campū Cymeum iuxta Cat Enakia/ubi Ioui iuſto Api/affuerunt Itali:contra gygantes:ut aſſerit Diodorus in·vi·libro:& nos ſuꝑ Beroſum probauimus argumētis & auctoribus inuincibilibus· Aliquot annis prefuiſſe Italiȩ Apim:& eius nepotē/quem Greci anthropofagū:Etruſci Kurkium:latini & Beroſus Leſtrigonem uocāt· Itemqꝫ & Herculem uſqꝫ Heſperum cuncta ſupradicta monumenta cum Beroſo confirmāt· Et ideo a Cameſe uſqꝫ ad Heſperū amplam fidem tempoꝝ & hominū/Beroſus & hiſtorici & eorū monumenta prebent· Nunc de temporibus ante Cameſem & Nycium quȩ latini uocant aurea ſecula fides publica ſumenda eſt· Primū a tranſumptore fidei publicȩ Beroſo/qui ait ante Nynū fuiſſe inundationē ſub Ogyge Iano:annis ducentis quadraginta nouē:& anno centeſimo trigeſimo primo poſt diluuiū fundatā fuiſſe Babilloniam a Saturno patre Beli/& eius anno·x·Ianū miſiſſe colonias Thuſcas duce Comero Gallo:cui filius fuit Ochus Veius: a quo ueſtigium manet mons Veiochus· Item Xenophon libro de equiuocis idem tempus ſcribit a publica fide columnȩ in Babilonia exciſȩ a Semiramide:ut oſtendimus in cōmentariis eiuſdē auctoris· Enumerat enim ab inundatione ad Saturnum patrem Beli/ ānos triginta unum ſupra centum· Et a Saturno ad Belum filiū:annos ſex & quinquaginta· Et a Belo ad Nynum annos ſexaginta duos· Ita ab inundatione ad Nynum primū Monarchā:fuerunt anni·cc·xlix· Vocauerunt autē auream etatem:quia prima fuit nata cum humano genere poſt diluuiū:quȩ uindice nullo/aut lege ſcripta & metu/ſed ſua ſponte rectum fidemqꝫ colebat : ut ait Ouidius in primo Metamorphoſeos: & Trogus & Iuſtinus in primo Epithomatū· Et ut aiunt/durauit uſqꝫ ad Iouē/qui primus armis ſumptis fugauit Saturnū:ideſt ut oſtēdit Beroſus uſqꝫ ad Nynū/ꝗ legato a pr̄e Belo mādato ſuſceperat:ut oīno Saturnū Sagā Caſpiū deleret· Nā & ipſe Nynus ꝑ interp̄tationē Iuppiter dicitᷣ:ut ꝓbatᷣ in cōmentariis ſuꝑ Xenophontē· Nā Saturn⁹ Apteras/quē Grecia mēdax fingit ī hiſtoria ueniſſe ad Ianū/nō floruit aureo ſeculo quando Italia dicebat᷑ Saturnia:ſed longe poſt ferreo iam ſeculo:quādo Italię nomen fulgebat:extinctis aliis cognominibꝰ:Ianicula:Saleumbrona:Cameſena:Saturnia:Apenina ſiue Taurina & Heſperia: ut demonſtrauimus ſuꝑ ſcd̄m fragmentum Catonis:& tertiū & quartū•Et ſuꝑ Fabiū Pictorem•Eadē tꝑa cum Iano & primis coloniis/aſſignat Cato in ſcd̄o fragmēto dicēs• Italię inꝗt ſplendidiſſima origo fuit:tum tꝑe:tum origine gētis•Cepit enim aureo ſeculo ſub principibus diis/Iano:Cameſe:Saturno:gente Phenica & Saga•Et paulo poſt:Inter autores cōuenit Phenicas & Caldeos hiſtoricos/ante Nynum circiter annis ꝗnquaginta & ducētis quibus durauit aureū ſeculū/ terras fuiſſe inundatas: & in Scythia ſaluatos homines•Et ex his ueniſſe Ianum cū dixerim & Gallis ꝓgenitoribus Vmbroꝝ in Vaticanū Et infra•a Vaticanoqꝫ ꝓgreſſum circa Thyberim fūdaſſe regiā & Pontificiā urbes Deinde•xii•coloniis ꝑ Thuſciam fundatis dediſſe faſces ad cōtinendū rudes in officio Aureo•Rurſus Fabius Pictor de origīe urbis Romę ſub Iano: Cameſe/& Saturno:hec aduerbū dicit•Italię imperiū principio/penes duos populos extitit• Poſterius Romani:principio Thuſci ſub Iano ceperūt: aureo ſeculo & etate/que primo ortu generis humani fuit:ſub Iano ante Nynū ferme ducentis quinquaginta annis•Ianus tenuit Leuum Thyberis latus Etruriā ſub initiū aurei ſeculi• Cameſes uero & Saturnus dextrū latus/circa finem aureæ etatis•Et poſt declaratos mores aureæ etatis:mox ſubdit/quod Trogus/Iuſtinus/& alii aſſerūt dicens:fuiſſe Nynū primū ꝗ aureos illos auitos mores/noua regnādi cupiditate mutauerit• Itaqꝫ recte tꝑa aurei ſeculi ex publica oīm fide retulimus:in ꝗbus in principio poſt Italiæ ſolitudinē ſcripſimus Ianiculas colonias in Etruria a Iano primū adueniēte poſitas/ut indicāt Cato & Fabius Pictor:& inde recedentē Ianum poſtea miſiſſe Comeꝝ Gallum iuxta Beroſum anno poſt diluuiū•cxli•Huic ſucceſſit filius Ochus cognoīe Veius ſiue Curulis•Probauimus igit᷑ noſtram Etruſcā Italicamqꝫ Chronographiā:que cōtinet a diluuio ad Othonem ceſarem/ annos ſeptem & ſeptuaginta ſupra trecentos & duo milia•Iam igit᷑ deo fautore atqꝫ illuſtratore in aliis comentariis ut diximus primam ꝑtem hiſtorię Topicam & Chorographicā abſoluimus: nunc item Chronographiā & tꝑalem ex publica & ꝓbata fide tranſumpſimus/ que ꝑfecto ab Ogigis priſci diluuio/uſqꝫ ad primū Othonem/pares totidemqꝫ annos digeſſit:quot publica monarchiaꝝ fides colligit/ut cōferenti utrāqꝫ patet•

Explicit Chronographia Etruſca & Italica•

Regiſtrum huius operis•

K+
a•b•c•d•e•f•g•h•i•A•B•C•D•E•F•G•H•I•K•L•M•N•O•P•Q•R•S•T•V•X•Y•
Z•&• a•c•E•H•I•M•N•Z•ſunt quaterni•Reliqui uero ſunt terni:exceptis•b•&•
qui ſunt duerni•

Cōmentaria fratris Ioannis Annii Viterbēſis ordinis p̄dicatoꝝ Theologię ꝓfeſſoris
ſuper opera diuerſorum auctorum de Antiquitatibus loquentiū confecta finiunt•
Romę in Campo Florę Anno dn̄i•M•cccc•xcviii• Die•x•menſis Iulii Impreſſa per
Euchariū Silber al̄s Franck•Sedente ſanctiſſimo in xp̄o patre & dn̄o•d•Alexandro
papa•vi•Anno eius Sexto• Laus deo•

A

U

A

RR·2·12·